

ANTONII MVSÆ
BRASAVOLI MEDICI FERRA-
RIENSIS IN QVARTVM LIBRVM APHORISMORVM
Hippocratis & Galeni, Commentaria, & Annotationes.



OT SVNT ILLA, ET TAM VARIA, QVÆ
in hoc libro ab Hippocrate edocentur, ut eorum quæ ab
ipso dicuntur nulla brevis repetitio fieri possit, & tanquam
preludium, quod ipso Hippocrate breuius sit. Adde, aphorismos
istos tam diuersos esse, ut hominum facies sunt unde
Hippocratis sententiam breuibus, & per epilogum expli-
care, prope impossibilitatem accedit, uerum si aliqua bre-
uis introductio fieri contingat, hæc est quæ sequitur.

In hoc libro ab Hippocrate canones quosdam edoceri,
quos necessarium est, Medicum secundum artem inceden-
tem, in omni euacuatiōe tam naturali, quam arte facta ob-

seruare, & totis uiribus attendere.

APHORISMVS I

VTero gerentes sunt medicandæ, si materia turget, quarto mense, & usque ad
septimum, sed has minus. Iuniora autem, & seniora uereri oportet.

BRASAVOLVS

NON abre fuit Hippocratem de purgatione sermonem facturum, ab ea carceres aperire, quæ cæteris periculosior existit, ut eius discipulum in hoc discrimine constitutum, promptiorem reddat, qui & quo tempore, & quibus affectibus id fieri possit & debeat, prompte cognoscat, & secundum certas Hippocratis leges operetur. Nempe hæc purgatio, à qua incipit, & si periculosa, plerumque tamen necessaria est. nam ut Philotheus uerbis utar, *πὸ τῆς καθάρσεως διαλέγεται τῶν ἐγκυμονουσῶν γυναικῶν, καὶ διδάσκει πότε δεῖν καθαίρειν αὐτὰς.* idest, De pregnantium mulierum purgatione disputat, & quādo illas euacuare oporteat edocet. Breuisque huius aphorismi sensus est, utero gerentes medicandæ non sunt, nisi materia turgeat. Immo & si turgida sit, tempus in quo fieri possit, considerare oportet; nam quarto, quinto, sexto, & septimo mensibus (quādo expedit) euacuare oportet. tamen quæ septimum mensem agunt, minus purgandæ sunt, idest, in his diutius considerandum, & temere agendum non est in hoc mense, in quo quandoque pariunt, & fœtus superuiuere possunt, ne inconsulte purgemus. ut id denique colligi possit, pregnantem, quæ iunior sit quarto mense, & quæ antiquior septimo, purgandas non esse. at si quandoque ab aliquo affectu purgare cogamur, id non sine magna cautione tentare oportet.

Τὰς κινδύνας φαρμακιδίου, ἢν ὀργᾶ, πρὸ ἀμῶνα, καὶ ἄλλοις ἐπιπέμωσιν. idest, Vtero gerentes, si materia turget, medicari conuenit quarto mense usque ad septimum. Multa sunt circa utero gerentes mulieres, & earundem purgationes atque morbos speculatione digna. Hippocrates nunc de sola materia turgida sermonem habere uidetur. Materia uero turgida uocatur, quæ cōcitata est, & loco stare non potest, sed absque ordine mouetur ut disci men sit, ne membro nobili infigatur, & illa pereat, quæ materia hac turgida afficitur. Philotheus quid esset turgere edocens inquit, *ὀργᾶν δὲ τὸ κινεῖσθαι.* idest, turgere autem moueri est. Cum autem materia turgida est, morbum acutum esse oportet. nam & citæ terminationis est, & grauius symptomata habet. Addeque, hæc materiam necessario calidam esse. At

esse. At fieri potest mulierem utero gerentem acuto morbo corripi, & tamen turgidam materiã non habere. Propterea multa à nobis hoc loco discutienda occurrunt, quæ nũc per ordinem describemus. Primo an in utero gerentibus, acuto morbo correptis, sed non turgido, pharmaco, idest, medicamento purgante uti conueniat. Secundo, an turgente materiã purgatio solum in quarto mense uelque ad septimum fieri debeat, etiam si ante quartum, uel post septimum turgeat. Tertio, an in utero gerente ægra, in qua expediat, sectio uenæ fieri debeat. Ut nos hæc dubia eo faciliori modo quo fieri possit, remoueamus, scire oportet, cũ Hippocrates utitur uerbo *φαρμακδίαυ*, uehemens pharmacum propinare, aut uorandum dare intelligit. propterea à Philotheo dicitur, *φαρμακδίαυ δὲ τὸ καθάραιον*, idest, Medicari est purgare medicamento cathartico, qualia sunt scamoneum, colocynthis, & eiusdem generis alia. nam tempore Hippocratis Manna, cassia (quam nos liliquam oblongam uocamus) & Rhabarbarum, ignota erant. Cum ergo accidit morbus acutus, & non turgidus, quia acutus, materiã (ut plurimum) calida est: at quia non turgidus, materiã fixa & inhærens erit. Si ergo utero gerentem mulierem hoc morbi genere corripi contingat, medicanda non est. hoc ita persuaderi potest. Hippocrates in primo Aphorismorum libro, aphorismo uigesimoquarto docuit, in acutis passionibus, & in principijs, raro nos medicamentis purgantibus uti debere: & quando uti expedit, etiam cum magna præmeditatione faciendum. Idq; tam in uiris, quam in mulieribus simpliciter intelligit: quanto magis in utero gerentibus mulieribus præmeditari oportebit, & purgationem euitare debebimus: præsertim quia in præadducti aphorismi commento à Galeno dicitur, omnia pharmaca esse potentia calida. cum uero morbus acutus sit calidus, obesse potius quam prodesse poterunt. Adde, quod medicamenta plurimum agitant, ideo abortum facere possent, & scetui atque matri mortem inducere. Scito tamen quod Galenus libro tertio Epidemiarum hunc Aphorismum adducens annotauit paucissimas prægnantes ex his acutis morbis absq; corruptione scetus euadere, & quod in tertio & quarto mense magis sanantur quam in alijs. Immo adest Hippocratis aphorismus in quinto libro dicens, Mulierem utero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale est. In quo loco Galenus dicit, morbum acutum cum febre continua esse. Si uictu morbo conuenienti uti uelimus, infantem interficimus. nam hic uictus est nimis tenuis, propterea illi nutrimentum auferrimus. At si pleniorẽ uictum quam morbo conueniat exhibere uelimus, morbus augetur, & mater unã cum filio peribunt. Ad rem igitur redeuntes, primæ dubitationi ita satisfactum iri uolumus, Mulierem utero gerentem, quæ morbo acuto correpta sit (modo ipsa materiã non turgeat) non esse medicamento purgante, qualia erant quæ ab antiquis cathartica uocabantur, euacuandam. At nos aliqua habemus medicamenta quæ in eorum numero quæ euacuant, collocari possunt, tamen utero gerentibus propinari possunt, & non procurant abortum: qualia sunt præparata cassia ne status excitet, Rhabarbarum, Manna, quæ tuto exhiberi possunt, & non fiet abortus. immo in dies, quando opus est exhibemus, & nulla incidunt discrimina utero gerentes mulieres. Adde quod Paulus Aegineta in principio sui primi libri Rhaponticum utero gerentibus præbet, etiam in passione nullius serè momenti, tamen Rhaponticum (si alia res sit, quam Rhabarbarum, ut re uera est) easdem uires habet, quas Rhabarbarum possidere dicitur, sed debioliore & inefficaciore. Ideo pro Rhabarbaro duplex Rhapontici pondus propinant Arabes, & proficit, estq; adstringentium uirium Rhabarbarum, posteaquam peccantem materiã eduxerit. propterea sextum in utero corroborat atque confirmat. Licet nonnulli recentes ausi sint dicere, & aperte profiteri, quod utero gerentibus aduersetur, quod & absurdum est, & suis Arabibus repugnat, qui tamen soli de Rhabarbaro loquuntur. In acuto igitur utero gerentium morbo, ubi materiã non turgeat, pharmaco uti non debemus, per pharmacum medicamẽtum electiue euacuans intelligẽtes, ut Galenus & Hippocrates ipse intelligũt. Tamen et alterare, & euacuare licet per ea medicamẽta, quæ à recentibus Benedicãta nuncupãtur. Quo euacuandi modo ego in dies utor, et semper ad uota succedit. Et ratio in præoptu est, quia hæc medicamẽta non agitant, immo utero gerentes, ex spõtinis suis uomitionibus, quæ habent primis mensibus, magis perturbantur, q̃ ex his euacuationibus. Immo unũ hic addam,

Mulieres

Mulieres illæ utero gerentes, quæ ideo abortire solent, quia acceptabula plena mucositas sunt, si frequenter dum utero gerunt, Rhabarbaro utantur, continent, & ad partum usque fœtum deducunt, ut nos hoc anno experientia uimus. Ab aloë tamen summe cauiendum est.

Ad secundam dubitationem, constat Hippocratis sententiam esse, si in utero gerente materia turgeat, & concitata sit, purgari debere. & hoc Galenus, atque omnes alij antiquiores medici cum Hippocrate sentiunt, idemque medicamentum purgantem, id est, forti, & humori turgenti conuenienti, qui plerumque calidus est, fieri uolunt. tamen non est nisi euacuatio coacta, quæ non tentaret medicus, nisi uitæ discrimen præuideret. Sed an quarto mense usque ad septimum hæc purgatio solum fieri debeat, & non primis mensibus, neque ultimis, etiam si materia turgeat, non mediocre dubium incidit. pro quo enucleando nos dicimus, Hippocratis sententiam non esse, quod alijs mensibus si materia turgeat, purgatio fieri non debeat, præterquam à quarto usque ad septimum. immo in quocumque tempore materia turget, semper euacuanda est. nam ut in decimo aphorismo sequenti dicit, cum materia turget, eadem die medicandum est, neque expectare oportet. quia expectare in his nocuum est, atque periculosum. Ideo turgente materia, in quocumque mense sint utero gerentes, in primo, secundo, septimo, uel octauo, semper purgandæ sunt, nec expectare oportet, quia nocuum est. Quod uero ab Hippocrate dicitur, quarto usque ad septimum utero gerentes purgandas: ita intelligi non debet, quod alijs mensibus purgari non conueniat, quando opus fuerit. Sed hic est sensus, cum materia turget etiam in utero gerentibus, semper purgandum est, tam in primis & ultimis mensibus, quam in medijs, tamen illa purgatio quæ quarto mense usque ad septimum fit, tutior est, quam quæ in primis & ultimis mensibus exercetur. unde utero gerentes si materia turgeat, quarto mense usque ad septimum sunt medicandæ, quod tutius, & sine ullo incommodo fieri potest. At in alijs mensibus si materia turget, medicandum quid est, sed non ita tute, nec præter aliquod discrimen factus. & ratio in promptu se offert, quia primis illis mensibus, ligamenta fœtus tenella sunt, mollia, subtilia, ut facile à purgantibus medicamentis commotione distrumpi possint, etate uero procedente, crassa, dura, & robustiora sunt, & ideo minus læduntur. Adhuc procedente etate cum fœtus ad maturitatem accedit, grauior fit, & adeo ponderosior, quod pauca etiam, & parua commotione facta, distrumpuntur ligamenta, ut Galenus in commento egregie per exemplum in arboribus edocebit. Simpliciter igitur semper sunt medicandæ si materia turget, sed tutius est quarto mense usque ad septimum, quam primis, uel ultimis mensibus. Nos præterea tutiorem uiam habemus, quam antiqui habuerint: quoniam Rhabarbarum, cassiam, mannam, & alia eiusdem generis exhibemus, quæ antiquioribus medicis occulta erant, & penitus ignota. hæc enim, non modo non agitant humana corpora, sed longe corroborant. Auerrois autem tertio libro eiusdem uoluminis, quod inscribitur Colliget, capite quarto, hunc aphorismum adducit, sed non per uerba Hippocratis, ita enim scriptum reliquit. Dicit Hippocrates, Mulier prægnans non debet phlebotomari, nisi quando embryonis uirtus fuerit fortis, hoc est à quarto mense usque ad septimum, nisi humores adest repleritio qua embryo non indiget, non est mala, sed pharmaciã non credo ad bonum peruenire finem, immo necessario lædit embryonem. Hæc Auerrois satis incompte, qui statim tribus argumentis probare nititur, fœtum à medicamentis lædi. Primum est, quia medicamentum in se substantiam uenenosam habet, ideo fœtum interficere poterit, illum enim ueneno afficiet. Secundum, malos humores adeo concitare poterit, quod ad fœtum profluent, & ipsum lædent. Tertium, omnia purgantia medicamenta, utriusque proritant, quæ uero illam proritant, menses etiam prouocare possunt, quod autem menses prouocat, abortire facit. propterea sententiam hanc tanquam ab Apolline dictam Auerrois infert. Medicamenta utero gerentibus propinanda non esse, unde in his uenæ sectio fieri debet. Medicamenta uero euitare oportet. Sed Auerrois (me iudice) prauo, inuidiosum in Hippocrate utitur. primo enim mentitur, ab Hippocrate dici, uenam mulieri utero gerenti secundam non esse, nisi à quarto mense usque ad septimum, quando fœtus uires robustiores erunt. immo libro quinto, aphorismo trigelimo primo, Hippocrates dicit. Mulier utero gerens sanguine missa ex uena, abortit, & magis si fœtus sit maior

fit maior. Et Galenus in commento rationem reddit, quia nutrimentum illi demitur: tamen pluri utitur, quam cum esset in primis mensibus. Argumenta uero illa, quibus Auerrois probat mulieri utero gerenti medicamentum exhibendum non esse, nullius momenti sunt. nam supponimus materiam furiosam esse & concitatam, quæ apte per sectionem uenę educi non potest, ideo si euacuari debeat, medicamento sibi conuenienti indiget. Id certe uerum est, medicamentum omne aliquid uenenosi participare, sed à nobis corrigitur. præterea uis ueneni demitur, ex transitu quem facit medicamentum per matris uentriculum & hepar. Adde, quod medicamenta uias uteri ita facile non perunt. Denique si materia illa turgida omitatur, adhuc peius est, quia ueneno participat: unde & matrem & filium æque interficere poterit. Idq; contra Auerroem dicamus, Hippocratem libenter medicamenta non propinare, in his præsertim quæ utero gerunt. Sed à morbo coactus exhibet; ut uel utrorumq; mortem, uel saltem matris euitet. At Hippocrates non ignorabat, his medicamenta exhibere non esse conueniens: sed uis morbi, & materia turgida ad hoc inuitant atque perpellunt. Ad secundum quod est, medicamentum humores in motum ponere, propterea ad foetum confluere posse. Respondemus, Auerroem parum prudenter argumentari: quippe qui non considerauerit, iam in motu esse atque defluxu, quia turgidi. ideo & sine medicamento ad foetum confluere possunt. immo cum materia turgida est, minus potest ad foetum defluere sumpto medicamento, quam non sumpto: quia medicamentum naturaliter per aluum, aut per uomitum ducit. Tertium Auerrois argumentum simpliciter absurdissimum est, quod omnia medicamenta purgantia urinam prouocent. Immo hoc etiam gratis concessio, dicimus non exhiberi medicamentum, ad corroborandum foetum, sed solum ut prohibeamus ne turgida materia huc illucq; uagans, foetum & matrem interficiat. Scimus enim, medicamentum exhibere malum esse: sed maius malum est non exhibere, ex duobus autem malis, minus eligere oportet. Cum igitur ab Hippocrate utero gerenti medicamentum præbetur, inuite præbetur. ita uero operari cogitur, ne maius malum sequatur, quod est mors, uel foetus, uel matris, uel utriusque, nisi furiosa materia euacuetur. Ad tertiam dubitationem de uenæ sectione, respondemus, Si utero gerens magnam sanguinis copiam habuerit, & talem abundantiam, ut pro foetu, & pro ipsa nutriendis satis habeat, & aliquid etiam superabundet: tunc in quocunque tempore (quando opus est) uenæ sectio tuto fieri potest. Tamen primis illis mensibus, cum foetus adhuc paruulus est, & tanto nutrimento non indiget, securius fieri potest, quicquid de hac re Auerrois sentiat. At si magnam sanguinis copiam non habuerit, sed uel paruam, uel tantam solum, quæ satis sit. Tunc dicimus uenam post tertium mensem secandam non esse, sed potius medicamēto uti debemus, quod secundum materiam peccantem exhibeatur: in tali enim non abundat sanguis, & foetui nutrimentum demeretur, itaq; periret. In primis uero mensibus fieri potest, quia foetus tanto nutrimento non indiget, propterea mulieres primis mensibus multas materias euomere solent, quia foetus tot menstrua non consumit, quot habet mater. Et hæc est Hippocratis & Galeni sententia quinto aphorismorum libro, aphorismo. 31. ubi Hippocrates dicit, Si sanguis è muliere utero gerente è uena mittatur abortit, & magis si foetus sit maior. Galenusq; in commento addit, quod non solum ex sanguine misso ex uena foetus destruitur, sed etiã ex longiori inedia. unde quanto maior est foetus sanguine misso, tanto magis destruitur, quia plurimo indiget alimento. At in morbo utero gerētis ex materia furiosa cōparatione facta, dubitare contingit, quid magis faciendū sit, an sectio uenæ, uel medicamēti exhibitio. Peto an magnam sanguinis copiam habeat, & materia furiosa sit, tali furore, quod per uenæ sectionem sanari possit: quoniam si sit biliosa materia (quæ ut plurimum est) per uenæ sectionem non bene euacuatur. Si ergo turgida sit, & eo modo quod per uenæ sectionem sanari possit, & magnam sanguinis copiam habeat, in quocunq; tēpore melius est secare uenam, q̄ medicamentum exhibere. Si autē sanguinis copiam non habuerit, & in quarto, uel post quartū mensem sit, medicamento uti melius erit. Quādo uero omnia æqualia sunt, id est, quod per uenæ sectionē sanari possit, & multo sanguine nō abundet, in principio melius est per uenæ sectionē pcedere, q̄ per medicamētū. At si materia turgeat, et p uenæ sectionē euacuari nō possit, in quocūq; tēpore medicamēto uti opus est.

Cum uerō

Cum uero sanguinis copia non adfuerit, & ita per medicamentū, sicuti per uenæ sectionem demi possit, in his quæ excedunt quartum mensem, potius medicamento uti debemus, quæ uenæ sectione. Scito tamē materiā furiosam plerūq; per medicamēta euacuari.

In illa parte, Quarto mense usq; ad septimū, decepti sunt Iacobus, Vgo, & cæteri recentiores, ideo cogūt illā partem dupliciter interpretari, inclusiue, & exclusiue, uide licet includēdo quartum mensem & septimū, & excludendo quartū mensem et septimū, & de uero sensu explicare se nesciunt, quoniā ueram interpretationē nō habebant, nam illa præpositio à superest, nēpe legi debet sine præpositione à, quarto mēse usq; ad septimū. Si enim ita legatur, manifeste apparet quod mēsem quartū excludere non possunt, quoniā Hippocrates dicit, quarto mense purgandas esse, quod est in ipso quarto mense cōstitutus. Idq; magis perfectum est in Græca lingua, in qua dicitur *την τεταρτην*, ac si dicat quadrimestres, quo uocabulo eas explicat, quæ in quarto sunt mense. Quod etiam septimū mensem inclusit Hippocrates, particula, quæ statim sequitur, ostendit. Illa inquam, minus uero hæ, scilicet utero gerentes, quæ in septimo mense sunt, purgare expedit. At non mirum quod ita interpretentur, quoniā ut statim uidere licebit, hanc particulam, Minus uero hæ, adeo extorte intelligunt, ut nihil peius dici possit, uel excogitari. Immo & Cōciliator differentia. 166. summe hallucinatur, uos hęc septimum mensem ab Hippocrate excludi. Nouem etenim menses in tres partes diuidit, primo secundo & tertio mensibus potius uenam fecat, quàm medicamentum præbeat, quarto, quinto, & sexto potius medicatur, quàm uenæ sectionem exerceat. septimo, octauo, & nono nihil facere instituit. Deniq; infert, Hippocratem exclusiue intelligendum esse, usq; ad septimū, septimum ipsum excludentes. Sed (ut statim uidebimus, hoc modo intelligere impossibile est, ob hanc particulam, Minus uero hæ, quæ sequitur. Sed quia Arabes, & eorum imitatores de hac re plurima dicunt, quæ Hippocrati & Galeno aduersantur, tu illos lege, qui bonos authores imitaris, & ex teipso (si eorum dicta recte recenseas) fatiscere nihil impedit. mihi enim animus non est illos authores Græcis immiscere, ne simul tritico lolium miscentes, bonas horas perdere uideamur. Cur uero quarto mense medicamento uti debeamus, Philotheus rationem assignat, inquit, *το τεταρτην καὶ τὰ γὰρ ἀκρωτῆρας σαχίχεται τῆ μήτρας τὸ κροκορῶδον, ὡς τε καὶ κινήσῃ σφοδρῶς ἀνέχεται τὴν κούσῃ, τὸ ἐμβρῶν μὲν δὲ ἀδυνατῶν.* idest, Tunc enim foetus, qui utero fertur, diligenter ac tuto uulua continetur: & prægnans uehementiores motus perfert, quæ embryum siue foetus nulla sit iniuria affectus.

ἡσος δὲ τῶν τεταρτην, idest, Minus uero has, quæ sunt in septimo mense purgare expedit. Græcum contextum habemus, in quo legitur *ἡσος δὲ τῶν τεταρτην*, idest, minus uero quæ iuxta has sunt, idest, quæ in octauo mense erūt. Sed hunc codicem, sicuti in multis alijs, ita in hoc deprauatum esse iudicamus. Leonicensi interpretatio corrigi debet, quod enim dicit, Sed has minus, lege Sed hæ minus scilicet purgandæ sunt. Iacobus, Vgo, & alij recētes hanc partē ita intelligūt, quod utero gerētes non gerētibus utero minus purgandæ sint, & ideo sensum faciunt minus uero hæ, scilicet utero gerentes sunt purgandæ, quàm non gerentes utero. At quàm insulse, ne dicam ridicule aberrant, quisq; etiam mediocriter eruditus intelligere potest, quid em̄ egregium ab Hippocrate diceretur, si eius uerborum sensus sit, minus purgandas esse utero gerentes, quàm non gerentes utero? Quis enim adeo pinguis minera in hoc dubitare possit? quippe certum est, utero gerentes periculum incidere, quod non gerentes utero non incidunt. & quod mirū est, ipsi ac si egregium facinus aggrediātur, id totis uiribus probare nituntur: quia utero gerentes debiliores sunt non gerentibus utero, & quia ex euacuatione maiora nocumenta incurrere possunt. O rem egregiam quam probarunt. Adduntq; illam dictionem minus, tribus modis exponi posse, primo, minus frequēter. secundo minus, quia minori & debiliori medicamento. Tertio minus, quia minori euacuatione. at ipsi tot inculcarunt atq; exaggerarunt, quia Hippocratis sententiā ignorabant. Nos autē ueram ueritatem exprimentes dicimus, Hippocratis sensum esse, minus uero hæ, idest illæ quæ in septimo mense sunt, minus purgari debent, idest tot non sunt quæ in septimo mēse sunt purgandæ, quot illæ quæ in quarto quinto & sexto. Ratiōque in promptu est, quia multæ in septimo mense pariunt, quarum partus superueniunt, & illæ purgandæ non sunt.

Tu uero

Tu uero statim dubitabis, quomodo hoc sciri possit, quādo uterū gerens septimo mēse paritura sit, & quando non sit paritura, ut tunc purgationem euitare possimus. Respondemus, apud Hippocratē & Aristotelem in libro De animalibus, certas quasdam regulas de hac re inueniri, quas si discere cupias, hæ sunt quæ sequuntur, Statim cum semen in utero recipitur, uterus tanquam manus ipsū capit, stringit & cōtinet, & circa ipsū pellicula quædam connascitur, quam secundam uocant, quæ & semen continet, & fouet, hocq; ab Hippocrate in principio de fœtus natura edocetur, hoc modo dicente. Si quidem semen ab utrisq; profectum in mulieris locellis remanet, primum quidem simul miscetur utpote fœmina nō quiescente, cogiturq; & crassescit, calefactumq; densatur. Spiritum deinde cōcipit, tumescitq; utpote in loco calido cum sit, adeo quod Hippocrates dicit, in sex dierum spatio cuiusdam pilæ formam habere. Nam casum ancillæ suæ uxoris refert Musoergos nomine, quæ cum hominibus uersabatur: ut uideretur honesta concepit, putamus nos intelligendum esse, ut uideretur non abuti uenere. Hippocrates hoc sciens, septimo die iussit ut è loco alto desiliret. Sciebat autem esse talem diem ipsa, quia obseruauerat, semen quod receperat non exisse. Cum ista è loco altiori desiluit, semen in terram decidit, & sonuit. Erat autem simile, si quis oui putamen auferat, membranamq; interiorem relinquat, quod intus est liquidum comperiet, quod similiter ferè habebat, tamen coloris rubri, & rotundum erat quædamq; fibræ crassæ albæ in membrana inesse cernebantur sanie crassa & rubra conuolutæ, circaq; membranam extrinsecus uarices quædam cruentæ connectebantur, medioq; membranæ loco tenuè quid exibat, quod mihi umbilicus uidebatur, quia primo respiraret, membranæq; tota semen complexa ex eo circuntendebatur, hoc est quod semen acquirit in sex diebus. Postea paulatim procedit, ut in nono die uirtus formatiua incipiat lineamenta partiri, in quintodecimo die sanguis per totum penetrauit. Infans autem si fœmella sit, longius spatium formationis fit in diebus quadragintaduobus. Si uero mas fit, longius spatium est triginta duorum dierum. nam plerumq; (inquit Hippocrates) hoc tempore, uel paulo quidem maiore, aut minore tempore conformatur. His prælibatis, scito mulieres quæ aliàs concepere, quando cōcipiunt id scire; & quia uariæ tales dicunt quod ignorant, mentiuntur omnes, nisi stolidæ sint. Illæ autem quæ nondum concepere ex hoc scire possunt, quando semen uterum non exierit. Semper enim uterū exit, nisi conceperint. Si hoc tempus obseruent quod omnes obseruant, & illæ quæ ut rei ignaræ uideantur, dicunt se non obseruasse, mentiuntur. Scit ergo mulier quæ tempus conceptionis obseruauerit, quod omnes prudentiores, & non ineptæ obseruant. Deinde obseruent quo tempore fœtus moueri incipiat. Si tertio mense moueatur, quod est spatium nonaginta dierum, hoc spatium in tres partes diuide. Tertia pars sunt triginta dies, ille fœtus in triginta dierum spatio fuit conformatus. nam cum infans conformatus est, si totum hoc tempus à conceptu ad conformationem multiplicando triplices, statim id tempus habebis, quo moueri cœpit. Si deinde totum tempus à principio cōceptionis usq; ad motum triplicando multiples, in fine huius spatij temporis in lucem erumpit. Vnde qui in triginta diebus conformatus est, in nonaginta diebus mouetur. Si deinde nonaginta dies triplicabis, fient ducenti septuaginta dies, qui sunt nouem integri menses. Si in uiginti quinque diebus conformatus sit in septuaginta quinque moueri cœpit, in ducētis uiginti quinque nascitur, qui sunt septem menses & semis. At si in uiginti tribus diebus conformatus sit, in sexagintanouem diebus mouetur, & in septem mensibus nascitur. Hanc igitur regulam obseruato, quæ non fallit, quando in septuaginta quinque diebus, uel sexagintanouem, uel circa mulier infantem moueri sentit, iudicā hanc septimo mense parituram, hanc septimo mense non purgabis. Quod si feceris, purgatio turba non est, at nihil considerandum est, si materia turget. Multi autem ex his qui septimo mense nascuntur pereunt. Causam uero in libro de septimestri partu assignauit Hippocrates. At increbuit fama, infantes omnes qui octauo mense nascuntur perire. & ita in libello de octimestri partu iudicauit Hippocrates. astronōmi ex planetis rationem assignant, nam primo mensi Saturnus præest, secundo Iupiter, tertio Mars, quarto Sol, quinto Venus, sexto Mercurius, septimo Luna, quæ in partu benigna est: unde qui in septimo mense nascuntur, superuiuere possunt. Iterum octauo mense Saturnus regnat,

qui & pessimus & lethalis planeta est; propterea qui hoc mense nascuntur, obeunt: quid uero nonum mensem attingunt, cui Iupiter dominatur, planetarum benignissimus: & qui Saturni malitiam deicit, hi superuiuere possunt. Naturales autē causam aliam adducunt, quia infans septimo mēse conatum fecit, ut exiret, ideo agitated est, & debilior effectus: unde si octauo mense nascatur, quia motus ille, & illa imbecillitas nō dum correcta sunt, propterea obeunt: at si nonum aut decimum mensem expectet, imbecillitas recedit, & effectus fortior superuiuit. Adde, dierum quadragenarias in octauo mense non esse perfectas, sed in septimo & nono perfectas sunt: etenim septem quadragenarias perfectas sunt: ut in libro De octimestri partu, docet Hippocrates. Tuq; (si luber) astrologos de genethliacis diebus & mensibus legere potes, ubi hæc suam rationem habere uident. Ptolomæus etenim, Hali, & multi alij, hæc ad unguem pertractarūt. Nos hoc tātum addemus, simpliciter uerū non esse octimestres occumbere & decimestres, ut dicit Hippocrates, licet excedant septimam quadragenariam: nam illustrissimi duobus nostri Herculis secundi primogenitus decimestris in lucem erupit, tamē non obiit. Sed de his alijs ubertim agemus, simul & Plinij uerba de octimestri partu adducētes. Nunc id solum addemus, nos aliam causam assignare, cur in septimo uiuant, in octauo non uiuant infantes, quæ hæc est: Statutos esse à natura terminos generationis septimi & nonum mensem: illi qui citius animantur, citius perficiuntur, & septimo mense perfecti exeunt, & uiuunt; hi si sexto mense erumpant, uiuere non possunt, quia imperfecti. Illi qui tardius animantur, tardius perficiuntur, & hoc est nono mense, uel supra nonum: hiq; non sunt perfecti in octauo, ideo si in octauo prodeant, moriuntur. Illi ergo qui in septimo habebant perfectionē, uiuunt, si in septimo gignantur, imō & si in principio octauū. Octauo autem mense nullus perfectus est, sed nono. Ideo nonus & septimus superuiuentes faciunt; alij minime. Hæc q; satis sit pro expositione illius particulæ, quod pauciores debent in septimo mense purgari, quàm in quarto, quinto & sexto: nam illæ non sunt purgandæ, quæ septimo mense parere debent. Quæ autem hæc sunt, ex præscriptis regulis inuenire poteris.

Τὸ δὲ νήπια, καὶ τὰ πρὸς βύθρα ὀλιγαβιέδια ἄρῃ. idest, Iuniora autem & seniora uereri oportet.]Vocabulum νήπια, puerilia & infantilia significat. At si ad Hippocratis sensum redeamus, iuniora optime uerti potest. Theodorus, rectiora interpretatus est: eas intellige quæ sunt in primo mense usq; ad quartum. Vnde Philotheus totū id tempus, quo mulier utero gerit, in tres partes diuidit, inquit, ἰσὺν δὲ, ὅτι νήπια καὶ τὰ ἀπὸ τῶ πρῶτος μηνός, ἕως τῶ τεταρτῶ, μέσση δὲ τὰ ἀπὸ πρῶτου ἕως ἐπταῶ, πρὸς βύθρα δὲ τὰ μετὰ τῆς ἑπτα. idest, sciendum autē quod iuniora uocat à primo mense usq; ad quartum, media autem à quarto usq; ad septimum: seniora uero usq; ad nonum. Sensus uero Hippocratis est, nos ita temere, eas quæ sunt ante quartum mēsem, & quæ post septimum, purgare non debere: sed quando eas purgare uolumus, quia opus sit, multum uereri. Ex quo educas ab Hippocrate non dici, iuniora & seniora non esse purganda, si materia turgat: sed quod magna cum præmeditatione faciendum esset, & non nisi cum magna necessitate; quod in his quæ in quarto mense sunt, usq; ad septimum, septimum ipsum includentes, ita presse considerandum non est. Causa uero, cur in his uereri oporteat, est, quia primis mensibus foetus ligamenta debilia sunt, atq; mollia: ideo facile disrumpi possunt. In ultimis etiam mensibus debilia sunt, tum quia prope natiuitatem, tum quia foetus magis ponderosus est; ideo in his mensibus non sine timore purgabis. In medijs uero mensibus, ligamenta fortiora sunt, & crassiora: propterea purgatio tutius fieri potest, & sine periculo, uel cum minori periculo, quàm id esset quod primis & ultimis mensibus imminēbat. Philotheus etiam easdem causas refert, cur primis & ultimis mensibus uereri oporteat, inquit, ὅτι μὲν τοῖς πρώτοις ἡμὰ τὴν ἀδρῆσιαν τῆς ἀρτηρίας, καὶ τῆς σπινθῆσιαν, καὶ ἡμὰ τὸ ἀσπῆκτον τῶ ἐμβρύου, ὅτι τοῖς τελευταίοις δὲ ἡμὰ τὴν ἀδρῆσιαν τῆς δυνάμιαν, καὶ τὸ ἡμὰ τῶ ἐγλυνοφορεμῆσι. idest, in primis quidem propter debilitatem iuniorum & ligamentorum, & propter pondus eius, qui intus fertur foetus. Scito tamen, quod in primis mensibus sectio uenæ tutior est, ubi per uenæ sectionem sanari possunt; in ultimis est minus periculosa pharmacia. Si quis uero dicat, in ultimis mensibus prouocare ad exitum conueniens

peris esse alio modo
inueniuntur balnea in illis
procedunt cœmenter, tan
quod, item non debet
hoc hoc in nullis morbo

AD PTERO
Asplatan. Hi
facile decidunt qu
solent haberi à pl
perinde decidunt. E
obitus, si aliquando
modo, uel secundum
impuntur. Sic qu
non coalium, quare
fessione, que omnia Hip
et materia turgat quare
ans, cum factus utero
purgate, permittit purg
tatum enim uocabulum
alio more mouetur, & p
tunc ad eos expellere
tunc motum ad alia
tunc, non oportet mouere
tunc principio medi
um est, atq; inflammati
E morbo resolutum, simul
que medicamento, conuul
nis ditione notum. N
pris apothemis meminer
lophi fiet manifestum.

PRIMO Galienus pu
tus enim in prima genera
ad memoriam aliquo uenit
uoluit hunc, ut diffidit
fontem decidunt idem
timidum cadat, uel fallit
fati hunc dicunt. Inter
ad purgationem possunt. Sed
possunt. Vnde Orbiliu
bilis adre est ipsa termi
tatum est imen. In u
E ueris plene sunt, & m
tate pro substantia depen
Quod in principio dicitur
tate agnoscitur experiri
Quod etiam legitur. Diffi
tate propter quod non
commotionem habet ad pla
tatem significat, non autem
etiam particulam quare
Quod etiam serpens est
Cœcium, Curæ e

uentens esse, ideo medicari præter rem non esse in utero gerentibus, nam & ad hanc intentionem balnea in illis temporibus fiunt: Ad hoc dicimus, & si forte ratione pro- uocationis conueniret, tamen quia nescimus an perfectus sit foetus, ideo ne abortiuus ducatur, dari non debet: nec etiam ratione uenenositatis, quam habet medicamentum (licet hoc sit nullius momenti) exhibere conuenit.

GALENVS

AD VTEROS foetuum connexus eandem habent proportionem, quam fructus ad plantas. Hi siquidem in prima generatione debilioribus capulis continentur, & ideo facile decidunt quando uehementior uentus ipsos concusserit. Post hac aucti, difficilem habent à plantis dissolutionem, sicuti rursus cum perfecti sunt sponte sua sine ut extrinseca decidunt. Eodem modo & conceptus, in primo quidem tempore seminis iniectionis, si aliquando saltare contigerit mulierem, aut in lubrico cadere, siue quouis alio modo, uel secundum animam, uel secundum corpus moueri uehementius, facillime disrumpuntur. Sic quando & iam perfecti sunt. Tempore uero intermedio firmiorem habent coalitum, quare mulier utero gerens potest fortiores motus sustinere, sine foetus offensione, quæ omnia Hippocrates noscens, recte inquit: Vtero gerentes sunt medicandæ, si materia turget quarto mense, usq; ad septimum, quod est in medio tempore foetationis, cum foetus utero firmiter alligatur. Non tamen omnes quæ hoc tempore indigent purgatione, permittit purgari. Sed si materia turget, inquit, hoc est cogat accelerare. Tractum enim uocabulum est ab animalibus ad coitum concitatis, cum superabundantes humores mouentur, & per totum corpus deferuntur, nondum in aliqua parte firmati, tunc ad eos expellendos natura incitatur, & aliquo indiget manu porrigente, & hunc humorum motum ad alium deducente. Eos uero qui aliqua in parte sunt firmati humores, non oportet mouere. Sic igitur & illud dictum est. Quicumque inflammationes in morborum principio medicamento conantur soluere, nihil de eo auferunt, quod intentum est, atque inflammatum. Neque enim passio, ut quæ cruda sit, cedit: quæ uero sana sunt, & morbo resistunt, simul eliquant. Quod autem Hippocrates uerbo medicari, pro purgare medicamento, consueuerit uti: omnes confitentur, quicumque paruam habent de eius dictione notitiam. Nam ut quispiam alia omittat ipsius uolumina, & de solis scriptis aphorismis meminerit, nihil aliud per uocem Medicari, in eis posse significari, paupost fiet manifestum.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus pulchram foetus similitudinem ad fructus in arboribus facit. fructus enim in prima generatione debiliores pediculos habent, propterea facile decidunt uehementiori aliquo uento spirante: succedente tempore crassescunt pediculi, & adeo robusti fiunt, ut difficulter decidant. adhuc procedente tempore cum fructus perfecti sunt, sponte sua decidunt. idem in foetu euenit, primis mensibus ligamenta facile rumpuntur, si mulier uel cadat, uel saltet, uel aliquid simile contingat; eodem modo quando sunt perfecti sponte decidunt. Intermedio autem tempore foetus adeo alligati sunt, ut facili motu separari non possint. Sed mulieres motus etiam grauios, sine ullo discrimine pati possunt. Vnde & Orisbasius hic dicit, in principio purgationem fieri non debere, quia subtilis adhuc est ipsa seminis coagulatio. In medio iubet fieri, quando iam ueluti confirmatum est semen. In ultimo uero non iubet fieri propter quantitatem, quia & uenæ & arteriæ plenæ sunt, & matrix iam nimium repleta est, adeo ut si uel graues odores senserint, ista substantia deponatur.

Quod in principio dicitur, Ad uteros foetuum connexus: illa particula Connexus, Græce exglitius exprimitur *συμφύσις*, ac si dicat, cōplantationes, insitiones, cohaesiones.

Quod etiam legitur, Difficilem habent à plantis dissolutionem: Græce habetur, *δυσκολονηχία τῶν πῶς τὰ φῦτα κοινωσιαν*. idest (si ad uerbum reddamus) difficilem solutionem communionem habet ad plantas. Id enim uocabulum *κοινωσιαν*, communionem & societatem significat, non autem dissolutionem. Credendum uero est in Leonicieni codice illam particulam *κοινωσιαν* defuisse.

Quod etiam scriptum est, Tempore uero intermedio firmiorem habet coalitum: hæc particula Coalitum, Græce est *τῶν συμπυσην*, idest complatationem: ut firmior quidam

naturalis connexus adnotetur.

SECUNDO aphorismum exponit, quod utero gerentes sunt medicandæ si materis turget, quarto mense usq; ad septimum. Quod tempus medium est temporis foetationis, quo tempore foetus utero firmiter alligatus est. tamen omnes non sunt purgandæ, quæ hoc tempore purgatione indigent, nisi materia turgeat: multæ autem purgatione indigent, quas ob foetum non purgamus. Hæ enim morbos acutos habent, sed non turgent, nam cum turgent, ob periculum, quod imminet, purgamus.

Nos aut si materia non turgeat, sed morbus acutus sit, adeo ut purgatione indigeat, cassiam, mannam, rhabarbarum, & similia propinamus, quæ sine ullo uitæ discrimine humores prauos educunt.

Quod in hac parte legitur, Quarto mense usq; ad septimū, accipere debet coniunctio nem &, quarto mense & usq; ad septimū: Græce enim dicitur, τεταρτηνὰ ἕως ἑπτάμηνη.

Quod etiam legitur, Hoc est cogat accelerare: Græce habetur τὰς ἐπιπέρας, id est hoc est cogat, uel sollicitet, uel urgeat.

TERTIO Galenus docet uocabulum ὀργᾶ, id est turget, deductum esse ab animalibus ad coitum concitatis, nam superabundantes humores concitatis per totum corpus feruntur, & aliquo in loco firmati non sunt, natura enim ad hos expellēdos mouetur: sed per se sola non potest, nam alterius auxilio indiget quod manū quasi portigat, & ad aluum ducat. Sed humores in aliqua parte firmati moueri non debent, unde alias ab Hippocrate dicitur, qui conatur inflammationes soluere medicamēto in principijs, is nihil aufert de eo quod est intētum, atq; inflammatum. In hac enim passione, quando medicamentum exhibebimus, quod crudum est non demetur: quæ autem sana sunt, & morbo contrariantur, illa à medicamēto eliquantur, hinc aliqui dixere, uenarum sectiones, quæ in pleurite, & in inflammationibus fiunt, esse potius diuersiones, & totius sanguinæ massæ euacuationes, quàm illius particularis materiæ quæ inflammationem facit. At si Galenum recte consideremus, de euacuatione per medicamentum, & non de sectione uenæ sermonem habet, quamuis id uerum sit, quod in illis principijs, uenæ sectio materiā quæ in locum fluxit, non euacuat, sed eam quæ fluxura est, diuertit.

Quod in hac parte legitur, Tunc ad eos expellendos natura incitatur: Græce habetur, τὴν κίνησιν πρὸς τὴν ἀποκρίσιν αὐτῶν ἢ φύσιν ὀργᾶ, id est, Tunc ad eos expellendos natura impetum facit, ὀργᾶ enim potius interpretandum est, impetum facit, quàm incitatur, quia quiete incitari potest, sed nunquam impetum facere quiete.

Quod etiam legitur, Neq; enim passio, ut quæ cruda sit, cedit. Græce dicitur, οὐδὲ γὰρ ἄσθοντι αὐτῶν ἐν τῷ παύθῃ. id est, Neq; enim passio consentit, id est illa inflammatio cruda cum sit, tamen & id uerbū ἄσθοντι interpretari potest, dat tergum, remittitur, inclinatur.

QUARTO Galenus docet, uerbum medicari, ab Hippocrate pro purgare medicamento accipi, & hoc per testimonium eorum omnium qui modos loquendi Hippocratis audire consueti sunt. Imò iubet solum nos esse cōtētos his locis quibus Hippocrates utitur uerbo φαρμακίδειν, id est medicari, quod in aphorismis consequentibus manifestum fiet, nam uerbum φαρμακίδειν, id est medicari, semper accipitur, pro eo quod uti medicamento purgante.

Quod legitur, Omnes confitētur quicunq; uel paruam habent de eius dictione noticiam, ego potius interpretarer de eius locutione, quàm de eius dictione, quāuis Græcus contextus dicat, ὅσοι καὶ οὐκ ἔστιν βραχὺ τῆς λέξεως αὐτοῦ σμνίασιν.

Quod etiam legitur, Et de solis scriptis aphorismis meminerit, legi debet, & de solis consequēter scriptis aphorismis meminerit. In contextu Leonicensi deerat forte illa particula, consequenter. At Græce est, μόνων δὲ τῶν ἐφεξῆς τοῖς δὲ γυζαμμένω ἀφορισμῶν μνημονίσιν. In ultima commenti parte deest particula Vt, ubi legitur Paulopost fiet manifestum, legi debet, Vt paulopost fiet manifestum. Græce enim legitur, ὡς ὀλίγον ὑστέρου ἔσται δῆλον.

APHORISMVS II

IN medicationibus talia educere è corpore, qualia & sponte prodeuntia, utilia: quæ uerò contrario modo prodeunt, cohibere oportet.

BRASAI

BRASAVOLVS

HVIVS aphorismi sententia ab Hippocrate frequenter descripta est, tamen nullus est locus, in quo Galenus hæc exquisitius tractet, quam iste, cuius sensus est, In medicamentis talia educere è corpore, utile erit, qualia exire utilia sunt, quãdo sponte exeunt: si uero aliqua sint, quæ à corpore inutiliter prodeant, uel ab arte uel sponte sit, medicus cohibere debet, & ne fluant prohibere. Vnde & Hippocrates in libro De humoribus, quum in fine primi folij de euacuatione sermonem habuerit, inquit: sed si dum hæc ages, male haberent, læderent, aliò uertito, uel desiccato, uel reuellito. Quum uero alij interpretes aphorismum præsentem tam in uiris quàm in mulieribus uniuersaliter intelligant, solus Philotheus ad præcedentem aphorismum referens, ita introducit; Quum in præcedenti Aphorismo de purgatione utero gerentium mulierum pertractauerit, *νῦν καὶ πάλιν χυμῶν ὀφέλιμα συγκαταλέξωμαι, παραδιδῶσι.* idest, nunc & quales humores purgari debeant, edocet.

ἢ τῆσι φαρμακείῃσι. idest, In medicationibus.] Theodorus in usu medicamentorum interpretatus est: per hoc uocabulum proprie significatur in exhibendis, uel sumendis medicamentis. De medicamentis uero purgantibus sermonem habet.

ταῖα ἔγωγ' ἐκ τοῦ σώματος ὅσα καὶ αὐτόματα ἴοντα χήσιμον. idest, Talia educere è corpore, qualia si sponte prodirent, utile foret.] Hoc est, medicus recte operans quando medicamentum exhibet, talia è corpore euacuare debet, qualia à natura ipsa euacuarentur, & dum euacuaret, conferet; ea enim euacuatio optima est, & ab egro optime fertur. Alii qui contextus sunt, qui loco huius particulae *ὅσα*, idest, qualia: *ὄνομα*, idest, quot, legunt. Quod certe non conuenit. Nam ad talia referri debet, quæ particula qualitatem rerum quæ euacuantur notare uidetur: non autem quantitatem. quantitas enim consideranda non est, sed solum si talia euacuentur, qualia euacuare oportet: non enim multitudine existimandæ sunt deiectiones. Aldinus codex habet *ὄνομα*, quæ particula etiam à Grecis ponitur pro *ὄνομα*, idest qualia. Omnes etiam fere contextus legunt, *χήσιμον*, idest utilia. & ita etiam Philotheus habet, inquit: *χήσιμα τὴ ἐσση, καὶ αὐτόματα καλοῦνται. χήσιμα μὲν ὅτι ἐκκροῦνται τὸ πλεονέκον. αὐτόματα δὲ, ὅτι χωρὶς τοῦ πρῆσαι τὴν ἰατρὸν ἐκκρίνονται. ὅσα δὲ πλεονέκον αὐτῶν ἀκαταμάχιστα ἐκκρίνονται.* idest, Utilia autem sunt, & ultronea uocantur: utilia quidem, quoniam superfluum exhauritur. Spontina uero, quoniam sine opera etiam medici excernuntur: quæcunq; autem sunt præter naturam ipsam dispositam, excernuntur uel egeruntur. Sed antiquus quem habeo, à quodam antiquo correctus legit *χήσιμον*. Mihi potius arridet, quod *χήσιμον*, idest utile, quàm *χήσιμα*, idest utilia, legamus: quoniam utilia ad ea quæ euacuantur, referri uidentur, sed utile ad hominem qui euacuatur. Illa uero sponte euacuari intelligit, quæ sine auxilio medicamenti, aut rei exterioris à natura euacuatur, quomodo cūq; euacuentur, modo conferant. Hoc à nobis additum est, propter illos, qui ea solum sponte euacuata esse intelligunt, quæ debito ordine sunt euacuata, ita ut natura quidem irriteretur à materia, sed non per hunc ordinem, ut est expulsio materiae concoctæ. Nos uero sponte euacuari intelligimus, quæ à natura intrinseca euacuatur, uel per ordinem, uel symptomatice hoc accidat, modo conferat, & utile sit quod euacuat. Oribastus dicit, sponte dixisse, idest ex natura. Inquit enim, medicum considerare oportere, qualis nam materia sit, quæ in aliquo abundet, uel si prius uentris fluxum pertulit ad purgationem, ut ad ipsum humorem abundantem offerat auxilium. At dubitare, an medicus eodem modo prouocare debeat, quo natura expellere solet, uanum est: quando quidem nos alijs instrumentis utamur quum euacuamus, quàm natura faciat: tamen nostris instrumentis per eandem uias utimur.

Id etiam quod à recentibus dubitatur, an medicus naturam symptomatice operantem imitari debeat, ita nos dissoluemus, Si talia euacuent, quæ conferant, fieri debere. Nam medicus semper considerare debet, an id quod euacuatur, corpori utile, an inutile sit. Et si casus qui accidunt recte attendamus, medicus naturam imitatur symptomatice operantem: quia quum materia furiosa est, ipse hoc symptoma considerans, eodem die euacuat, & non expectat: & quamuis bonum atq; malum ducat, agrum debilitare non curat, ut illi diutius uitam protrahat, prohibens, ne alicui nobili membro materia infigatur. Sed omnes hos & medici & naturæ incessus per accidens esse constat, & præter consue-

ros natura & artis incessus & modos. nam à symptomatibus quæ accidunt, ita operari coguntur: propterea & hæc euacuatio symptomatica nuncupatur. Quod etiam dubitari non uideri medicum semper imitari naturam, quia illa euacuante, medicus euacuare non debet, Nullius momenti est: nam euacuatio, de qua hic tractat Hippocrates, qualia euacuare oporteat, docet, talia inquam, qualia conferunt quoties natura sponte euacuat. propterea uerum est, quod natura euacuante, medicus euacuare non debet, nisi natura imperfecte operetur. Sed de hac re non tractat Hippocrates. nam intelligit quando aliquis indiget euacuatione per artem, quum natura non euacuat qualia euacuanda sint, de qualitate humorum euacuandorum loquens, non autem de euacuatione ipsa, ut euacuatione, hocq; per spontinas euacuationes edocere intendit, ut sæpe fecit, & sæpius deinceps faciet. Deniq; hic non mihi uidentur deferenda quæ Philotheus ita dicit, *ἡ φύσις ἴνιμα κατακράτησι, λεγόμεν τὸ λεπτὸν τὸ ἀπορροῦν τῆς χυμοῦ, πρὸς ἴσχυρα ἐσθρμ. εἰ δὲ πικρὰ φύσις ἢ διαδιδυσι, οὐ πάντως ὁ λεπὸν χυμὸς ἐκκροῦνται. ἔδρμ ἐκὶ μὲν διφροῦσι, ζῆτροῦ δὲ δισφοροῦσι. λοιπὸν οὐ ὅσα κατακράτησις ἢ φύσις κείνη. J. i.* Quando natura prepotens fuerit, infestantis humoris euacuatione operatur, ipsum transmittens. Si autem præter naturam sit dispositio, non omnino infestans humor exhauritur. unde illic quid bene ferunt: hic uero ægre ferunt. Reliquum igitur iudicatur, prout natura præpotens fuerit.

τὰ δὲ ζῆαντίως ἰόντα, πάλαιμ. id est, Quæ autem contrario modo prodeuntia sunt, ab his cessare oportet.] Hæc secunda pars primæ opposita est. In prima enim talia educenda iubebat, qualia ea sunt, quæ cum educuntur à natura, nobis utilitatem præstant, e contrario quando natura euacuat, & non proffit, cohibendum est: ita si ars ea euacuet quæ si natura euacuaret non prodesse, sistere debet, & amplius non procedere, quia talia sunt, quæ integram qualitatem participant. propterea conferunt si permanent: si euacuentur, obsunt: ut nihil aliud in toto hoc aphorismo uelit Hippocrates, quàm humores prauam qualitatem habentes, euacuandos esse, & probos humores retinendos, qui decenti qualitate affecti sunt. unde quod dicit cohibere oportet, intellige si prodeant sistenda: si non prodeunt, non prouocanda, sed potius dimittenda. Quod recentes dubitant, an omnis symptomatica euacuatio cohibenda sit, ita soluere oportet, non omnem euacuationem cohibendam esse, præsertim quando materia turgida sit, adde quando æger multum debilis non sit, & per conuenientes uias progreditur, tamē hanc euacuationem cohibere difficile est, tum quia maxima & impetuosa, tum quia nimis cita.

GALENI

SPONTE euacuari è corpore dicimus, quæcumq; sine aliqua medicatione excernuntur, nonnunquam ea quæ nostrum regit corpus potentia ipsum expurgate, nonnunquam ex iritamento aliquo, aut quia à uasis non contineantur. Quum itaq; natura superfluum euacuat, iuuatur animal: quum uero alioquin excernit, casus ratione, neq; inde utilitas ulla provenit, & talis euacuatio prauæ dispositionis est signum. Recte igitur Hippocrates cōsultat imitari naturam. Est autem imitatio in unoquoq; morbo tales humores euacuare tentādo, quales nouimus in spontinis prodesse euacuationibus. Prius itaq; dictum est ab ipso de omni euacuatione generalius, hoc modo: Et uasorum inanitio, siquidem talis fiat qualem fieri oportet, confert, & leuiter ferunt. Nunc uero de sola purgatione eundem fecit sermonem, quoniam de hac docere proposuerat in præsentis libri loco. Melius igitur fortasse fuerit de omnibus euacuationibus, quas medici moluntur circa ægrotantium corpora sermonem repetere. Fiunt igitur hæc aliquando per medicamenta totum corpus expurgantia, & per uomitus, & deiectiones. Nonnunquam uero medicina partis alicuius est euacuatua, ueluti quæcumq; per palatum, & nares à capite abducunt superfluitates. E genere autem superfluitates expurgantium sunt, & quæ per uisum expurgant, quæcumq; in pectore sunt atq; pulmone, & quæ per urinas abducunt totius sanguinis serosam superfluitatē. Clysterem quoq; ex hoc genere fecerit, & quodcumq; aliquod totum corpus æqualiter euacuans, quæadmodum & uenæ sectio creditur euacuare, & omnino sanguinis missio, quæcumq; & quouis modo facta. Ex talibus autem est euacuationibus, & quæ per uterū fit, & per ora uenarū sedis, siue per exercitia, & frictions, & omnem motum atq; calorem, & balneas calidas, præsertim nitrosas, sulphu-

rea

reas & bituminosas, & ex accidenti inedia. Hæc siquidem omnia uidentur totū æqualiter corpus euacuare. Si quis tamē exactius perquirat, non æqualiter inuenietur euacuati. Verum in his quum sit paruus excessus alterius ad alterum, secundū eorum quæ euacuantur qualitatem & quantitatem, ideo æqualis euacuatio uidetur. Attamen quæ pharmaca purgatoria nominantur, speciem faciunt euacuationis manifeste differentem, de quibus (ut dixi) nunc ipsi docere propositum; non tamen quicquā plus docet, quàm quod de omnibus euacuationibus ipse iam dixit. Vna etenim est omnium intentio humor superabundans, cuius notitia est perquirēda ex eo qui in toto corpore præter naturam color representatur; & præterea ex calibus & morbis & tēpore & regione & ætate & constitutione & natura egrotantis & industria & uictu. Veluti si ita contigerit, colore ruffo in toto corpore apparente, quemadmodū in illis qui regio morbo laborāt, non euacuata per sedem bile, aut pustulis aliquibus biliosis per totū corpus dispersis. Particulatim autē si morsus in uentriculo aliquis, atq; fastidium sentiatur, & adlit tibi appetitus defectus, ac sitis, ore uentriculi ad amaritudinē alterato, aut quia in aliqua parte corporis sit erysipelas, aut quia tertiana febris hominē habeat, aut ex ardentibus illa quæ ex amara fit bile. Nam in his omnibus flaua bilis abūdat, atq; idcirco conabimur ipsa educere illis medicamentis quæ cholagoga, idest bilis educitiua, ab effectu nominantur. Et hoc est quod ab Hippocrate dicitur: Si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leuiter ferunt. Quod enim dicitur Qualia oportet, superabundantiam significat superfluitatū suā qualitate infestantiū ægrotantem. Ob hanc igitur causam ait, tales conferre euacuationes. Sed quoniam omnes artificiosæ in actionibus coniecturæ aliquādo aberrant (similitudines etenim, ut ipse inquit, non solū uulgares, sed etiā medicos eruditos aliquando decipiunt) alterum nobis dedit indicium bonarum euacuationū, tolerantie facilitatem, ut & in hoc fiduciam habeamus, quum recte fecerimus euacuationē. Quod igitur in flaua bile dixi, ueluti in exēplo, hoc idem mihi & in atra intellige; nam & in hac, color totius corporis ad nigritiem tendit, & pustule nigræ fiunt ex atra bilis colore; & quicquid morbi ex eius fiunt exuperantia, multitudinē humoris indicant manifeste; quemadmodum elephas, cancer, & quartanus circuitus ex melancholico humore generantur, & lien magnus, & uarices denigratæ, sunt eiusdem humoris germina passiones, quemadmodū & quæ melancholia nominatur, & omne mentis delirium, cui ira, temeritas atq; immanitas iungitur. Hippocrates uero, etiam ex mensuris, superabundantē in sceminis humorem coniecturabatur, & scripta sunt ab eo indicia in primo libro De mulieribus. Ex his igitur quæ atra bilis abundet, dignoscere oportet, & has habentem intentiones ad eius accedere euacuationem. Secunda autē, in ipsa euacuatione intentio habenda, est tolerantie facilitas. Quæcūq; uero in atra bile & flaua sunt dicta, hæc mihi & in pituita intellige, tumores ueluti inflatos, pustulas & rotius corporis colorem secundum humoris speciem, & febres quotidianas, & mentis pigritiem atq; torporem, & somnos profundos, & capitis grauitates, & quosdā acidus ructus, quādo in uentre superfluitas aderit. Hæc enim omnia suadēt medicamentū dare pituitā purgans. Facta uero iam purgatione, tolerantie facilitas attestabit, & dignotioni, & ei quā ausus es facere propter ipsam euacuationem. Ad dignotionē uero, & spem euacuationis, habes etiā cōferentē aliquid, nō solū ætatē, uel naturā ægrotantis, sed etiā anni tēpus, & præsentē constitutionē, præterea & regionē & uictum antecedentē, unā cū alijs uitæ institutis. Etenim didicisti, quæ hæc omnia, nōnulla pituita, nōnulla flaua bilē, nōnulla atrā exaugēt. Hæc quidē omnia, ut dictū est, sunt intentiones exhibēdi medicamentū, uim habēs humorē infestantē expurgādi. In ipsa uero euacuatione altera erit intentio, uel nobis ferēs recti iudicij testimoniū, uel erroris: recti quidē iudicij, tolerantie facilitas; erroris autē, difficultas. nā infestantibus superfluitatibus euacuatis, facile tolerabūt ægrotantes: si quod uero aliud, & non quod infestat euacuat, necessarium omnino male tolerare. Quod igitur dixi, in principio libri per unū ostēdit aphorismū, ita scribēs: Sic & uasorū exinanitio, siquē talis fiat qualē fieri oportet, cōfert, & leuiter ferūt. Hūc in hoc loco nūc in duas secās partes, in medicatiōibus: per priorē quidē sermonē, quæ sint conferetes purgationes; per alterū autē qui sequit, quæ tales euacuationes firmū iudicij subsequitur facilitas tolerantie, docet. Exēplum uero ipse apposuit earū, quæ sponte fiunt euacuationū ad bonum. Multa quidem in libris Epidemiarū; pauca uero in hoc ipso libro

Aphorismorum, qualia huiuscemodi sunt: Quem aqua inter cutem habet per uenas in uentrē aqua fluente, solutio. Si lippitudo adfit, ab alui profluuiio capi bonū. Quibus biliofae defectiones, surditate superueniente cessant: & quibus surditas, biliosis factus, cessant.

BRASAVOLVS

MVLT A in hoc commento notati digna habentur, de his quos in ægritudinibus euacuare opus sit. Quamuis Galenus scorum de his quos oporteat purgare, & quibus medicamentis, librum scripserit. Primo igitur Galenus quid sit sponte euacuari (quod ipsi αὐτοματως dicunt) exponit. Illa enim sponte purgatur, quæ sine aliquo medicamento purgantur. Sed quomodo hoc fiat, edocet: quoniam uel ab ipsa potentia fit, quæ nostrum corpus regit, & quæ ab ipso aliàs calor naturalis appellatur: uel quia aliquo modo iritatur. Sed natura nihil expurgaret, nisi iritaretur: uel quia materia adeo abundat, ut à uasis contineri non possit, ob has causas spontaneæ euacuationes contingunt. Unde quum natura superfluum euacuat, animal iuuatur. Sed cum ratione alicuius symptomatis aliud excernitur, quàm superfluum, nulla utilitas inde prouenit: & illa euacuatio est prauæ dispositionis signum. Unde Hippocrates bene consulit, naturam imitandam esse: & quomodo illam imitari oporteat, edocet. Tunc enim in morbis naturam imitandum, quādo tales humores euacuamus, quales scimus in spontinis euacuationibus prodelle. Et ideo superius in primo libro de omni euacuatione sermonē generalissimè habuit, ubi dicebat, Et uasorum inanitio, si talis fiat, qualis fieri oportet, & confert, & leuiter ferunt. Nunc autem absolute de omni euacuatione non loquitur: quia nec de sectione uenæ, nec de alijs, sed de euacuatione tantum, quæ per medicamentum purgans efficitur. Unde melius erit, nos de omnibus euacuationibus quas medici moluntur circa ægros, repetere.

Quod in principio Commēti habetur, Quæcūq; sine aliqua medicatione excernuntur: Græce est, ὅσα χωρὶς τοῦ πρῶτον τῆν ἰατρικὴν ἐκκεῖνται. id est, quæcūq; sine aliqua medici operatione excernuntur: nam & si medicatio, sit medici operatio, tamen melius est Galeni sensum exprimere, quàm aliud dicere.

Quod deinde scriptum est, Prius itaq; scriptum est ab ipso de omni euacuatione generalius hoc modo. postea sequitur, Et uasorum inanitio: addi debet hæc particula Sic, ut legatur, Sic & uasorū inanitio, nam in Græco adest hæc particula, οὕτως. Sunt & non nulli, qui hanc particulam Generalius, quæ in cōparatiuo est, superlatiue legunt, Generalissimè scilicet. Sed omnes Græci cōtextus quos legi, γρηγορώτερον in cōparatiuo habent.

SECUNDO Galenus de intentionibus pro euacuatione sumendis sermonem habet, generalem quandam euacuationum sectionem hoc modo præmittens. Alique sunt uniuersales totius corporis euacuationes: aliq; sunt determinantorū quorundam membrorum particulares, uniuersales per secessum, & per uomitum fiunt: particulares uero tales fiunt, ut illa quæ per nares, aut per palatum caput euacuat, aut pectus per tussim & pulmonem, Clyster quoq; euacuat à parte. Sectio autem uenæ, & quælibet sanguinis missio inter uniuersales euacuationes computatur. Similiter euacuatio per uuluerū menses, per hæmorrhoidas, per exercitia, per frictions, per omnem motum, per calorem, per balneas calidas: sed præsertim per tales quæ ex nitrosis aquis fiunt, ut in Regienli agro aqua fontis aquarij est: aut sulphureis, ut in agro Patatino aqua fontis Apennensis: aut bituminosis, ut in eodem agro sancti Bartholomæi aqua. Inedia præterea ad uniuersales euacuationes pertinet, at ex accidēti: quia nihil educēdo euacuat. Sed quia quicquam nō damus, propterea & sanguis & totum nutrimentū exhauritur. At si quis bene consideret, hæc uniuersales euacuationes differunt. Differentia uero insensibilis est. Tamen euacuatio quæ per medicamenta fit, ab his alijs euacuationibus multum distincta est: & suam distinctam speciem habet: de qua & hoc loco tractat Hippocrates, & nos aliàs tractaturi sumus. Propterea hic Aphorismus, à secundo primi libri differt: quia in illo de omni euacuatione absolute loquebatur: hic autem de illa sola, quæ per medicamentum purgans efficitur. Ideo & nos particulariter de intentionibus quæ ad euacuationem requiruntur, pertractemus.

Quod in principio huius partis scriptum est, Fiunt igitur hæc aliquando per medicamenta totum corpus expurgantia. Ita præcise in contextu Aldino, & in antiquo quem habeo

habeo legitur: uidelicet, *γίνονται γὰρ αὐτοῦ ποτὲ μὲν εἰς τὴν καθαρῶντων ὅλου τὸ σῶμα φαρμάκων.* Sed alium contextum uidimus, in quo tria uerba addita erant, qui hoc modo legebat, *γίνονται γὰρ αὐτοῦ, ὅσα καὶ ἢ λέγουσι γίνεται, ποτὲ μὲν εἰς τὴν καθαρῶντων ὅλου τὸ σῶμα φαρμάκων.* Quæ si ad uerbum referantur, hæc dicunt, Fiunt igitur hæc quotupliciter euacuatio fit, aliquando per medicamenta totum corpus expurgantia. Tamen hæc uerba in multis Græcis exemplaribus absunt.

Quod etiam legitur, Clysterem quoque ex hoc genere feceris, & quodcunque aliud totum corpus æqualiter euacuās. In hac parte deest particula Non, & legi debet, Et quodcunque aliud totum corpus non æqualiter euacuans. Nam per clysterem totum corpus non euacuatur, sed pars solum. Græcusque contextus dicit, *καὶ πᾶν ὅπου ἔλασεν μὴ λέγεται ὁμοτίμως ὅλου τὸ σῶμα.* Vbi uides illam particulam *μὴ*, negatiuam esse: & legendum, Non æqualiter euacuans. Sequens deinde pars quæ dicit, Quemadmodum & uenæ sectio creditur euacuare, hoc intelligendum est per oppositum sensum, scilicet quodcunque totum corpus non æqualiter euacuans, sicuti sectio uenæ, quæ totum corpus æqualiter euacuat.

De clysteri uero recētes dubitant, an à toto corpore euacuet, ut quidam fatentur, dicentes, ab intestinis, à uentriculo, à capite, & à meseraicis, & consequenter à uenis euacuare. Sed re uera à toto corpore euacuare nō potest, quia neque à solidioribus partibus, neque à longinquiribus, sed solū à uis. Ad quā uero partē clysteres attingant, authores certant, Galenūque in libris De arte curandi adducunt, qui dixerit, actu non transire ieiunum, sed sola uirtute. Quod tamen Galenus sentire non uidetur: imō uoluit raro transcendere ieiunum: uerumtamen sexto libro De symptomatum causis, inquit: Quippe nonnullis clysteres adeo ascenderunt, ut uomitione rejicerentur, quæadmodum & steræ per lethales uoluolos. Mox quid de hac re dicendum sit, prosequitur, inquit: At qui satius fuerit per huiusmodi affectus, ut dicamus, uentriculum non trahere, sed suscipere duntaxat ea quæ ob intestinorum compressionem uiolenter sursum feruntur. Ideo hic casus, quo in uentriculum ascendit, ratione constrictorum intestinorum fuit, quam constrictionem à natura habent. Arabes & Mauritanii authores, de his multa disserunt, quæ nos suis sectatoribus consideranda relinquimus.

Scito etiam, omnes illas euacuationes, quas Galenus uniuersales appellat, ut de exercitio, de frictione, de calore, esse quidem uniuersales, sed primo partes cutaneas, deinde interiores exhaurire.

Scitoque apud Galenum & antiquiores usum balnearum non fuisse, nisi pro balneandis & lauandis corporibus: habent autē sulphureæ aquæ, nitrosæ & bituminosæ ingenitæ exiccandi uim, sed longe maiorem, nostro modo sumptæ, per os inquam, aut per stillicidium supra membra: dixi autem nostro modo epotæ: quia antiqui in tanta copia non præbebant, tamen potui dabant, ut ex Plinio constat capite secundo & sexto libri trigelimi primi.

TERTIO Galenus intentionem unam edocet, quam medicus qui secundum artem euacuare intendit, obseruare debet. Scito autem sanos non esse purgandos, neque euacuandos: iuxta Hippocratis regulam secundo Aphorismorum libro, dicente, Carnes sanas habentes non esse euacuandos, quia exoluuntur. & Galenus in principio illius libri quem inscripsit Quos oporteat purgare, quibus medicamentis & quo tempore, inquit: Qui sano corpore sunt, si purgentur, molestias sentiunt: nam & uertigines & tormina patiuntur, æqueque purgatio succedit, & cum hoc etiam celeriter exoluuntur. Causa autem horum omnium medicamentū est, quod quum sibi obnoxium humorem educere cupiat, nec ipsum reperiāt, sanguinem & carnes colliquat, ut ex eis quod suum est eliciat. Si uero æger sit, quum in nostro corpore sint quatuor humores, necesse est aut unum, aut plures, aut omnes peccare, secundum quod sunt, tali medicamento nos uti debemus, aut simplici, aut composito. Ad rem igitur, ægrum aliquem euacuare uolentes, primus *σκοπὸς*, idest prima intentio quæ occurrit, & primus finis est superabundantem humorem cognoscere. Sunt deinde multa media, quæ nos in huius superabundantis humoris cognitionem ducunt: quæ si scire cupias, hæc sunt: Color præter naturam, qui totū corpus occupauerit, unum est mediū; secundū, symptomata; tertium, morbus

bus ipse, quo æger affectus est: quartum, tempus: quintum, regio: sextum, ætas: septimum, constitutio; octauum, natura ægrotantis; nonum, industria; decimum, uicium. Per hæc omnia, uel aliqua in humoris peccantis cognitionem deuenimus, aut humorum si plures sint qui peccent.

Quod Leonicenus interpretatus est, industria; Græce habetur *ἡνελδδμωδτωρ. ἡνελδδμωα* uero Latine significat studium, institutum, exercitium. Nos potius exercitium interpretaremur, quàm industria, quoniam ars quam homo exereet, in cognitionē humoris in corpore super abundantis nos ducit.

QVARTO Galenus ad particularem cognitionem descendit, quādo humor bilio sus peccauerit. Si aliquem uideris, qui totius corporis colorē ruffum habeat, ut illi sunt qui regio morbo laborant, & bilis per sedem euacuata non sit, aut pustulas quasdam biliosas per totū corpus dispersas pullulare uidebis, & particulariter, si in uentriculo morfus aliquis sentiatur, & cibi appetentiæ defectus adsit, sitiat, os uentriculi amarefcit, & amaritudo ad supremum usq; os, & linguam ascendat, uel in aliqua parte erysipelas sit, uel tertiana febre, aut ardente correptus sit, quæ fit ex amara bile (appellant uero amarā bilem, eam quæ & ruffa dicitur, ad differentiam atræ, & acidæ) his signis præuisis necessarium est flauam bilem abundare, quam his medicamentis educere oportet, quæ à Græcis *χολαγωγα*, à nostris ducentia bilem nuncupantur. propter hoc ab Hippocrate dictum est, si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leuiter ferunt, ut per hanc particulam, qualia, notetur, superabundantiam superfluitatum educendarum esse sua qualitate ægrum infestantem. unde dixit, tales euacuationes conferre. unum tamen aduertit Galenus, quod quantūcūq; per omnes dictas coniecturas procedamus, quæ aruertiosæ sunt, tamen aliquando aberrant: quia in similitudinibus non solum uulgares, sed etiam eruditi medici quandoq; decipiuntur. propter hoc, illud edocuiffe non contentus Hippocrates, quod talia expurganda, qualia purgare utile est, aliud edocere statuit, quo facile cognoscere poterimus, euacuationem & bonam, & conuenientē fuisse. Hoc autem est tolerantiæ facilitas. Cum igitur uidebis ægrum euacuationem facile tolerasse, & profuisse, statim iudica, talia esse euacuata qualia euacuata oportebat, & te hoc cognouisse, neq; in coniecturis deceptum esse.

Quod in hac parte legitur, Colore ruffo in toto corpore apparente: Græce dicitur, *χοιας* uel *χοιας ὀχροτόρας*. idest, Colore ruffo, ita Leonicenus interpretatur. est autē *ὀχρος* color pallidus. at is color non est pallidus quem nos uulgo pallidum uocamus. Is enim qui uulgo pallidus dicitur, liuidus est. Qui uero à Græcis *ὀχρος* nūcupatur, ab antiquis Latinis pallidus interpretatur, qui illi similis est, quæ qui morbo regio laborat habent, Leonicenus rufum uocat. Rufus & pallidus per magis & minus differūt, ut tunc ostendemus, quādo de coloribus, secundum antiquos & recentes seorsum pertractabimus.

Quod etiam legitur, Aut pustulis aliquibus: Græce est, *ἢ τινδρῦ ἐξ αὐθιμωδτωρ*. Superius uero libro tertio, quæ apud Græcos & Celsum exanthemata essent, docuimus.

Quod etiam scriptum, Atq; fastidium sentiatur: Græce habetur, *καὶ ἄνοις*, sed hoc uocabulum *ἄνοις*, ex nimia ciborum repletionē fastidium significat, & detrimentum, & tristitiam. In hoc autem loco est fastidium ex repletionē bilis. Tamen in mulieribus utero gerentibus Hippocrates uocabulo *ἄνοις* frequentissime utitur, pro fastidio in quod incidunt post conceptum, ex mensium retentione.

Quod etiam legitur, Et adsit cibi appetentiæ defectus: Græce habetur, *καὶ ἀνορία*. Est autem *ἀνορία* ieiunium & inedia, adeo quod hi ieiunant, ieiunant uero quia non appetunt, inappetentia.

At quæ sint cholagoga, idest bilem ducentia medicamenta, Paulus Ægineta libro septimo, capite quarto, docet. Nos uero illa disponemus, ut deinceps scripta sunt: Aloe, helleborus albus, & niger, scammoniū, colocynthiis, elaterium, tichymallus, lathyrides, peplium, agaricum, iris Illyrica, centaurium minus, tragoriganum, chamælea, aristolochia, polypodium. Deinde idem Paulus eodem libro, capite quinto, de compositis cholagogis tractat, quæ hoc loco enarrare non est opus. Aetius libro primo, empetron bilem educere uoluit, sed & cum pituita. Et multa alia eodem loco enumerat, quæ nos ob breuitatem omittimus; ad tertium Aetij librum, uigesimo quarto

quarto, uigesimoquinto, uigesimo sexto, uigesimo septimo capitibus, lector em remittentes: quibus locis, de flauam bilem purgantibus sermonem habet: & capite sexagesimo tertio eiusdem libri, uinum ad bilem purgandam describit: & alia multa in sequentibus capitibus, quæ composita sunt ad bilem flauam educendam, enumerat: & in octuagesimo nono capite eiusdem libri, & in capitibus consequentibus eandem fabulam canit. Nostri uero recentes sua cholagoga medicamenta & simplicia & composita habent, quæ adeo trita sunt, & apud uulgos nota, ut referre non sit opus. Vnum tamen adde, Nullum esse compositum medicamentum, ex recentibus nostris, quod bilem puram euacuet: sed alios etiã humores secum ducit: propterea illa potius danda sunt, quæ statim ad humoris propositum faciant, quàm illa composita propinare, quæ plus educunt; quàm medicus plerunq; educere uelit, & quàm egeat æger, à quo sola bilis forte ducenda est, aut solus aliquis alter humor. Hæc autem recentes compositiones, omnes humores ducunt, & ex omnibus simplicibus ferè omnes humores educuntibus composita sunt.

Sed ad rem nostram redeunt, tu per omnia indicia quæ superius dicta sunt, ut in perfectam cognitionem humoris peccantis peruenias, hoc modo discurre potes. His etiã omisissis, quæ à Galeno dicta sunt, quando discurrebat, probans esse bilem quæ peccaret. Primo enim ex colore totius corporis discurrebat, quem si pallidum esse uides, bilem flauam peccare iudicas. Symptomata etiã si illa sint quæ à bile prouenire solent, bilem abundare ostendunt. Morbi autem, ut est tertiana, febris ardor, & erysipelas, flauam bilem exundare significant. Tempus, si æstas sit, iudicium tribuit, bilem in causa esse, quæ in hoc corpore ægritudine parit. Regio calida, ætas iuuenilis, constitutio temporis si calida sit, & natura ægri si biliosa, bilem peccare ostendunt; exercitium, ut sunt fabri, & qui in igne & labore uersantur, iudicium de flaua bile nobis præstant; uictus, ut qui aromatibus & calidioribus cibus uescuntur, flaua bile abundare iudicatur. Hæc igitur omnia considerantes, per hanc rationalem coniecturam in huius humoris cognitionem deuenimus: & ita de alijs humoribus per eadẽ ferè indicia discurretes, & hoc præsertim, si illa consideraerimus quæ ab Hippocrate in libro De humoribus dicta sunt.

QUINTO Galenus iubet eodem modo in atra bile discurrendum esse, sicut ipse in flaua bile prius fecerat. Quum enim totius corporis colorem atrum, aut ad nigredinem tendentem uideris, & corpus nigræ pustulæ commaculent, & febris quartana, aut alter morbus ex his quos bilis atra facit, diuexent, hæc humoris atrabilarij copia in hoc corpore abundare significant. Morbi autem particulares ex atra bile, sunt elephas, cancer, quartana, lien magnus, uarices denigratæ, melancholia, passio ita appellata, omne genus delirij, ira, temeritas, immanitas; hæc omnia ex atra bile dependent. Intellige uero per iram & temeritatem illa quæ ab atra bile fiunt, non quæ à flaua, quæ ex intensione discernuntur, & ex perseverantia. Imò & Hippocrates, ex mensuris etiam superabundantes humores in mulieribus coniecturabatur. Propterea in primo libro De mulieribus, harum rerum indicia descripsit. unde tum per hæc, tum discurrendo per illa quæ superius dicta sunt, atram bilem esse cognosces, quam euacuare oportet per illa etiam medicamenta, quæ cholagoga dicuntur, sed quæ cholen atram euacuant. Paulus Ægineta libro septimo, capite quarto, simplicia quæ atram bilem euacuant, enumerat. Sunt autem epithymon, epithymbron, pulegium, tragoriganum, alypon, parthenium, alysson, & Aetius præadductis locis, de his quæ atram bilem euacuant, sermonem habet; & Paulus capite quinto septimi libri composita atram bilem educẽtia prosequitur: & Aetius libro tertio. Nos uero Senam habemus mirificam herbam, quæ atram bilem maxime ducit, antiquis ignotam; nunc autem in summo usu, mireq; proficit. Habent & sua composita ad atram bilem recentes, quæ tu in nostro compositorum medicamentorum examine uidere poteris, ubi illa totis uiribus corrigere studemus.

Quod dicit, Et omne mentis delirium, cui ira, temeritas, atq; immanitas iungitur. id uocabulum Immanitas, Græce est *θηριώδης*, idest feralis: esse in morem feræ, in morem bestię quæ fera est.

Quod etiã dicit, In primo libro De mulieribus: librarius contextum deprauauit, qui Græce dicit, *Ἐπιγυναικίω*, idest De muliebribus.

SEXTO Galenus eodem modo in pituita incidendum esse docet, sicuti in atra bile & flaua processerat, quum æger liuidum corporis colorem habuerit, quotidianam febrem, pigritiam, atque mentis torporem, somnos profundos, quos Galenus *καταπορε* *καυώδεις*, idest delationes in soporem uocat, grauitates capitis, ruetus acidos, statim pituitam peccare iudicato, tunc medicamenta exhibe, quæ pituitam euacuent, simplicia, quæ à Paulo numerantur, phlegmagoga, idest pituitam ducentia sunt: styrax, quæ uulgò calamita appellatur, non autem liquida, quia liquida est stacte, idest myrrhæ expressio; cortex radicis oleæ, pyrethron, semen lychnidis, cyclamini radix, chamæpitys, liquama Cypria, folia uiridia daphnidis, cortex radicis cucumeris syluestris, ricini grana, chamærhaphanon, bdellium, commi. In capite uerò quinto composita medicamēta ad pituitam enumerat; & Aetius locis supra adductis simplicia & composita profequitur: recentesq; multa alia habent, quæ nec posita sunt, nec ab antiquis excogitata.

Galenus de euacuationibus aliorum humorum nostri corporis, nihil aliud profequitur: tamen præter enumeratos, duos alios habemus recōditos humores in corpore, sanguis & aquositas. Pro aquositate ducēda, multa apud antiquos medicamēta inuenies, quæ *ὑδρωγῶνα* uocantur. Est uero frequens horum medicamentorum usus in ascitis, quæ est aquosa hydropis species, in cuius notionem ex uisu & tactu facile deuenire poteris. Adde, quod his etiam hydragogis in albis mulierum profluuijs utimur, & in his qui fluidis ulceribus affecti sunt. Paulus Ægineta capite quarto septimi libri, simplicia quæ *ὑδρωγῶνα* sunt, idest aquam ducentia refert. Sunt uero lepidis Cypriæ drachma una cum mulsō pota, granum cnidium, euphorbiū, semen lonchitidis, enici semen, gutta ammoniacæ thymiamatis, drachma una ex melicrato pota, succus corticis radicis sambuci. Nunc syrupus rosatus solutius habetur, qui aquam mire educit. De compositis autem hydragogis à Paulo, quinto capite eiusdem septimi, & ab Aetio præadductis locis pertractatur.

At quod maius dubium ingerit, sanguis est, quem ex totius corporis rubore peccare cognoscimus: sed quia sanguis sola multitudine peccat, & non praua qualitate: propterea de sui purgatione, neq; hic à Galeno, neq; alibi ab aliquo auctore sermo fit: solus enim per uenæ sectionem euacuatur. Si uero dicas apud antiquos hæmagoga medicamenta inueniri, quæ nihil aliud importare uidentur, quàm sanguinem educentia. Respondemus, reperiri quidem uocabulum, sed medicamenta non extare, nullusq; unquam medicus uel usquā hæmagogis medicamentis usus est, quia per solam uenæ sectionem educitur, nec medicamento indiget illo attrahente, neq; enim corrumpitur: quoniam si corrumpatur, non est sanguis. Scito tamen medicamenta inueniri, quæ sanguinem educant: sed eis uti non debemus, quia interficiunt, ut Galenus in libello De uirtute quæ purgatorijs medicamentis inest, edocuit: imò addit eo loco Galenus, Si sciisset medicamentum sanguinem educens, quod illud scriptis non dedisset, quia uenenū est. & hystoriam quandam refert, quæ in Bithynis Thraciæ populis accidit, ipso adhuc puero, quidam utr herbam inuenit, quam si quis assumpsisset, sanguinem primo, deinde uitam egerebat: exhibebatq; hanc herbam multis, qui moriebantur: unde comprehēsus est, & ductus ad magistratum hic herbarius. qui interrogatus unde hoc didicisset, & si quem alterum docuisset, Respondit, se id per seipsum inuenisse: nam quum aliquando in suburbanum iecur suillum deferret, urgente uentre, super herba quadam iecur deposuit, quod aliquāto post quum substulisset, uidisse ex uniuerso fecinore sanguineos riuulos ad herbam confluere. Ex hoc coniectura facta, corpori sanguinem ea detrahi posse, periculo in obuium quodam facto, ut uerū comperit, quod fore sperabat, ad malos usus herbam deinde transfuisse: negauitq; se eam herbam alicui alteri monstrasse. Vnde prætor quum nouisset illis locis plurimū huius herbæ nasci, uinctis oculis eum ad supplicium duci iussit, ne cui inter eundem herbam indicaret. Galenus ergo concludit, multa esse hæmagoga, idest sanguinem ducentia medicamēta, & hoc à principio, sed melius est ea reticere, sicuti & alia uenena tacent, quicunq; ratione aliqua præditi sunt. Et in eos inuehitur, qui uenenorum compositiones tractant & docent. Nota uero dictum esse, Trahere sanguinem à principio, quia omne medicamentū in fine sanguinem trahit, si in magna copia sumptum sit, sed sanguis est ultimus. Vnde Galenus in eodem libro De atra bile

bile dubitat, quæ est fex sanguinis, quomodo prius ipso sanguine ducatur. Responder, naturam id semper seruare in quo consistit uita; ideo si quis uoluerit sanguinem per uenas & intestina euacuare, & alios humores relinquere, is interficere tentat. Infer ergo Galenus, medicamenta quæ sanguinem primo educunt, esse uenena; propterea nullus eis uti debet. Non mirum igitur, si hoc loco de sanguine euacuando per medicamentum locutus non sit. Additq; Galenus in eo libro, Educere sanguinem per pharmacu, iugulare est, non purgare. Si uero herbam illam quæras, quæ sanguinem ducit, putamus nos illam nouisse, & apud nos rarissimam esse, imò non nisi fœtibus transportatã, sed cam celare statuimus, ut sapientissimus Galenus iure præcepit.

SEPTIMO Galenus docet, quomodo cognoscatur euacuationẽ fuisse perfectam ex tolerantia facilitate. Ad humorem uero cognoscendum, & ad euacuationis speciem cognoscendam quæ conuenit, facit non solum ætas, & natura ægrotantis, sed tempus anni, præsens constitutio, regio, uictus antecedens, & alia uitæ instituta. Hæc enim & generant & augent peccantes humores, aliqua pituitam, aliqua flauam bilem, aliqua atram; unde hæc ducent nos in cognitionem exhibendi medicamentum. Sed an rectam intentionem habuerimus & iudicium, uel non rectam, tolerantie facilitas ostendit; quia superfluitatibus euacuatis, quæ ægrotantes infestant, euacuationẽ facile tolerant. Si uero id euacuetur, quod non infestat, male fert æger, quia quod bonũ est euacuatur. Hoc autem in secundo Aphorismo primi libri edocuit: in hoc autem loco duas partes fecit, quoniam primo in hoc aphorismo quæ sint conuenientes purgationes, edocuit: in sequenti uero, quod percipitur euacuationem fuisse conuenientem ex tolerantia facilitate.

Quod dicit, Hunc in hoc loco: Græce est, ἄρως . id est, litud in hoc loco, nunc in duas partes secans.

Postea sequitur, In medicationibus: in codice Aldino hæc pars dicit, ἢ φαρμακείας. In antiquo quem habeo prius legebatur, ἢ φαρμακείας. Sed contextus ab antiquo illo qui librum scripsit, uiro quidem docto commoderatus est: & legit, ἢ τοῖς φαρμακείας, id est, In medicationibus, non In medicationibus. Differunt autem, quia medicatio, est medicatio circa ægrum, quando medicamentis utitur: ut Græcũ uerbum ostendit, φαρμακείας. Sed medicamentum, est ipsum instrumentum, uel ipsum medicamentum, quod ad euacuandum utitur medicus.

Deniq; Galenus docet, quibus locis Hippocrates de spontinis euacuationibus loquatur, inquit, quod in libris Epidemiorum de multis ad bonum factis euacuationibus pertractauit. Non est autem opus nos hæc loca adducere, quia infinita ferè sunt ad bonum & ad malum terminantia. Addit uero Galenus, quod in hoc Aphorismorum libro spontinas quidem euacuationes posuit, sed paucas: ut in illo aphorismo sexti libri, Quem aqua intercutis habet per uenas in uentrem aqua fluente solutio: & in eodem libro, Si lippitudo adsit, ab alui profluuio capi bonum: & in illo aphorismo quarti libri, Quibus biliosæ deiectiones, superueniente surditate cessant: & quibus surditas, biliosis factis cessat. Tuq; in hunc ordinem multos alios aphorismos adducere potes, ut decimum, undecimum, tredecimum, & multos alios in sexto libro consequentes, in quibus de spontinis aliquibus euacuationibus sermo fit.

APHORISMVS III

SI qualia oportet purgari, purgantur, confert, & leuiter ferunt: contraria uero grauius.

BRASAVOLVS

HIC aphorismus ab Hippocrate in primo libro bis descriptus est: nunc iterum ab eodem autore repetitur, quod ob hanc causam factum esse, Galenus in cõmento præcedenti iudicauit, ut ostendat quomodo cognosci possit euacuationem, de qua in præcedenti aphorismo loquebatur, rectum iudicium secutum esse, & medicum in coniecturis nullam deceptionem incurrisse. Propterea inquit, ἢ ὅσα δὲ κερδαλεῶν καὶ βαρῶν, συμφορὰ τῆς καὶ δυσφόρας φέρουσι. τῆ δὲ φωνῆς, δυσφορῆς. Addeq; hunc aphorismum ob utilitatem

litationem toties ab Hippocrate repetitū esse. Philotheus uero inquit, hic dari signum euacuationis spontinæ, & artificio factæ, & per uiam symptomatis : hocq; addit, quod ab Hippocrate expressum non est, de euacuatione per modum symptomatis, quamuis ex ipso auctore elici possit & debeat. Verba Philothei hæc sunt: In præcedenti aphorismo ab Hippocrate conuenienter dictum esse euacuationem fieri ἢ φυσικῶς, ἢ τεχνικῶς, ἢ διὰ συμπτώματ'· καὶ εἰ μὴ τὸ ἐπ' αὐτῶν, ἢ πῶς φαρμακεύουσιν, τὴν τεχνικὴν εἰδικῶς ἐξηγήσῃ. εἰ δὲ τὸ αὐτοματῶς, τὴν φυσικὴν. εἰ δὲ τὸ συναιτιῶς, τὴν λόγῳ συμπτώματ'· ἢ τῶν δα δὲ τῶν ποικίλων λεγόντων παραδίδοσι τὴν συμείωσιν. ἢ μὴ τὴν δυσφορίαν, ἢ δὲ τὴν δυσφορίαν. idest, Vel naturaliter, uel artificialiter, uel uiolentia symptomatis. & certe propter hoc quod dicit, in medicationibus, artificialem euacuationem ostendit: per spontinam uero, naturalem: at per eam quæ contrarie fit, illam quæ est ratione symptomatis. Hic uero talium euacuationum signum præbet, horum quidem facilem tolerantiam, illorum autem difficilem.

GALENVS

PRIVS hic aphorismus à nobis expositus est in præcedenti aphorismi expositione, scriptus etiam in superiori libri parte iisdem uerbis. Quare & nonnulli eum de hoc loco substulerunt.

BRASAVOLVS

BREUIBVS commentationē suam expedit Galenus, inquit, hunc aphorismum in præcedenti expositum esse, & in primo libro, propter hoc aliqui interpretes illum de hoc loco substulerunt. Tamen Galenus in præcedenti aphorismi commento ob eius perfectiorem intellectionem, addendum esse censuit.

APHORISMVS IIII

Medicari æstate superiores magis, hyeme uerò inferiores.

BRASAVOLVS

IN æstate, quantum sit ratione temporis biliosi humores generantur, calidi & sicci, natura ignei & leues, propterea & facile ascendunt, & in superioribus maxime inueniuntur. Vnde in æstate uentres superiores magis purgandi sunt, in quibus & flaua bilis abundat, & ad eas partes facile mouetur. In hyeme uero quantum sit ratione temporis pituita generatur, quæ est frigidus humor & humidus de natura aquæ, & glutinosus, crassus, atq; ponderosus. propterea infernæ partes eo magis implentur, & suapte natura deorsum tendit, ex hoc hyeme inferiores uentres magis expurgandi sunt, cuius rei & Hippocrates in libro De humoribus testimonium afert, do cens per æstatem flauam bilem uigere, hyeme uero pituitam.

Galenus prope finem secundi solij libelli De sectis, hunc aphorismum adducit, ut contra Methodicos probet, necessarium esse medicum tempora considerare.

φαρμακείην ὁρᾷ· ἢ μὴ μᾶλλον τὰς ἀνω. idest, Æstate medicari quidem superiores partes, magis. idest uentres (ut Galenus inquit) sunt per superiora purgandi, nam (ut dicit Oribalius) humor biliosus hoc tempore crescit, qui ad superiora duplici de causa confugit, una quia ad aerem sibi similem confugit, idest calidum, quo allicitur, alia causa, quia leuior tãquam oleum, quod in aqua, uel uino positum, semper supernatat, sed hæc sententiã duplicem sensum habere potest, unus quod in æstate uentres superiores purgandi sint, hoc est caput, pectus, nepe totū corpus in tres uentres diuiditur, in superiore uentrem, qui est caput, in inferiorem, qui est uentriculus & intestina, & medium, qui est pectus. Alter sensus est, quod æstate per superiora, idest per uomitum purgandum sit, hi duo sensus ueri sunt, & hinc inde apud Galenum indistincte dicti reperiuntur. Verum etenim est æstate bilem generari, & etiam superiores partes petere, nam capiti infigitur, propterea superiores purgandæ sunt, non tantum per uomitum, sed etiam per inferna, & per secessum. Accidit præterea in uentriculo bilem coaceruari, & in uenis uentriculi, tunc iste per uomitum purgandus est. quoniam in sequentibus aphorismis sexto inquam, septimo, & nono, Hippocrates se de uomitu loqui manifeste ostendit. Tamen hoc non est absolute uerum, quod æstate per uomitum, hyeme per inferna semper purgandum

gandum sit, & quod bilis continuo per superiores partes, pituita per inferiores purganda sit. Sed hoc uerum est, ut in pluribus. Dubium enim hoc loco facit Philotheus, inquiens, *εἰ δὲ τις εἴποι ἄρα οὐ οὐδέ ποτε χροῖμεθα ἵσχυλα τοῖς ἐν θόρει, οὐδὲ ἐν χειμῶνι ἐμεπτοῖς, λεγομένη, ἢ αἰ, ἀλλὰ τοῖς μὲν μᾶλλον, τοῖς δὲ ἡπύου. ἐν μὲν ἵσχυλα μᾶλλον τοῖς ἐμεπτοῖς, ἡπύου δὲ τοῖς ἵσχυλα τοῖς, ἐν χειμῶνι δὲ τὸναντίου.* idest, Si autem quis dixerit, Nunquam ergo utimur æstate euacuationibus per inferiores partes, nec hyeme cientibus uomitum: Respondemus, plane: sed his quidem magis, illis autem minus, in æstate quidem magis per uomitum, minus autem per secessum, in hyeme uero e contrario. Sed Hippocrates in libro De uictus ratione priuatorum, aliter sentire uidetur, quam in hoc loco faciat. Inquit enim, Sex hybernis mensibus, uomere utile est; nam & pituita plus & capitis grauitas subest. In æstate uero iubet esse usum clysmatū, & quod superiores corporis partes per inferiores purgandæ sint. Galenus in illius partis Commēto animaduertit, quia pituita per hyemem in uentriculo generatur. Ideo Hippocrates consulit, quod per uomitum euacuetur, & quia æstate bilis sursum confendit, deorsum reuelli. Hanc eandem sententiā habet Celsus capite tertio primi libri, ubi dicit, uomitus utilior est hyeme, quam æstate; nam tum & pituita plus & capitis grauitas minor subest. Hæc quæ ex Hippocrate, Celfo & Galeno adducta sunt, præsentis aphorismo contraria esse uidentur, dicenti, æstate per superiores partes, hyeme per inferiores euacuandum esse: imò ratio in promptu est, quod pituita quandoque per uomitum euacuanda sit, quando scilicet uentriculum occupauerit, & bilem per inferiora, quando in intestinis fuerit. Nos huic dubitationi respondere tentabimus, ut Galenus in libro De uictus ratione priuatorum, facit; in quo loco præcitata Hippocratis uerba exponens, quod hyeme sit uomendum, hunc aphorismum adducit, ubi inquit, primo secundum Hippocratem hyeme exercendum uomitum, ut pituita educatur, æstate bilem sursum confendentem, deorsum reuelli. Addit deinde, Attamen ubi totum corpus purgare uolueris, æstate per superiorem, hyeme per inferiorem uentrem medicandum est, sicut in aphorismis dictum inuenimus: etenim iam abundantibus purgatio illac qua uergunt adhibita medetur, quippe ducenda quò uergunt per loca idonea. Ex quibus facile colligi potest, Galenum uoluisse, quādo pituitam per uomitum euacuas, illam esse particularem euacuationem, de qua in illo loco tractat Hippocrates, sed de uniuersali euacuatione in hoc aphorismo sermonem habet. unde uniuersaliter in æstate per superiora euacuare debemus, sed particulare membrum per superiora etiam in hyeme purgare possumus & debemus, præsertim uentriculum. Aphorismus ergo uerus est, quando totum corpus à superatibus humoribus euacuare statuimus: sed ubi aliquem humorem ne augeatur, prohibere intendimus, per contrariam regionem euacuare oportet. Illi uero audiendi non sunt, qui dicunt, æstate per uomitum, hyeme per clysteres euacuandum: quia Hippocrates de euacuatione sermonē facit, que per medicamentum exercetur, ut id uerbum ostendit *φαρμακδύου*. Ad id uero quod dictum est, Si pituita in uentriculo sit, & bilis in intestinis, quod per superiora pituita, per inferiora bilis educenda sunt. Respondemus, hanc euacuationem particularem esse, & non uniuersalē, & est euacuatio ratione humoris in tali loco existētis, non ratione temporis: nam temporis ratione, quia in æstate humores aeris caliditate allecti ascendunt: propterea per superiores partes, & ipsamet superiores partes euacuare oportet, quia euacuandum quò maxime natura uergit per cōuenientes regiones: quoniam ut Philotheus dicit, *ἐν ἵσχυλα θόρει γίνονται ἢ χολή, καὶ ὡς λεπτὴ καὶ πύφνη, ἀπὸ πολλῆς θόρετος καὶ ἐν τοῖς ἀνω μέρισσι, ὅρα ἄρα οὐκ ἀνω θένει ἢ χολή.* idest, In æstate bilis generatur, quæ utpote tenuis & leuis in superficiē & in partes superiores fertur: propterea superius est bilis, & illa est eius regio conueniens, per quam ferri debet. Et ad hoc propositum Galenus in libro Quos oporteat purgare, inscripuit, quibus medicamētis, & quo tempore (inquit) conuenit, in super amaram bilem per superiora, pituitam per inferiora excernere, quāuis interdum contrarium facere oporteat, si in uentriculo pituita, in intestinis aggesta bilis constituerit: nam atra bilis per inferiora semper est eijcienda. Mox idem Galenus hunc aphorismum adducit, inquiens: Quo ad anni autem tempora attinet, in Aphorismis Hippocratis scriptum est, Æstate superiores, hyeme inferiores uentris partes medicandæ sunt, & in eo loco Galenus hunc aphorismum ad regiones ampliat, ad ætates, ad consuetudines

nes, per proportionem ad tempora anni; in regione enim calida, & ætate, partes superiores magis sunt medicandæ, in frigida regione & ætate partes inferiores. In eoq; libro De purgatione per helleborum tractat, præsertim per uomitum quomodo fiat, & quomodo is qui uomiturus est prius præparandus sit. Additq; Hippocrates illam particulam magis, quia quandoq; etiam per inferiora ætate purgandum est, in his præsertim qui difficulter uomunt, tabidus, & ualde pituitosis. Ideo in ætate & partes superiores euacuandæ, & humores qui superius ascendunt, idest biliosi, & per partem superiorem, id est per uomitum. Si uero quæras quid intelligendum sit, per partes superiores, iam prius à nobis ex Galeno explicatum est, esse illas partes, per quas fiunt uomitus, unde & Philotheus dicit, *ἰστέον δὲ, ὅτι ἂν ἡ κωιλίας λέγει τὴν στήμαχον καὶ τὴν γαστέρα.* idest, Sciendum autem quod superiores uentres dicit os uentriculi, & uentriculum ipsum. Vereor autem ne locus sit corruptus; & legendum sit *τὴν αὐτὴν γαστέρα*, idest stomachum uel gulam, & partes quæ sunt supra uentrem.

Χεῖμων δὲ τὰς κάτω. idest, Hyeme uero inferiores. I scilicet uentres purgandi, quod opposito modo intelligere oportet, inferiores partes, humores ad inferiora tendentes, & per inferiores uias per secessum, scilicet & intestina. Philotheus enim intelligit per inferiores partes *τὴν ἰστέονα*, idest intestina. Hoc autem fit, quia (ut Orisbasius inquit) tunc uiget pituita, & omnis calor naturæ, hyeme inferius est. Adde quod pituita est grauis humor, crassus, qui facile inferiora petit, unde & à Philotheo dicitur, *ὁπότε βαρὺν αἶμα, κατὰ ἄνω.* idest, Quæ quidem grauis existens deorsum uergit. Si uero pituitam per superiores partes euacuare tentes, multis modis lædit, primo enim cõturbatur natura, secundo, quia ad peregrina loca non uenit (ut Orisbasius sequitur) tertio quia debilem reddit uirtutem. Additq; idem Orisbasius, nomine hyemis intelligendum esse uer, & autumnum, tamen hæc præcise intelligenda non sunt, sed id quod innuit Hippocrates in libro De ratione uictus priuatori, per hyemem sex menses intelligit à medio autumnus usq; ad medium ueris, per æstatem sex alios menses, à medio ueris usq; ad medium autumnus, quamuis in præcipuis temporibus aphorismus magis uerus sit. Idem in libro De humoribus, sentit Hippocrates.

At tu dubitare poteris, cum in ætate medicamentis uti non liceat quia molesta sunt, & in hyeme etiam profunda non liceat, quomodo per superiora magis in ætate, per inferiora hyeme, medicandum erit. Respondemus, hoc intelligi quando opus est, & medicamenta exhibere cogimur.

In hac etiam secunda parte aphorismi adde particulam illam magis, scilicet hyeme uero inferiores magis uentres medicari expedit, quoniam hyeme quandoq; per uomitum expurgare expedit, semper de uniuersali euacuatione secundum Galenum intelligentes, quia in particulari contrarium fit, ut ex Galeni libro De uictus ratione priuatorum superius adducto colligi potest.

GALENVS

SVBAVDIRE oportet, uidelicet uentres. Recte autem ætate quidem purgat superius. Quoniam & qui tunc humor superabundat flaua bilis est, & omnino tota natura animalis propter ambientem caliditatem magis ad superiora mouetur. Quælibet autem superfluitas eo quo uergit ducenda per loca conuenientia, quemadmodum ipse in libro De humoribus scripsit. Addidit huic aphorismi sermone uerbum, magis, neq; simpliciter dixit: Medicari ætate superiora, hyeme uero inferiora. Nam etsi nō sapius, raro tamen tempore ætatis humor melancholicus uisus est superabundare, sicuti hyeme aliquando flaua bilis.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus huic aphorismo addit particulam, uentres, quia absolute ab Hippocrate dicitur, medicari ætate superiores, & non specificat quid intelligere oporteat per illam particulam superiores, propterea addit uentres, hocq; addendum esse duabus rationibus ostendit; prima quia flaua bilis superabundat, secunda quia tota natura animalis, propter ambientis aeris caliditatem, magis ad superiora mouetur. Est autem regula ex libro Hippocratis De humoribus sumpta, quamlibet superfluitatem ducendam esse, quo magis natura uergit per loca conserentia.

SECUNDO Galenus docet, Hippocratem addidisse particulam, magis, quia tempore æstatis quandoq; humor atrabiliaris abundat, licet raro, hic autem humor (ut in libro, Quos oporteat purgare, docuit) nunquã per superiora purgãdus est. Merito etiã bilem atrã accipit, licet non sit humor hyemis proprius, quia nũquam atra bilis per uomitum arte euacuatur: sed bene pituita nonnunquam arte per uomitum educitur. Antiquus contextus quem habeo, ubi Aldinus habet *μελαγχολικός*, ipse eodem modo legit, sed correctus est, & loco huius particulæ *μελαγχολικός*, scriptum est *φλεγματικός*.

APHORISMVS V

Sub cane, & ante canem difficiles sunt medicationes.

BRASAVOLVS

VNA est communissima & infallibilis regula, quum materia turget, semper medicandum esse, nullo habito respectu, aut ætatis, aut sexus, aut temporis ægritudinis, aut coctionis, aut cruditatis materiæ, aut temporum anni. At quum materia est fixa non turgens, solum medicari oportet cocta materia ut ætati convenit, temporis ægritudinis, & temporis anni. In præsentî aphorismo Hippocrates de materia non turgente sermonem habet, difficiles esse, molestas, & periculosas purgationes sub cane, & ante canem dicens. Ideo pro re parui momenti exercendæ non sunt. At si opus esset quia materia turgeret, etiam si sint difficiles hoc tempore, exerceri debent.

ὑπο κυνῶν, καὶ πρὸ κυνῶν. idest, Sub cane, & ante canem. I Duos canes in celo esse testantur authores, maiorem, & minorem. Maiorem Arabes Alhabor uocant, minor à Græcis procyon nũcupatur, ac si dixerint, Antecanis. Alphonfus rex maiorem canem ex uigintinouem stellis constare dicit: Hyginus solum ex octodecim. minorem canem ex duabus stellis constare inquit Alphonfus: Hyginus ex tribus, licet unam in numerum non ponat. Quum canero canem maiorẽ oriri tradit Hyginus, hic canis in lingua stellam habet, quæ peculiari nomine canis appellatur, in capite alteram, quam nonnulli Sirion uocarũt. hinc apud poetas plerumq; Sirium ardere reperitur, quoniam hac stella cum sole oriente, ingentissimi calores excitari solent. canem minorem Hyginus procyona appellari dicit, quia ante maiorẽ canem exoritur: cum leone oritur, sed quod nam astrum hoc sit, quod ab antiquis & recentibus canicula nuncupatur, an scilicet canis maior, uel minor dici debeat, dubium uidetur. Nam Plinius libro decimo octauo, capite uigesimo octauo inquit, Ægypto uero procyon matutino æstiuos, quod sydus apud Romanos non habet nomen, nisi caniculam hanc uelimus intelligi hoc est minorem canem, sanè ut in astris pingitur, ut hinc facile colligi possit procyonẽ, idest minorem canem esse caniculam. Paulopost idem Plinius addit: decimosexto calẽdas Augusti Assyriæ procyon exoritur. Dein postridie ferè ubiq; confessum inter omnes sidus in dicans, quod canis ortum uocamus. Sole primam partem leonis ingressõ hoc fit, post solstitium uigesimotertio die. Sentiunt id maria & terræ, multæ uero & feræ, ut suis locis diximus. Nec est ei minor ueneratio, quàm descriptis in deos stellis. Accenditq; solem, & magnam æstus obtinet causam. ut hinc manifeste habeatur, procyonem apud Plinium caniculam esse. Imò & hoc argumentum addemus, quod procyon apud antiquos canicula sit, quia antiqui caniculam cum leone oriri prodidere. Sed est minor canis qui cum leone oritur, ut Hyginus docet. nam canis maior cum canero oritur. Ita etiã Ptolemæus cum leone oriri facit, & Abrahami astronomus hanc sententiam promittit, solstitium esse circa octauam partem cancri: ortum uero caniculæ circa octauam partẽ leonis facit. putat equidem quod à solstitio usq; ad caniculæ ortum sint ferè dies triginta, unde canis ortus erit circa diem uigesimam primã Iulij. Philotheus uero dicit *γίνεται δὲ ἡ αὐτοπολιὶ τοῦ κυνῶν ἀπὸ δέκα ἡμέρας πρὸς ἰουλίου μηνῶς.* idest, Fit autem canis ortus à decimonono mēsis Iulij. Sed hoc tempore oritur procyon, idest canis minor: quare canicula secundum antiquos, uidetur potius canis minor quàm maior, quãuis oppositam sententiam omnes recētiore ferè sequantur. Nec obstat quod Sirius stella sit in ore ca-

nis pernicioſa, ſmò in ore maioris canis, & non minoris: & quæ ita uocetur, *ἀστὴρ τῆς καὶ*
ἐξ ἀστὴρ, quod eſt arefacere. Vnde & Statius in primo Syluarum libro cecinit:
 Nec calido latrauit Sirius aſtro.

Et Sirius ardere ſcriptum reperitur. Seruius oſtauo calendæ Auguſti Sirium oriri facit. Germani nunc ſcribentes, cum parte cancri ortum habere iudicauerunt. Galenus in ſecundo libro De alimentorum facultatibus, capite ſecundo, tempus quando oritur canicula annotare uidetur, inquiens, Horam (anni id tempus appellant Græci) in cuius medio canicula exoritur, duras per quadraginta dierum ſpatium, quo tempore omnes horarij quos uocant fructus, proueniunt; alij florere tum incipientes; alij iam deflorere, ſeu conſeneſcere; alij in ſuo uigore, aut ultra paulum, aut citra conſiſtentes: ut hinc ſecundum Galenum haberi poſſit, in medio tempore ortus fructuum fugacium oriri caniculam: fructus autem fugaces appellantur, uel horarij, qui non cõduantur, ut conditur triticum, hordeum, & alia eiufdem generis, quæ diu ſeruantur. Paulus Ægineta capite undecimo ſeprimi libri, in cõpoſitione *ὄψις ἰσχυρὰ καὶ ἰσχυρὰ*, caniculæ ortum annotauit, ubi dicit hanc cõpoſitionem ab æquinoctio autumnali ſumendam eſſe, quod eſt circa uigeſimam quartam diem menſis Septembris, atq; diebus deinde quinquaginta continuis ſumito, & unde uiginti intercalatis diebus, ad eandem te antidotum eodem ritu cõuerte, atq; ita donec dies quibus accipis trecenti ſexagintaquinque impleantur, peragito. Deinde ſequitur, Sub cane autem omnes dies uacato, hoc eſt à uigeſimo quarto die Iunij uſq; ad Auguſtum completum, ut hinc facile haberi poſſit, ſecundum Paulum, caniculam uigeſimam quartam die Iunij incipere, & caliditatis impreſſiones uſq; in finem Auguſti perdurare. Scitoq; hos authores putare hoc die uigeſimo quarto Iunij eſſe ſoliſtitium. At nos ſoliſtitium habemus circa decimam tertiam diem Iunij, ideo & ortum caniculæ prius habere debemus. Oritur autem reſpectu Ferarienſis orizontis ſimul cum ſole poſt quintam decimam diem Iulij. Quod etiam Plinius fateri uidetur libro ſecundo, capite quadragimo ſimo ſeptimo: quoniam tertia die poſt leonis ortum oritur. In hac igitur authorum diuerſitate quid dicendum ſit, ambiguum uidetur. Non deſuere recentes, qui dixerint, caniculam quæ eſt canis maior, antiquitus oriri cum cancro: nunc autem cum leone aſcendit. Qui adeo mire decipiuntur & anguntur, ut reprehẽſione digni non ſint, quia canis maior nunquã mutauit locum, nec mutare poteſt. Sed nunc oritur cum cãcro, & prius oriebatur, & deinceps orietur: & ſemper poſterioribus pedibus, à hyemali circulo diſtatur: ſemper Orionis pedem penè ſuo capite coniungit, & capite ad occaſum ſpectat, ſed caput ad æquinoctialem circulum tendit. Nos putamus hunc errorem contigiſſe, & in hanc differẽtiam deueniſſe authores: quia antiqui caniculam procyonem, id eſt canem minorem appellauerint, qui cum leone oritur. Recentes uero caniculam eſſe uoluerint canem maiorem: & etiam inter antiquos aliqui uocarunt caniculam maiorem canem. Totaq; cauſa fuit Sirius ſtella in ore maioris canis ſita: quæ quum oritur, calor ingens ſit: ideo modo caniculã uocarunt maiorem canem, propter Sirium: & quia in eius capite ſtella ita uocatur: modo minorem canem caniculam nũcuparunt: & ideo aliqui de minori cane loquentes, caniculã cum leone oriri dicunt: aliqui de maiore cane, cum cancro oriri uolunt. Sed & nunc cum cãcro oritur maior canis & procyon cum leone, & ſemper hoc modo ortus eſt. Paulus Ægineta qui uigeſimo quarto Iunij oriri facit, ob hanc cauſam ita facit, quia in pluribus leonis partibus oriri putabat. Sed hæc miſſa ſciamus, quæ potius ad aſtronomum ſpectant, quàm ad medicum, licet non ſit exquiliſtus medicus qui hæc ignorauerit. Ad rem igitur noſtram uel canis oriatur, uel non oriatur, modo ſit ingens calor, ſemper medicationes ſunt difficiles. Tota enim ratio quæ à Galeno aſignatur, cur ſint difficiles purgationes nulli alteri rei innitur, quàm ingenti calori. Vnde dicit, quod hoc tempore exuſta natura, ac redinem medicamentorum purgantium non fert, quia calidum calido additum efferueſcere facit. Sunt autem omnia medicamenta potentia calida, ut Galenus primo Aphoriſmorum libro docuit. Verum quia ut plurimum hoc tempore oriente cane, ſcilicet minore, qui cum leone oritur, ſunt ingentes calores: propterea ab Hippocrate & ab alijs, quum ſummus calor notatur, caniculares dies adducuntur, oriente canicula: utpote illi qui ut plurimum calidi eſſe ſoleant & aſtuoſi.

Epidemiarum libri de multis febribus, & alijs post canem ægritudinibus meminit. Et in penultimo folio multas ægritudines sub cane factas refert. Et quod maximum in hac re testimonium afferre potest, Hippocrates in primo folio libri De aere, aquis & locis, uoluit pro exhibendis medicamentis, urendo, secando, ortus astrorum obseruandos esse, ubi inquit, Præterea ortus astrorum, præsertim caniculæ, caueto & obseruato, deinde Arcturi Vergiliarumq; occasus, mala siquidem potissimum decernunt, nonnullaq; corrumpunt, quædam cessant, quædam in aliam speciem & statum transeunt & mutantur. Nos autem pro hac re dissoluenda dicemus, canem minorem uel maiorem circa humana corpora nihil operari: sed esse intensum calorem, qui tunc regnat, & qui eadem corpora exurit. Ideo si uelimus medicamenta exhibere, duplici calore corpora afficimus: itaq; adeo exuritur, ut pereant, & hoc est ratione solis, qui in nostro hemisphærio & in septentrionalibus signis magis uersatur, & per multos dies uersatus est, ita ut solum uehementer incaluerit, & nunc supra nostra capita uehementer calefacit, unde tota ratio est ex calefaciente sole. Et si Plinius aliquo in loco ita non credat, imò hoc syderi attribuat, sibi imputetur: tamen nunquam syderi attribuit, nisi ratione caloris: nam semper dicit feruere uina, feruere maria. Adde, si in libris Epidemiarum caniculæ mentionem factam inueniamus, id fit ut anni tempora distinguat, quia antiqui per ortus & occasus syderum, anni partes secernere consueuerunt; imò in illis libris meminit Arcturi Pleiadum & aliorum astrorum, non ut astris aliquid tribuat, sed solum mutationi temporis attribuit, quæ astris illis orientibus uel occidentibus fit. Idq; testimonium ex libro De aere, aquis & locis, nihil aliud significat, quàm obseruandos esse ortus, propter temporum distinctiones, quia in illis temporibus fiunt magnæ mutationes ob solem qui tempora uariat. Et ideo prius dicebat, Maximas autem anni mutationes ualde caueto & obseruato, nullumq; libens medicamentum in his dato, nec urito, nec secato, quod ad uentriculum pertineat, prius q̄ decem aut plures dies transeant. Decem enim dies utraq; solis mutationes, solstitiaq; præsertim æstiuæ, atq; æquinoctium utrumq; sed autumnale potissimè, periculosissimæ esse putantur. Ut hinc haberi possit, non solum sub cane medicationes esse difficiles, sed etiam decem dies post solstitia, præsertim æstiuæ, obseruandi. Quæ postea de ortu astrorum consequuntur, omnia ad partes temporum anni referuntur, in quibus magnæ mutationes, non ratione illorum astrorum, sed temporis mutationum fiunt. Ad rem igitur redeuntes, sensus Hippocratis est, Sub cane, id est ipso cane iam orto: & ante canem, id est antequam oriatur, quia calores ingentissimi sunt: propterea medicationes difficiles esse cõsequitur. Si etiam alio tempore magnus æstus ingrueret, tunc medicationes difficiles esse opus erit, quia exusta natura magis adureretur. Illi uero audiendi non sunt, qui per ante canem, profundam hyemem intelligunt; quam uis id uerum sit, in ingenti frigore medicameta difficilia esse. Quod etiam per canem & caniculam temporum distinctiones intelligere debeamus, ex Galeno colligi potest, qui in libro De sectis contra dogmaticos, probat, tempora esse de consideratione medicorum, hunc Aphorismum adducens, Sub cane, & ante canem. Eo non obstante, quod hic ab Oribasio dicitur: putat ipse caniculam intensiorem calorem educere, quia sol est caniculæ subiectus: tunc autem tale accidit, quale scuto subposita lucerna. Canicula enim quæ est pestifera à sole subiecto inflammata, terram calore reuerberat, & suis uaporibus inficit. Nam terra, coelo ueluti punctum est. Ergo in eo tempore sol ueluti in ipsa lineameta ascendens, id est in quatuor, quæ sunt inter tria & tria, unde oriuntur uentus, & sol facit solstitium, & caniculæ fricatur cum sole ipso, propter hoc calor eius duplicatur. Fortè id intellexit Plinius quando dixit, Solis uapores accendi, quod nos radios interpretamur. At hoc nõ est ratione astri, sed potius ratione solis, qui nobis propinquus est, & qui iam diu terram calefecit, & exussit. Et quia Oribasius dicit canem esse Sirius, oporteret hunc calorem uel Sirij causari: tuncq; necesse esset, quod his qui ad antarcticum polum inclinant, eundem calorem præstaret; nam eadem inclinatione uergunt, qua nos qui sumus ad arcticum uergimus: tamen quum nos ingentes calores habemus, illi insentissimo frigore agitantur. Oribasius Aphorismum intelligit, non sub cane, id est ipso iam orto, & antequam oriatur, sed intelligit, ante canem, & post canem: propterea dubitat

dubitat, quare non dixit in medio canis. Dupliciter respondet, uel ut ita intelligendum omiserit, ante canem, & post canem, quum sint difficiles medicationes, consequens est ut in medio canis interficiant. Aliter respondet, quod philosophi per extrema, media subintelligunt: sed re uera Oribasius (si illa sit Oribasii commentatio, quæ circūfertur) uerum contextum non habuit, qui dicit, *ὑπο κύβου*, idest, sub cane.

ἐργασίαι ἀσφαλαῖαι. idest, Difficiles medicationes.] Quæ medicamento exoluentem procurantur. Omnia autem exoluentia medicamēta potentia calida sunt, ut Galenus placet, & re ipsa constat; quare si propinentur, corpus quod ex calore defectum est, magis deficere faciunt: ideo sunt difficiles. Vocabulum *ἐργασίαι*, durum & operosum significat. Sunt duræ, quia molestæ & difficiles. Nos uero medicamenta habemus, quæ possumus ardente æstu exhibere, qualia māna, casia, tamarindi, syrupus rosatus solutiuis, quæ etiam quantum satis est euacuant.

GALENVS

EXVSTA enim tunc natura eam quæ à medicamentis purgantibus non fert acritudinem. Quare & plures purgati hoc tempore, incidunt in febres: & natura ex æstu imbecillis magis ex purgatione dissoluetur, & quidem purgatio hæc praua fiet, quum calor aeris ambientis in partem trahat extrinsecam, contrariam ei ad quam medicina ducit humores. Sicuti enim balneæ calidæ natura aptæ sunt obsistere purgationibus, sic & calor æstatis, & tunc præcipue, quum se ipso uehementior extiterit,

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus rationem reddit, cur sit difficilis medicamentorum usus, quia natura exusta est: propterea medicamētorum acredinem non fert. Ideo multi qui hoc tempore purgari uolunt, febres incidunt: & natura quæ propter calorem imbecilla est, dissoluitur. Quod in principio legitur, Exusta enim tunc natura: ibi deest hæc particula Nostra. Græcus enim contextus ita legit, *ἐκπεπρωμένην γὰρ ἡμῶν ἢ φύσιν*. idest, Accensa enim natura nostra. Quod etiam dicit, Acritudinem: Græce est *ἀκρίμων*, idest acrimoniam. Quamuis & acritudo ex caliditate proueniat.

SECUNDO Galenus docet, purgationem hoc tempore exercendam non esse, quia aeris calor ad circūferentiam trahit. Medicamentum uero ad oppositam partem ducit humores. Quod ex balnearū exemplo manifestum est, quæ purgationi obsistunt, quando ex aqua calida fiunt: nam balnea ad cutim trahunt, medicamenta ad oppositum, ita facit æstatis calor, præsertim quando intensior erit.

APHORISMVS VI

GRACILES, & facile uomentes, purgare superius, cauentes hyemem.

BRASAVOLVS

QUVM Hippocrates de purgatione, quæ tum per uomitum, tum per secessum fit, in quarto aphorismo præexposito sermonem coeperit, deinde interposuerit, quod in maximo calore non sit purgandum, iterum ad uomitum reuertitur. Vnde & à Philotheo dicitur, *νῦν δὲ τῆς ἐξέως τοῦ σώματος καὶ τῆς φυσικῆς κατασκευῆς εἰς ἡμέραν ἰπποκράτους λαμβάνει, καὶ πρὸ τῆς περὶ αὐτὸν ἐπιπέρας, αὐτὸ ἰσχυρὸς ἐπὶ σώματι θυμῶν ὄντας, αὐτὸ φαρυγγίαις*. idest, Nunc ex habitu corporis Hippocrates naturalem apparatus in probationem accipit, & medicos hortatur, gracilibus corpore qui facile uomunt, medicamēta propinare debere. At cauendum est, ne hoc hyeme fiat, ne contra regulam quarti aphorismi supra expositi agatur.

αὐτὸ ἰσχυρὸς, idest graciles.] In secundo libro De gracilibus, diffuse sermonem habuimus, quos in duas partes distinximus: nam aliqui sunt graciles atrabilarij, qui & arctas uenas, & modicum carnis habent. Alij uero sunt graciles biliosi, qui latas uenas habent, quamuis parum carnis habuerint: in his bilis copia generatur, & (ut Philotheus dicit) *θερμῶν καὶ ξηρῶν εἶναι*. idest, calidi & sicci sunt: propterea per superiores partes purgandi sunt: tum quia eis (Philotheo etiam teste) biliosus humor abundat, qui facile ascendit: tum quia æstatem esse supponit. At Aphorismus in gracilibus atrabilarijs uerum

uerus non est: in ipsis enim potius atra bilis augetur, quæ semper (ut Galeno placeat) per inferiores partes purgari debet.

καὶ διευκρίνας. idest, Et facile uomentes.] Nempe satis non est, quod homo gracilis sit, nisi etiã facile uomat. Sunt enim aliqui difficulter uomētes, quos si uomere cogas, periculū est, ne uena in pectore dissipatur, & pereat: propterea facile uomentes esse debent.

ἢ ἢ ὀρεγμάνδιον. idest, Superius purgare] scilicet, conuenit. Notatq; Galenus addendam esse partem, Magis: quia plerunq; per superiora medicamento purgandi sunt, si conditiones adfuerint. Non enim intendit Hippocrates, quod omnes tales per superiora purgandi sint: ut hoc habeamus inter corpora, quæ per uomitum purganda sunt, talia sunt gracilia, bene uomentia, quantum sit de ratione corporis: sed aliud addi debet, de tempore conuenienti ad uomitum prouocandum: unde addit,

ὑποσεμοδὸν χειμῶνα. idest, Cauentes hyemem.] Ut sibi concors sit in quarto aphorismo, in quo dicebat, Hyeme per inferiora potius purgandum esse. Non intelligit autem adeo in hyeme euitandum uomitum, quod si necessaria sit purgatio, per uomitum fieri non debeat. Sed quando indifferens est, in hyeme illam euitare debemus, ob occasionem humorum intus, & quia in hyeme non sunt puri biliosi, quales sunt in sex mensibus æstiuis. Oribasius intelligere uidetur, in macilentis, qui euomere assueti sunt. Ideo quod dicitur, Facile uomentes: secundum ipsum intelligendi sunt, apti ad uomitum. Vnde propter tria, per superiora purgandi sunt: secundo, quia in estate: tertio, quia hi graciles bile abundant. Scito tamen, quod hi qui ad uomitum dispositi sunt, uehementioribus medicamentis frequenter ad uomitum prouocari non debent: sicuti è contrario, ad alui profluuia propensi, medicamentis per inferna exoluentibus frequenter exercendi non sunt. Quod si dicas, in æstate humores ad circumferentiam esse dispersos, in hyeme intus coadunatos: ideo in æstate uomitum prouocare, difficilius uideri, quam in hyeme. Respondemus, hoc uerum esse in particulari uentriculi euacuatione, sed in uniuersali euacuatione subtiles humores facilius per superiores partes euacuatur, præsertim in æstate: quia etiã a calore suapte natura alleciti, superiora petunt: ut experientia patet in quocunq; nostrum, qui tepidarium aut calidarium ingrediatur, humores ad superiora mouentur. Celsus tamen capite tertio primi libri de uomitu uerba faciens, inquit, Inutilis est gracilibus & imbecillum stomachum habentibus. sed de gracilibus atrabilarijs loquitur: quod uerum esse ex hoc patet: nam statim addit, Utilem esse plebis & biliosis omnibus. Constat uerò biliosis, graciles esse.

GALENVS

HIC addere oportet, quod paulò antea dictum est, uerbum Magis. Magna enim ex parte, graciles sunt biliosi. Si igitur hoc accesserit, ut sint ad uomendum faciles, sunt per superiora purgandi, nisi obstat hyems. Nam supra dictum est, Æstate magis superiores, hyeme autem inferiores purgare oportet.

BRASAVOLVS

PAUCISSIMA à Galeno, & illa quidem facilia in hoc aphorismo notantur. Etenim iudicat hic uerbum Magis, addendū esse: ut in quarto aphorismo ponebatur. Quia biliosi ut plurimū graciles sunt. Si ergo hi facile euomant, per superiora purgandi sunt, nisi obstat hyems. ne aphorismo quarto huius libri oppugnetur, in quo scriptum est, Æstate magis superiores, hyeme inferiores uentres purgare oportet.

APHORISMVS VII

VOmentes uero difficulter & mediocriter bene carnosos, per inferiora cauentes æstatem.

BRASAVOLVS

OPPOSITAS dispositiones illis quæ in præcedenti aphorismo dictæ sunt, in præsentem enarrat. Ibi enim de facile uomentibus sermonem habet, hic de difficulter uomentibus. Ibi de gracilibus, hic de bene carnosiss mediocriter, idest non corpulentis tractat. Ibi hyemē cauere iubebat, hic æstatē. Ibi ex suis conditionibus per superiora purgandū esse

esse inferebat, hic autem per inferiora: & ideo qui difficulter uomunt, & bene carnosī sunt, per inferiora purgari debent, quando purgandi necessitas urget; sed in hoc opere æstatem cauere oportet, in qua per superiora euacuare conuenit. Celsus hunc aphorismum capite tertio primi libri refert, & de uomitu abunde pertractat.

ὅς δὲ δύσγημνος. idest, Difficulter uomentes.] Nuncupatur autem difficulter uomentes, quicumque quum uomunt, discrimen aliquod aut noxam uel offensam incurrunt; uel qui potentiam retētricem robustam, expultricem debilem habent; uel qui uomere non possunt, nisi re magna impellente & proritante. Vnde illos intellige difficulter euomere, qui ex leui causa non euomunt, & ex uomitu læduntur, & potissimum quia humores crassi & glutinosi & graues in hoc homine abundant, non tamen in solo uentriculo, sed in toto corpore; quia si in solo uentriculo essent, per uomitum educerentur: iuxta Galeni præceptum in libro De ratione uictus priuatorum, ubi edocuit particularem uentriculi euacuationē, secundum Hippocratem per uomitum in hyeme fieri, uniuersalem uero minime. huic uero difficulter uomenti, & mediocriter bene carnosio, Philotheus pituitosum & atrabilarium humorem abundare putat: propterea per inferiora purgandum esse. Inquit enim, *εἰ γὰρ ὅτι μέσως εὐσαρκὸς καὶ δύσγημνος, οὐ μὲν τοὶ ἀκριβοῦς, τοῦτο φλεγματώδης χυμὸς ἢ μελαγχολικός περιτθύνει, καὶ δὲ ἐπεὶ κατὰ λογικὴν ἔχει.* idest, si enim est mediocriter bene carnosus, & difficulter uomens, non quidem exacte, idest non perfecte, huic pituitosus humor, aut atrabilarius superabundat: & ob hanc causam per infernas partes euacuare oportet. Scito etiam multas alias esse causas, quæ uomitum prohibent, præter enumeratas, ut est colli longitudo, propensum esse ad uenæ fracturam in pectore, pinguedo totius, euomendi inassuetudo, pectoris angustia, & alia multa, quæ omnia aphorismo accommodari possent.

καὶ μέσως εὐσάρκων. idest, Et bene carnosī cum mediocritate] non corpulentī, sed qui carne abundant, quæ ob suam naturam quæ pituitosa est & in sanguinem uergit, humoribus abundat, qui facilius, commodius & conuenientius per inferiora, quàm per superiora euacuantur.

κατὰ. idest, Per inferiora] purgandi sunt.

καυεῖται ἀστέρας τῷ ὄρει. idest, Cauentes æstatem.] Ne hic aphorismus quarto huius libri oppugnet, qui dicebat, æstate per superiora euacuandum esse, Oribasius dicit, ob tria in hoc casu per inferiora purgandum esse: primo quia materia crassa, secundo ob insuetudinē euomendi, tertio quia tempus non conuenit; facitque Oribasius ex hoc aphorismo & præcedenti unum aphorismum: quod & Philotheus etiam fecit, qui præter hoc dubitat, si nobis proponatur non quidē mediocriter, sed diligēter bene carnosus, quid agendum sit. Respondet, hunc non esse euacuandum, quia comoderatus est: propterea purgatione non indiget. Verba eius hæc sunt, *πρόκειται ἡμῖν ἀκριβοῦς εὐσαρκὸς. ἐὰν γὰρ ὁ πινύθῃ διακταῖ, οὐ δέεται καθάρσεως, ὅτι τὸ ἐν συμμετρίᾳ εἶναι παντὶ.* idest, proponatur nobis diligenter bene carnosus: si enim talis disponitur, purgatione non indiget, quoniam plenam habet contemperantiam: imò de his solum intelligit Hippocrates, etiam si graciles sint, qui indigent purgatione.

GALENVS

SI QUIDEM facilis ad uomēdum, & gracilis sit; per superiora purgandus est, nisi sit hyems, hoc est æstate, autumno & uere. Si uero difficulter uomat, & mediocriter bene carnosus sit, per inferiora, si res urgeat, solum cauendo æstatem: aliud autem anni tempus non oportet cauere.

BRASAVOLVS

NIHL aliud frugis in hoc Commēto habetur, nisi quod Galenus admonet, quum in præcedenti aphorismo dicebat, Nisi sit hyems: in tribus alijs temporibus fieri posse intelligebat; unde intelligit uer, æstatem & autumnum. Ex opposito, quum hic dicitur, Cauentes æstatem: in alijs tribus temporibus fieri posse intellige, autumnum, hyeme & uere. Quod uero legitur, Aliud autem tempus non oportet cauere: in Aldino codicē ita præcise habetur: sed in meo antiquo addita est particula Omne: ut legatur, Aliud autem tempus omne non oportet cauere. nam Græce dicit, *ἐν ἅλλῃ δ' ὕρα πᾶσι οὐ φθακτίου.*

TAbidos uerò cauentes, ad superiores purgationes.

BRASAVOLVS

CONSVLIT Hippocrates, ne tabidos per uomitum purgemus. Per tabidos uero secundum Galenum & Oribasium, eos intellige qui tumorem in pulmone habent. Hi enim si quandoq; purgationem exposcant, per inferiora potius fieri debet: quoniam & hic morbus, ex pituita ut plurimū, ortum habet. Adde, quòd si phthisim patientem eum mere cogas, ex hoc motu pulmonis ulcus augetur: & ob hanc cōmotionem, pus quod in pulmone est, agitur: & fumi, uel ipsum pus, cor petunt, morsq; plerumq; succedit. Hic aphorismus ad illos etiam ampliari potest, qui ad phthisim parati sunt. Hi enim ob longum collum habēt, pectus angustum, uenas ad fracturam faciles: ideo hoc motu uenam frangere possent, & id incidere quod euitare nitebantur. Tamen materia quæ in phthisico est, per superiora, idest per sputum euacuari debet, & non per uomitum: imò & in hoc casu euacuantia per secessum eadem ratione euitare debemus. Causa uero cur phthisici per uomitū purgari non debeant, à Philotheo assignatur, dicente, *ὅτι τῶν τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἀδυνασαν*. idest, ob debilitatem organorum respirabilium, idest ad respirationem pertinentium.

τῶν δὲ φθινώδεις ὑποσελομελίου, πῶς τὰς ἀνω φαρμακείας. idest, Tabidos cauentes ad superiores purgationes, uel ad medicamenta quæ per superius euacuunt. In hoc aphorismo duo uerba defunt, quæ in meo antiquo codice scripta sunt. In Aldino uero illa uerba in principio Commentii posita sunt: tamen sunt uerba aphorismi; & hæc sunt quæ sequuntur, *οὐδέποτε ἄξεις*. idest, nunquam duces. ut hoc modo aphorismus interpretari debeat, Caueamus, ne tabidos unquam ad medicamenta per superna euacuantia ducamus. In Aldino codice hæc sunt uerba Commentii, & non Aphorismi. At si recte perpendamus, potius ad Aphorismum pertinent, quàm ad Commentum. Vide enim quomodo Leonicensis incipiat: Nunquam tabidos duxeris. Sed Aldinus contextus aliud principium facit, hoc modo: *ὅτι τὰς ἀνω φαρμακείας, οὐδέποτε ἄξεις ὑλαβούμην*. In meo autem antiquo codice hæc particula *οὐδέποτε ἄξεις*, est in ultima parte aphorismi. Commentum uero ita incipit, *ὑλαβούμην δὲ δειλόντι αὐτῶν τὴν εἰς πῆλ ἀναπνευστικῶν*. & reliqua. ut Commentii principium ita incipiat, Veritus, scilicet ipsorum instrumentorum, quæ respirationi obseruiunt,

GALENVS

NVNQVAM tabidos duxeris, ueritus scilicet instrumentorum quæ respirationi obseruiunt, imbecillitatem. Per tabidos autem intelligere oportet eos, qui morbum à Græcis phthisim nominatū patiuntur, uel qui ad eum sunt natura proni: de quibus ipse in primo libro Epidemiarum scribit, Et maxime moriebantur, quibus natura ad tabem prona erat. Est autem his pectus angustum, & qui in eo continetur pulmo.

BRASAVOLVS

HVIUS Commentationis principium (ut à nobis superius dictum est) in illa parte incipit, Veritus scilicet instrumentorum quæ respirationi obseruiunt, imbecillitatem. At illud principium, Nunquam tabidos duxeris, est pars Aphorismi, non Commentii. Quum igitur tabidi habeant instrumenta ad respirationem imbecilla, propterea cauendum est, ne per uomitum euacuentur: quia illa agitatio possit ea instrumenta dissoluere, & ægrum suffocare. Additq; Galenus, per *φθινώδεις*, idest per tabidos, illos intelligendos esse qui *φθισικὴ νόσος*, idest eo morbo qui dicitur phthisis, affecti sunt: ut manifeste appareat, uocabulum *φθινώδεις*, commune esse ad ueram phthisim, & etiam extenuationem: ut in tertio & secundo libro iterum habuimus. Ampliatq; aphorismum Galenus, & ad eos qui in phthisim proni sunt, quamuis phthisici non sint: quod ex testimonio primo Epidemiarum sumpto, ostendit.

Deniq; Galenus illos docet, qui naturam ad phthisim pronam habent. Sunt autem illi, qui pectus angustum, & etiam pulmonem in pectore contētum, angustum habent.

Melancholicos plenius inferiores, eadem ratione contraria apponentes.

BRASAVOLVS

HIC humor melancholicus, omnium humorum qui in nostro corpore sunt, grauiſſimus est: quia terreus & de natura terræ. propterea per infimas partes magis descendit. unde & per inferiores purgandi sunt, qui eo abundant, hac eadem ratione qua superiores per suas vias purgabantur.

Τὸς δὲ μελαγχλικὸς. idest, Melancholicos,] per quos illos intellige qui melancholicam temperaturam habent, & illos qui tali humore abundant, etiam si melancholicam temperaturam non habuerint, quia humor hic in his qui illo abundant, per inferiora duci debet.

ἄσφοτόως τὰς κἄτω. idest, Plenius ad inferiores] quia uehementioribus medicamentis ad atram bilem euacuandam uti debemus. unde & Philotheus exponit quid significet uocabulum, plenius, inquit, *τὸ ἄσφοτόως, τὸ σφοδρότοτον δίκλοι,* idest, Id quod dicit, plenius, uehementius significat. redditq; causam, propter quam iubeat Hippocrates melancholicos per inferiores partes purgari, inquit, *ὅτι τὸ τὴν πᾶσι πᾶσι χυμὸν γὰρ, ὅτι ἢ παχυνόντα κἄτω ῥέπει.* idest, propterea quod superabundans humor terreus & crassus cum sit, deorsum uergit. Scitoq; medicamēta, quæ atrā bilem educunt, alijs uehementiora esse. quoniam in ordine attrahendi medicamentorū, quādo unum est quod alicui humori quem attrahat, proprium non sit, hic est apud Galenū in libro Quos oporteat purgare, inscripto, educendi ordo. hoc medicamētum prius aquam educit. Si aqua educita adhuc uis eius uigeat, bilem trahit: tertio pituitam, quarto atram bilem. Si adhuc medicamentum uim habeat, sanguis fluit ab ipso attractus. Si uero medicamentum aliquod uim habeat, humorē aliquem primo educendi, ut exempli causa atrā bilem, primo hanc educit, secundo aquam, tertio bilem, quarto pituitam, deniq; sanguinem, si eius uis adhuc uiguerit. At si aliud medicamentum uim habeat primo educendi bilem, hanc primo euacuat, secūdo aquam, tertio pituitam, quarto atrā bilem, deniq; sanguinem. hicq; ordo est, si medicamentum primo pituitam trahat, primo illam educit: secundo aquam, tertio bilem, quarto atrā bilem, deniq; sanguinē. At si medicamentum sit quod sanguinem prius educat, (quo tamē uti non debemus, quia uenenum est.) primo sanguinem educit, mox uitam. nullus enim ordo est in educendis humoribus post sanguinem. Ex his ergo elici potest, atrā bilem semper ultimum humorem esse qui euacuatur, dempto sanguine, qui per medicamentum euacuari non debet. Ideo atra bilis uehementiori medicamento indiget. Tuq; intellige illū euacuandi ordinem, quando medicamentū suam uim seruauerit, quoad alios humores traxerit. nā fieri posset quod medicamentū bilem euacuās, solā bilem, & nullum alium humorem euacuet, ob id quia uim suam iam amisit propter hoc igitur ab Hippocrate dictum est, Atrabilarium plenius deorsum esse purgandum. At si dixeris, Paulum & Aetium iubere in quartana febre fieri uomitum. Respōdemus id dici in accessione principijs, & illa non est euacuatio uniuersalis, sed particularis membri, in quo atra bilis collecta est, itaq; fieri debet iuxta Galeni sententiam in libro De uictus ratione priuatorum.

Τῶ αὐτῷ λογισμῷ τὰ ἑναντία προσθεῖς. idest, eadem ratione contraria apponentes.] quia (ut dicit Galenus) atrabilarium humor, qui in melancholicis abundat, per contrariam partē educi debet, ea à qua educitur bilis. Philotheus uero cur hæc uerba ab Hippocrate dicta sint, causam reddit inquit, *εἰ ἀνωθεν δεῖν ἢ ὑλη ἀνω δεῖν κρηοῦ.* εἰ δὲ κἄτωθεν, κἄτω, καὶ πάλιν, εἰ κἄφη δεῖν ἢ ὑλη, ἀνω ἀνακτόν. εἰ δὲ βαρεία, κἄτω, idest, Si materia sursum uergat, per superiores partes euacuare oportet. Si deorsum, per inferiores: & rursus, si leuis sit materia, sursum ducendam, si grauis, deorsum. Oribasius pro hoc aphorismo dicit, Melancholicum humorem infra purgabis, qui propter frigiditatem suam inferius uergit. Sed poterat superius purgari, nisi frigiditas eum retraheret. Hæc Oribasius.

VENTRES autem, uidelicet inferiores melancholicorum oportet ratio cinari de-
bere plenius medicari. Plenius autem dixit pro fortius. Quia autem ad inferiora
declinat hic humor propter grauitatem, non sine ratione ipsum iubet per uentrem infe-
riorem euacuari, sicuti flauam bilem per superiorem, cum sit leuis humor, & spōte con-
tinuo fluitet. Commune quidem in ambobus, ut ducantur quo uergunt per loca con-
uenientia. Proprium uero alterius humorum per superiora loca euacuari, quoniam ad
hæc uergit. Alterius uero per inferiora, quoniam & ad ista declinat. Contraria itaq; est
per superiora euacuatio illi quæ fit per inferiora. Quorum utrunq; fit secundū unam cō-
munem rationē. Quare & recte dixit Hippocrates: Eadē ratione contraria apponētes.

BRASAVOLVS.

ARBITROR (& ita est) huius commentationis principium in hunc modum legi
debere, inferiores uidelicet uentres; quia Galenus exponit quid intelligendum sit per il-
lam particulam inferiores, & inquit intelligendum esse, uentres, quamuis cōtextus Al-
dinus, & antiquus, quem habeo, ita præcise legāt ut à Leonicensio interpretatum est, sci-
licet *φαρμακδύειν δηλονότι τὰς κωιλίας τὰς κάτω*, tamen hic deest particula, autem, quam
Leonicensus addidit. At contextum quendam uidimus hoc modo legētem, *φαρμακδύειν*
τὰς κάτω δηλονότι τὰς κωιλίας, idest, Medicari inferiores uidelicet uentres. Qui cōtextus
mihi potius arridet, nam opus est plenius, & uehementius atrabilarios purgare.

Illæ etiā duæ particule, quas in interpretatione sua Leonicensus habet, scilicet ratioci-
nari debere, supersunt, nec in cōtextu Aldino scripte sunt. At in antiquo, quem habeo,
duæ lectiones habentur. una est, *δηλονότι δὲ λογίζεσθαι τὰς κάτω τῶν μεταγχελικῶν*. Al-
tera lectio ea est, quam superius adduximus, in qua hæc duo uerba, ratiocinari debere,
desunt, nam legit *φαρμακδύειν δηλονότι τὰς κωιλίας τὰς κάτω τῶν μεταγχελικῶν ἀδροτέρως*
χρη. Primam lectionem ego non recipio, sed hanc secundam, in qua hæc duo uerba *δὲ*
λογίζεσθαι desunt, immo mihi uidetur secundum primam illam lectionem, quod recte in-
terpretari non possit, nisi Galeni littera distorquetur.

Exponit deinde illam particulā *ἀδροτέρως*, idest, plenius, seu ualidius (*ἀδροτέρως* est
aduerbium comparatiuum,) per illam particulā *σφοδρώς*, idest, uehementēter, at antiquus
contextus, quem habeo non legit *σφοδρώς*, sed *ἰχυρῶς*, idest, fortiter, propter hoc Leo-
nicensus fortius interpretatus est.

Quod statim legitur, Quia autē ad inferiora declinat hic humor propter grauitatem,
In Aldino codice abest hæc particula, propter grauitatem, ita enim legit *ὅτι δὲ ῥέπει κα-
τὼ ὁ χυμὸς ὀτρυν*, idest, quoniam aut deorsum uergit hic humor, at in antiquo codice quæ
habeo, adest hæc particula, propter grauitatem, sed est uerū conuolūta, dicit enim, *ὅτι ὅτι*
δὲ ῥέπει κάτω ὁ χυμὸς ὀτρυν, arbitrator Leonicensem hanc lectionem habuisse, utraq;
lectio conuenit, & sensum integrum facit.

Quod dicit, & sponte continuo fluitet, Græce legitur *ὑποπλάζοντα τε σιωχῶς ἀντι-
ματῶν*, idest, continue sponte suprafluitet. Quia bilis continue superius fluitat.

Quod etiam legitur, propriū uero, alterius humorū, addi debet particula, quidē, hoc
modo, propriū uero, alterius quidē humorū, nā Græce est *ἰδιου δέ, ἢ μὲν ἐτέρου τῶν χυμῶν*.

Reliqua huius cōmenti adeo clara sunt, & à Galeno ita explicite proponūtur, ut ul-
la expositione non indigeant. Recentes tamen hic multa dubia excitarunt, quæ potius
sunt extra intentionē cōmenti, quàm quod hic fieri possint. Vnum est, an Melancholia
omnibus alijs humoribus nequior sit, quod (inquiunt recentes) in cōmento à Galeno
dicitur: & arguunt, non esse peiorem, quia eruginosa bilis, quæ ueneni naturā sapit, atra
bile peior est. Respondemus nos, esse quidem deteriorem bilem eruginosam quo adue-
nenositatem, sed non quo ad exitum, nam atra bilis ineptius exit, & hoc modo Galeni
propositio intelligendā esset, si ab ipso ita diceretur ut recētes adferunt. Aliud dubium
faciunt Quomodo plerunq; sola aliorum humorum corruptionem portat. Responde-
mus, id esse, quia omnes humores in atram bilem transmutari possunt, ipsa uero in nul-
lum, & hoc etiam per corruptionem. Dubitant præterea quomodo sit sex aliorum hu-
morum. Respondemus, quia tanquam sex subsidet, & ex aliorum cineribus gene-
ratur. At hæc dubia in Galeni commentatione fieri non possunt, quia ipse illam
conditionē

conditionem non scripsit, sed fuit Constantinus huius libri interpres, qui post dimidiū commenti, ipse sponte sua hæc uerba addidit. Vehementius autem, quia est uiolentior, nequior, glutinosior, est enim sex aliorum humorum, unde sola portat corruptionē omnium humorum. Hæc Constantini uerba recentes ad illa dubia promouere, quæ tabmen à Galeno dicta non sunt. Verum pro huius aphorismi sententia perficienda, dubium occurrit, silentio non prætereundum. An idem medicamen duos humores euacuare possit, Respondemus, nullum esse medicamentum simplex, quod simul duos diuersos humores primo euacuare possit. Sed bene unum post aliud euacuabit: in cōpositis uero medicamentis secus est, quia talia esse possunt, quæ omnes humores ex diuersis partibus primo educent, omnino omnia fere composita Arabica & Mauritana omnium humorum purgatiua esse uidentur.

APHORISMVS X

Medicari in ualde acutis, si materia turget eadem die. Tardare enim in talibus malum est.

BRASAVOLVS

MORBOS simpliciter acutos in quatuordecim diebus terminari, & in primo, & in secundo libro dictum est. Illi uero sunt ualde acuti qui citra quartumdecimum diem finiunt, in quarto inquam, uel in septimo. Si in quarto terminentur, exacte peracuti. Si in septimo, simpliciter peracuti nuncupantur. In his igitur peracutis exacte, & simpliciter peracutis, quos ualde acutos uocat, si materia turget, eademmet die, qua materiam turgere uidemus, medicari oportet. nempe in talibus morbis retardare malum est.

φάρμακόνειν. idest, Medicari, quod de uehementi & exacte purgante medicamēto intelligere oportet: & ideo illi decipiuntur, qui uolunt sectionē uenæ inter hæc numerandam, quæ & si euacuatio sit, nunquā tamen per uerbū medicari ab Hippocrate exprimitur: sed per medicari intelligit medicamēto uehementi uti, quale est scamoneum, colocynthis, & helleborus.

ἐν τοῖσι λίαν ὄξεισι. idest, In ualde acutis, qui in quarto, aut septimo die terminantur, et qui ut plurimum à calida materia accenduntur, quæ suapte natura mobilis est, & locostare nescit. Oribasius illos morbos intelligit, qui quarto die terminantur, ut angina: sed Philotheus usque ad septimum extendit, inquit enim, *λίαν ὄξει λέγει, τὰ κατὰ τὴν νοσήματα, ὅν ἔχουσιν καὶ εὐθὺς ἢ ἐβδομῆ ἡμέρᾳ.* idest, Valde acutos dicit peracutos morbos, quorum extremum tempus est septimus dies, per hoc etiam illos complectens, qui in quarto finiunt.

ἢ ὄργᾳ. idest, Si turget, uel concitata sit] appellatur autem turgida, & concitata materia illa quæ de loco ad locum modo huc modo illuc mouetur, quasi propriam sedē querens, cum non habeat. & ideo Philotheus non solum dicit ipsam turgere, sed etiam addit, *ἢ ὄργᾳ καὶ κινεῖται ὡς κἀκείσε πρὸς πλανωμένη.* idest, uel impetū facit, & mouetur huc & illuc circūerrans. Tunc enim dubiū est, ne alicui membro nobili infigatur. ideo medicanda est, & educenda, hæc aut turgida & furiosa materia ex omni humorū genere fieri potest, quæ uis ut plurimū biliosa sit, ideo medicamēto sibi proprio est educēda. potest etiā esse mixta materia, quæ medicamēto mixto indigebit. Si uero sanguis sit, de quo timeamus, an membrū aliquod nobile petere possit, sectione uenæ prohibeatur. ex hac enim quietior redditur, & sanatur. Illi uero decipiuntur, qui dicunt, sanguinē non posse turgere. Nos autē dicimus sanguinis copiā ad cor quandoque motam, & ad cerebrū suffocasse, & ideo Aetius capite quarto libri 6. ubi de cathocha uel catalepsi tractat, inquit, quod is affectus cōtingit nonnunquā ob sanguinis multitudinē affatim ad caput irumpētē, ipsūque opplētē: & casum ponit de sanguineo puero, qui per tres dies, neque conuiuens, neque ad obiectas minas oculis nutās, neque respondens, quarta die eruptio sanguinis e naribus redundauit, & protinus omnes turbulentiæ recesserunt. ut in hoc casu sanguinem turgidū fuisse deprehendi possit. licet quispiā diceret, sanguinē solum esse multum, non autem furiosum: in multitudine uero sectio uenæ semper fieri debet. & ideo

quod dicunt recentes, esse materiam furiosam ex multitudine, si sit sanguis, per uenę sectionem semper remoueri debet, & hoc statim, at si sit alia materia quę fixa sit, & non mobilis etiā si multa, non debet uehementi medicamēto purgari, sed benedicta (ut dicitur) medicina.

αὐθιμερόν, idest, eadem die. ac si dixerit, Cum materia turgida est & mobilis, cū id uideris, statim illam educas. per eandem diem, confestim intelligit & sine mora, ne mēbro nobili infigatur. Ita etiā exponit Philotheus inquiring, *αὐθιμερόν τῶν κἀθαρσῶν πινῶν, τὸ τῶν κἀθαρσῶν ἐν ἀρχῇ, μὴ ἀναμένοντας διδυτῶσαν, ἢ τρίτῳ ἡμέραν.* idest, eadem die euacuationē facito, hoc est statim in principio, nec secundā uel tertiam diem expectes. Statimq; huius rationem reddit inquiring, *ὅτι τὸ μὴ φλόσαι κατὰ λυθῶαι τῶν δυνάμει, τῆ πῶ πυρετῶ μεγίστη θερμότης, καὶ ὅτι τὸ μὴ εἰς κρυεῖον κατὰ σκῆψαι μῶριον τῶν ὕλων, καὶ τὸς ἐκ μῶριον ἢ σῶμα χυμῶς.* idest, ne facultas naturalis magna febris caliditate dissoluatur, & ne ob hoc materia, & dispersi per corpus humores, in præcipuā aliquam partem iuuat.

Ἐρονίσαυ γὰρ ἐν τοῖς ποῖοις, καὶ ἄλλοι. Tardare enim in talibus malum. malum inquam, quia dum in motu est, ad exitus uias facilis duci potest. At si nobili mēbro infigeretur, euacuatio frustra fiet, cum materia iam fixa effecta sit. Sed hic dubium non præteribimus. An cum in membro nobili materia fixa fuerit, euacuationem exercere oporteat. Respondemus, si materia prius turgida sit, & per motum nobili membro infigi coeperit, uel non diu transuerit quod fixa sit, uehementi medicamento à partibus capitū uehementer attrahente illam euacuare debemus. At si materia iam diu fixa sit in membro nobili, & prius furiosa non fuerit, eam euacuare non debemus, sed sinere & conuocare, nisi sectione uenę iuuare possimus. tunc enim uenam secamus, quoniam uenę sectione etiā si cruda sit materia fit: quoniam id in hac operatione non attenditur.

GALENVS

DICTVM est & à me prius, quod uerbum, turgere, Hippocrates transfudit ab animalibus quę ad coitum properant, cum naturali concupiscentia moueantur ad seminis excretionē. Ostensum est enim in libris de semine, quod foemina etiā in coitu semen excernit. Quando igitur in toto corpore similis huic fuerit naturę impetus, ad excretionem superfluitatum, uel si non in toto corpore, saltem in partibus principalioribus, tale quid consueuit Hippocrates per uerbum, turgere, significare, et statim per medicamentum euacuationem faciendam iudicat. Prius uidelicet quàm robur corporis dissoluatur, uel febris caliditas augeatur, aut ad aliquod membrum principale decumbant hi qui per corpus uagantur humores. Quod autem ualde acutos morbos nominauerit, quos prius peracutos dixit, unicuiq; liquet. Et quidem quod horum terminus est prima septimana, dictum & à me prius hoc est.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet quid ab Hippocrate per uerbum, turgere, intelligatur, sicuti in primo libro iterum fecerat. Nam uerbum est ab animalibus quę ad coitum properant, translatum, nempe ad excernendum semen, naturali quodam desiderio, & innata concupiscentia mouentur. Quod intelligere oportet, quando animal semine plenum tantiginem adeo ualidam habet, ut motum quendam titillantem persentiat, quoad semen excreuerit. hicq; motus in brutis animalibus frequentius inuenitur, quàm in hominibus: quoniam mares brutorum animalium semper ad coitum parati sunt, foemina uero statutis temporibus, & ideo coguntur mares suarum foemellarum dispositiones expectare. Itaq; multo semine implentur. Sed homines suas foeminas semper paratas habent. ideo non solum seminis copiam non colligunt, sed quandoq; adeo profundunt ut totius corporis nutrimentum consumant. Cum ergo in agro homine, in morbo præsertim ualde acuto, ad expellendas materias similem motum uiderimus, quę materię uel totum corpus, uel unam uel plures ex principalioribus partibus molestant, hunc motum Hippocrates turgere appellat, & statim per medicamentum euacuationem faciendam iudicat, nullumq; uel tantillum intermittendum tempus quin hoc opus peragatur. Interposuit uero Galenus, eundem motum eiiciendi semen in foeminis inueniri, quoniam ut in

ut in libris De femine ostendit, femina etiam in coitu semē emittit, ne quis in maribus solum, motum illum inueniri putaret.

Quod legitur, properant, Græce est *επιγυμνωσις*, nos potius interpretaremur urgentur, nam *επιγυμνωσις* urgeo significat, quamuis et propero significare soleat, sed magis exprimitur materia urgentis affectus, si urgetur interpretemur, quam si properat, nam talis materia concitata urget.

Quod etiā legitur, Cum naturali concupiscentiā moueatur, legi debet, cum naturali quadā concupiscentiā, Græcus enim contextus ita dicit, *φυσικῶν πινάτων τῶν ὑμῶν*.

Quod etiam legitur In partibus principalioribus, legi debet, In partibus principalissimis, quia Græce dicitur, *ἢ τὰ κυριώτατα μέρη*.

SECVNDO Galenus rationem assignat, quare in ægritudinum principijs in materia furiosa euacuatio fieri debeat, inquit ægritudinem corporis robur dissoluere, dari autem debet priusquam corporis robur dissoluatur, aliter amissis uiribus fieri non posset, immo si fieret, periret æger. Alia ratio est, quia omne medicamentum natura calidum est, febre igitur molestante, quæ calor est, exhiberi non deberet. At ægritudine procedente febris caliditas augetur, propterea tunc medicamentum exhibere minus cōuenit. Tertia causa & potissima est, quia si tardabis, nostri corporis humores ad aliquod principale membrum decumbent, & repentinam mortem inducent.

TER TIO Galenus exponit ualde acutos morbos, idest, peracutos, qui in prima septimana terminum habent, uel absolute peracuti, uel exacte peracuti sint.

Quod legitur, & quidem quod horum terminus, legi debet, & quidem quod horum iudicationis terminus. Librarius hanc particulam, iudicationis (me iudice) omisit, non autem Leonicenus. Græcus enim contextus ita habet, *καὶ μὴ τοὶ καὶ ὅτι τῆς τῶν κελύσεως ὁρῶν ἢ ἡ ἀδυναμία ἢ ἡ πῶντι*.

APHORISMVS XI

Quibus tormina, & circa umbilicum labores, & lumborum dolor, qui neque à medicamento, neque aliter soluitur, in aquam intercutem siccam firmatur.

BRASAVOLVS

IS, qui circa umbilicum tam in superiori parte, quæ *ἀπὸ γαστρῶν*, quàm in inferiore, quæ *ἀπὸ γαστρῶν* dicitur, tormina patitur, & fastidium quoddam perferent, immo & lumbi ipsi doleant, tamen nulla arte intrinseca, uel extrinseca iuuari possit, nec etiam medicamento: statim tu ipse iudicato aquam intercutem siccam, idest, tympaniam, hunc incidere debere: ut ex his quæ præsentia sunt, futura prædicere discamus. Vnde à Philotheo dicitur, *καὶ ὅτι ὁ ἀφορισμὸς, ἀγγνωστῶς ἔστι τῶν πόντων, καὶ πρὸ γνωστῶς μετὰ τῶν συμπτωμάτων*, idest, Hic aphorismus comparatus est ad præsentium cognitionem, & futurorum euentuum prospicientiam.

ὅτι οἱ σφόδρα, idest, Quibus tormina,] à torquendo uocata, ac si dixerit, Qui dolores habent, nempe tormina apud Celsum quarto libro dysenteriam, idest, difficultatem intestinorum significant, hoc autem loco hæc difficultas intelligi non potest, sed potius intestinorum dolores: quamuis præter rem non uideretur per *σφόδρα* non dolores, sed commotiones, & contortiones intelligere, quæ potissimum ex copia flatus in intestinis geniti & conuoluti fiunt, ac si dicat, commotiones, & non intelligere dolores, sed solas motiones, deinde per sequentem particulam dolores intelligere.

καὶ πῶντι τῶν ὀμφαλῶν, & circa umbilicum, *πόντοι*, idest, labores,] per quos dolores intelligo qui è regione umbilici, & circum circa infestē, qui ex materia flatuosa intestina occupante ut plurimū fieri solent, hæc enim intestina adeo extendit, quod imperfecta continui solutio fit, quæ doloris causa est. Galenus uero in secundo libro cōmentariorum De ratione uictus in morbis acutis, exponit hoc uocabulum *πῶντι*, idest, labor, uolens cū proprie accipitur significare dolorē, quandoque tamen significare malā affectionē, quæ in morbis acutis fit, est autem hoc sectio quadragesimalseptima, deinde, 53, dicit uocabulum *πῶντος*, idest, labor in illo Hippocratis contextu læsionem significare, quæ mul-

tis particularibus lationibus genus existit. Cicero reprehendit Græcos qui dolorem & laborem nesciuerint distinguere, utrunq; sub hac uoce πόνος indicantes.

Καὶ ὁσφύος ἄλγος, idest, & lumborū dolor. Hic per lumbos uere lumbos non intelligimus, sed intestinalē partem lumbis adiacentem. hoc uocabulum ὁσφύς à Latinis interpretatū est lūbus, quia nullū aliud uocabulū habetur illi correspondens: tamen ὁσφύς mediā renum partē in posteriore hominis parte proprie significat. Galenus in anatomicis libris dicit in ea parte esse in qua homines cinguntur, & ὁσφύϊν ἴσθμῳ appellari. Ad rem igitur, intellige dolores in ea parte intestinorū quæ dorso inhaeret. Philotheus ita disponit uerba, ut hanc particulā σφόροι, umbilicū, idest, intestina determinare faciat: & illam particulā πόνος, lumbos determinare faciat, quod præter rem esse non uidetur.

Μὴ λυόμενον μήτε ὑπὸ φαρμάκων, μήτε ἄλλως, idest, Qui neq; à medicamēto, neq; aliter soluitur:] nam medicamenta dolores in illis partibus soluere solēt, materia & flatu euacuatīs eos dolores facientibus. Adde, quod fomenta, inunctiones, & clysmata eisdē dolores soluere cōsueuerunt. hoc est quod dicit, neq; aliter, scilicet quod non solū ex medicamēto nō soluitur, sed nec ex fomento, nec ex clystere, nec ex inūctione, nec ex emplastro, nec alia re simili, ut uno solo uerbo à Philotheo exprimitur dicente, ἢ ἄλλως, τίς δὲ ἄλλων βοήθημάτων, idest, uel aliter, hoc est per alia præsidia. Cum enim non soluitur, signum est in illis partibus esse malā qualitātē, quæ remoueri non potest, & quæ continuo flatus parit, unde sequitur, εἰς ὑδρωπικὸν ξηρὸν ἰδρῶνται. idest, in aquā intercutē siccā firmatur. etenim flatus est qui illos dolores parit, qui etiā auferri non potest, nec mala tēperatura ipsum pariens. propterea illo multiplicato id genus aquæ intercutis sequitur, quod tympania appellatur, à sonitu quē facit uenter percussus. Hanc eandē causam & ægriitudinis & nominis assignauit Philotheus inquiens, γίνωσκε ὅτι δυσκρασία τις ὄντως ἐκτικὴ τῶν μορίων, ἢ τις πολυχρονίσιος ξηρὸν ὑδρωπικὸν ἐργάζεται, ὃν γίνονται τυμπανία ὀνομάζονται. συμ δὲ τὸ ἀρτελεῖν ψόφου τυπόμενον οἰονά τυμπανον. τὴν δυσκρασίαν δὲ τούτων ἐὰν ἢς ἰπιδρὸς ὑδρωπικὸν γίνεται, ἀρτελεῖν ψόφου μεγάλου, τὴν ἴσθμῳ παχύνεται πνύματα. ἢ πῶς δὲ πρὸς ὑδρὸς ὀνομάζονται ὀ τυμπανίας, καὶ ὁ καὶ ὑπὸ αὐτῶν ὡς αὐτὸ τῶν λοιπῶν ὑδρωπικῶν τὰ τὰ ἰπιδρῶν τῶν αἰσῶν. idest, Scito quod malū temperamētum ex habitudine profectū, uel diuturnum partium est, quod hydropē siccam inducit, quā quidam tympaniā uocant, quoniā percussus strepitum facit, tanq̄ tympanum. hoc aut̄ malum tēperamentum, ex quo talis hydrops fit, magna frigiditas crassissimū flatum pariens facit. Secundū qualem autē modū hydrops nominatur tympanias: in quantū & in ipsa, ut in reliquis hydropibus impletur peritoneū. Cū uero hydrops quandoq; fiat ex iccore primo male affecto, quandoq; ex alio mēbro, tamen iccur deniq; offendēte, hæc de qua in Aphorismo fermo fit, potest & ex iccore primo male affecto cōsequi, ex quo flatus procurantur, & ex parte uale affecta, & deinde iccur ipsum afficiente. Tamen Philotheus iudicauit hanc hydropis speciem ex parte male affecta iccur deinde afficiēte prodire. Inquit em̄ ἰσθμῳ δὲ ὅτι ὁ ὑδρωπικὸς διχῶς γίνεται. ἢ πρῶτον παθόντος τοῦ ἰπιδρῶτος, ἢ ἄλλω τινὶ συμπύκνοντος. ἐν τῷ ὅθι οὐ ἔστι συμπαθειαν ἐσφῶν ἀρτελεῖται ὑδρωπικῶν. idest, Sciendum autem, quod aqua intercus dupliciter fit, uel primo patiente iccore, uel cum alio quodam compatiente. hic igitur per compassionem aliorum perficitur aqua intercus: de cuius speciebus in Galeni commentatione agere decreuimus.

GALENVS

TORMINA fiunt & propter morsum uehementē, & spiritū flatuosum, qui nō habet exitum. Sed intestinorū inuolucrum est interceptus. Quod uero dolores ad tales dispositiones cōsequantur, nemini dubiū: at cum circa umbilicū, ac lumbos se firmauerint, neq; à medicamētis, neq; alijs soluitur auxilijs. Quædā est earum partū habitualis intemperatura, quæ magna ex parte perseverās, eam aquā inter cutē efficit, quæ ab Hippocrate sicca nominatur. Vocatur aut̄ hic morbus à posterioribus medicis tympanias, quoniā summus uenter percussus talē sonū edit qualē tympana. Nam et in illis per cutē extentā aer percuitur, quæadmodum et ille qui in profundo locatur, in tali morbi genere. Quod uero & hoc morbi genus hydropē, idest, aquā intercutē, Hippo. nomet, est manifestum. Non tamen humidum est, sicuti qui ascites, ab utris similitudine dicitur. In quo materia collecta non est flatuosus aer, sed humor aquosus. Videtur autem à maiori frigiditate

frigiditate generari aquosus hydrops, quem ascitem uocant, quoniã ueluti in utre quoda-
dam in membrana abdominis interiore humor continetur. A minore autem tympanias.
Neq̃ enim humida substantia in flatuosum aerem sine calore aliquo potest transmutari.

B R A S A V O L V S

PRIMO à Galeno cur tormina fiant duæ causæ redduntur, una est morsus uehe-
mens, altera spiritus flatuosus. Morsus ut plurimũ à bilioso humore in intestinis conten-
to, ut qui ea mordet, inducitur. Tamen flatus quandoq̃ speciem quandam morsus indu-
cere potest, quando hinc inde mouetur. At non est uerus morsus, spiritus uero flatuosus,
idest, uentus qui frequentissime crassus est, extendendo intestina tormina facit, quia exi-
tum nõ habet, sed in intestinorum inuolucris intercipitur; uel etiam si exitum habeat, &
non exeat, quia in intestinis ipsis firmatur, ex quo dolores fiunt, qui sunt symptoma-
ta ad illas dispositiones consequentia, idest uel ad morsum, uel ad extensionem, quæ
est solutio quædam continui, ut apud Galenum in libro Artis medicinalis uidere li-
cet. Tormina igitur casus sunt, uel symptomata, quæ à uehementi morsu uel ab exten-
sione spiritus flatuosi, tanquam à suis ægritudinibus dependēt, & eas, sicuti umbra cor-
pus, sequuntur.

SECUNDO Galenus docet, cum hi dolores circa umbilicum & lumbos firmantur,
qui locus proprie est pars, ubi incipit tympanias, neq̃ per uim medicamentorum, uel a-
liorum generum prælidiorum soluuntur, signum est in illis partibus esse quandam habi-
tualem intemperiem, frigidam uidelicet quæ magna ex parte perseverat, & illam inter-
cutis speciem inducit, quæ ab Hippocrate sicca nominatur. posteriores uero medici il-
lam tympaniam appellant, quoniam summa uentris pars percussã, talem sonum edit,
qualẽ percussã tympana edere solēt. nã & in tympanis aer per cutẽ extensam percutitur,
sicuti in hoc genere morbi aer qui in profundo corporis latitat, percutitur, & resonat.

Quod legitur, At cum circum umbilicũ & lumbos se firmauerit, statim sequi debet,
postea neq̃ à medicamentis: librarius sua incuria illam particulam, postea, omisit. nam
græcus contextus ita habet *ὅταν μὴδ' ὑπὸ φαρμακείας.*

Quod etiam legitur, quæ magna ex parte perseverans, Græce est, *ἡ τις ὡς τὴ πολλὰ χρό-
νιστά,* idest quæ multũ perferans. hæc particula *ὡς τὴ πολλὰ* nunc diu significat, & mul-
tum, cum enim diu & multum perseverabit, aqua intercus sicca consequetur.

Quod etiam legitur, Quoniã summus uenter percussus, Græce habetur *ὅτι κρούμενον
τὸ ὑπεράσπιον,* idest quoniam pars superior uentris, quæ epigastrium dicitur, est uero epi-
gastrium pars uentris supra umbilicum, quæ præcordia complectitur ita habet antiquus
codex, quem habeo. Aldinus uero legit *ὑπογάσπιον,* cui magis assentiendum arbitror.
nam hypogastrũ est pars uentris sub umbilico, in qua & fiunt potissimum & confirmã-
tur hydropes, quamuis & superiores partes impleantur, quando turgescit æger, tunc e-
nim non solum *ὑπογάσπιον,* sed & *ὑπεράσπιον* intumescunt, parsq̃ epigastrii, quæ ob hy-
pogastrii tumorem extenditur, magis sonat.

Quod etiam legitur, Quemadmodum & ille qui in profundo locatur in tali morbi
genere, Græce est, *καθὰ πῶς ἐν τῷ πύθει τῷ ποίτῳ ὑδρῶν,* idest quemadmodum in pas-
sione talium aquarum intercutum. & illa particula, in profundo, abesse debet, ut hoc mo-
do contextus continuationem habeat. Nam & in illis per cutem extensam aer percuti-
tur, quemadmodum in passione talium aquarum intercutum, scilicet siccarum, quæ
tympaniæ dicuntur.

TERTIO Galenus dubium remonet, quod quidem tale est, an Hippocrates hoc
morbi genus hydropem uocet, inquitens manifestum hoc esse; tamen & si aqua intercus
nuncupetur, non est humida, sicuti illa species, quæ ascites dicitur ab utris similitudine,
in quo materia collecta, non est uentus sed aquosus humor. & quamuis apud Aristote-
lem aer sit humidior aqua, quoniam termino proprio minus clauditur, quàm aqua: ta-
mẽ quia aqua magis madefacit, quàm aer, à Galeno humida simpliciter dicitur: & quod
non madefacit, humidum non appellat, ut est flatus.

Quod legitur, Non tamen humidum est, in Græco contextu deest illa particula, est,
etenim dicit, *ὃ μὴ ὑγρόν γε.*

Quod etiã legitur, ab utris similitudine dicitur, illa particula in Græco cõtextu abest.

ita enim græce continuatur, *δ μὲν ὑγρὸν γὰρ καθύπερθε τὸν ἀσκίτιον, ἐφ' ὃ τὸ σπυδαίλιον ἰδρῶν* est, non tamē humidū sicuti ascitum, in quo quod collectū est. Postea sequatur, non est flatus aer, sed humor aquosus. & ideo illa particula, ab utris similitudine, à Leoniceno addita est, in græcis autem codicibus abest. quam tamen particulam aliqui ita legerunt, à similitudine tumoris, & non, ab utris similitudine. sed quicquid in re sit, omnia uera sunt. At quia à Galeno non dicuntur, lectorem admonere uoluimus

QVARTO Galenus docet, Hydropem aquosam à maiori frigiditate fieri, quam flatus aer, quia humor in membrana abdominis interiore ueluti in quodam utre continetur. sed tympanias à minori frigiditate inducitur: quia fit ab humida substantia, & sine aliquo calore, flatus aer fieri non potest. Quod legitur in membrana abdominis interiore, Græce est, *ἐν σπυδαίλιῳ*, idest, in peritoneo. an uero peritoneum abdomen sit, dubitare non est opus. quia ut Galenus libro quinto De aggressionibus anatomicis scripsit, & libro sexto, peritoneum pellis est quædam, quæ omnia intestina tegit, quam Arabes siphac appellant. Abdomen uero in totum est, musculos, pelliculam, & pinguedinem complectens, ab Arabibus mirach uocatur. Leonicenus huic parti quam Græci uocant *σπυδαίλιον*, latinum nomen fingere uoluit, & dixit membrana abdominis interior, sed re uera nobis hoc nomen non satisfacit, quia pellicula supra uentrem inferiorem extensa est membrana exterior. intus uero adest & alia pellicula quæ abdomen integit, quæ appellari potest, membrana abdominis interior, sub qua peritoneum inuenitur, membrana ab abdomine distincta. Ideo simpliciter interpretari debemus peritoneum, uel membrana sub abdomine. nam in aqua intercutis aquosus humor inter abdomen, & pelliculam istam, quæ peritoneum dicitur, continetur. Sed ut huius Aphorismi sensus commodius habeatur necesse est Aquæ intercutis species secundum antiquos percurrere, & quomodo fiant, edocere. Hippocrates libro quarto De ratione uictus in morbis acutis, duorum aquæ intercutis generum solum meminit, unum subcarnosum, quod hypofarca appellant. Id (inquit) hominem cum aggreditur, inuitabile est. Alterum ex flatibus constat, hoc tympaniam dicunt, quod multa eaq̄ bona fortuna indiget. In calce autem libri quarti de morbis, tria hydropis genera profequitur. nam & aquosam hydropem, quæ ascites dicitur, enumerat. forte in libro De ratione uictus in morbis acutis, sub tympania ascitem complectitur, quoniam ascites, & tympania simul continuo inueniuntur. Celsus libro tertio capite uigesimo primo tres hydropis distinctas species pertractat. Nam modo uentre uehementer intento creber intus ex motu spiritus sonus est. modo corpus inæquale est, tumoribus aliter aliterq̄ per totum id orientibus. modo intus in unum aqua contrahitur, & moto corpore ita mouetur, ut impetus eius conspici possit. Primum *τυμπανίτιον*, secundum *ἀσκίτιον* uel *σπυδαίλιον* uel *σπυδαίλιον* tertium *ἀσκίτιον* Græci nominant. Hæc Celsus de aquæ intercutis speciebus, quam Græci *ὕδρωπα* uocant. Paulus Aegineta libro tertio, capite quadagesimo octauo & ipse trium hydropis specierum meminit, tympanitis, ascitis, quæ ab *ἀσκή*, idest, utre dicitur, & leucophlegmatia, uel hypofarca, uel anafarca. nos carnosam uocare possumus. Aetius quoque libro decimo, capite uigesimo easdem tres species enumerat, & Alexander Trallianus capite trigesimo libri tertij, tres species ponit, aquosam, flatus aer, & carnosam. sed in qua parte fiant, omnes hi autores prætermittere uidentur. Id solum in hypofarca dicentes quod est totius corporis crementum. fit autem ex pituita, quæ in omnes corporis partes penetrat, adeo ut Græci hunc morbum *ἀσκίτιον* uocarint, ac si dixerint albam pituitam. hanc uero hydropis speciem semper *καχεξία*, idest, malus habitus præcedit. immo si hanc hypofarcam, idest, subcarnosam hydropem consideremus, est intensior cachexia, quam ut nomen hoc cachexia significet, unum est, hypofarcam numquam fieri, quin cachexia præcesserit. In quo autem loco alia duæ species, scilicet tympanitis & ascitis, fiunt, dubium non mediocre est. Alexander Trallianus præcitato loco dicit, circa abdomen siue fumen fieri, cum aquosi humores tanquam uterculo, quem *ἀσκή* Græci dicunt, collecti continentur, uentremq̄ intendunt, & moto huc illuc corpore cum borborygmo euidente decurrunt. est autem *βορβορυγμός* uentris strepitus ueluti aqueus, qualisq̄ in eadem parte quidam tumultus, unde ex Tralliano colligitur circa abdomen

abdomen fieri, sed nec ostendit, nec specificat locum. Aetius locum esse uoluit inter peritoneum & intestina. nam pellicula illa quae integrit intestina (ut dictum est) peritoneum uocatur, cum aqua inter ipsam, & intestina continetur, haec hydrops ascites nuncupatur. si uero sit flatus, tympanitis. Paulus quoque Aegineta licet locum non specificet inter peritoneum & intestina, tamen dicit inter peritoneum & partes ei subiacentes aquam esse. sunt uero peritoneo subiacentes partes, intestina. Nec Galenus aliter sentit, quam inter peritoneum & intestina aquam esse in libro qui inscribitur Introductorius. Idem Galenus libro quinto De locis affectis capite sexto, cum has tres species enumerauerit, inquit, sed spatium quod inter peritoneum, & partes ei adiacentes est, aquoso humore impletur. sunt uero peritoneum, & partes ei adiacentes, spatium inter intestina & peritoneum. Conuenientiusque fuisset, Copum non esse interpretatum, partes adiacentes, sed potius, partes subiacentes; quia etiam superiores partes, quae sunt abdomen, sunt adiacentes, non tamen subiacentes. Contextusque Galeni Graecus dicit subiacentes, & non adiacentes, inquit enim *καὶ τῆν ὑποκειμένων αὐτῶν σαμάρων*: ubi uides illam particulam *ὑποκειμένων*, potius subiacentium, quam adiacentium interpretandum esse. Ex his supinus quorundam recentiorum error panditur, qui dicunt aquam esse (ut eorum uerbis utar) inter siphac & mirach, idest, inter peritoneum & abdomen. Galenus uero & ceteri Graeci authores supra citati inter peritoneum & intestina, uel zirbum, idest, omentum aquam ponunt. Arabes etenim peritoneum siphac, abdomen mirach, omentum, idest, reticulum zirbum uocant. Ad rem igitur redeuntes, inter peritoneum & omentum aqua colligitur, quae etiam peruenit ad intestina. nam à Galeno, Paulo, & Actio dicitur supra partes peritoneo subiacentes fieri, & non supra intestina. Tamen & si dicerent supra intestina, nihil referret, quoniam omentum ad intestina statim terminatur, nec illa adeo egregie tegit, quin aqua intestina ipsa possit attingere. Aqua igitur intercus apud antiquos colligitur inter abdomen & omentum uel intestina: Quod ita esse non solum experientia & sensus ostendunt, sed & modus ille curandi per incisionem id dicere nos cogit. nam abdomen deorsum trahitur, deinde perforatur quo usque ad aquam perueniamus. deinde aquae quantitate extracta, ut medico uideretur, abdomen in suum locum transire permittitur: ut peritonei foramen integat, ne amplius aqua exeat. Quae operatio uana esset, nisi sub peritoneo aqua contineretur. Adde quod in his qui herniam patiuntur & hydropem, necesse est scortum aqua impleri, quod fieri non posset, nisi sub peritoneo contineretur. Tot à nobis de hac tam facili prae dicenda fuere, ut à recentiorum animis falsam illam opinionem eueleremus, qua uolunt inter siphac & mirach aquam contineri. Quando solus flatus extiterit, ab Hippocrate hydrops sicca, idest nullam habens aquositatem, uocatur. Oribasius autem iudicat, nihil aliud esse hydropem siccam, quam penuriam sanguinis, qui per hepatis uenas ministratur. sed re uera an ex solo flatu hydrops facta inueniatur, dubium non mediocre est. & ingenue fatebor, rationem fieri posse, dictare. nunquam uero inuenimus ex puro flatu factum hydropem, quin aquam commixtam habeat. propterea Galenus in Introductorio sibi adscripto inquit, Nam tympanitis, & ascitis eiusdem speciei sunt, quoniam in utraque nutrimentum in aquam redactum inter intestina & peritoneum transfunditur, sed in hac aquae plus, quam spiritus in unum intus contrahitur: in illa copiosior spiritus, minor humiditas est. ut ex hoc loco colligi possit, tam in tympanite, quam in Ascite aquam esse: sed in Ascite maior copia, minor in tympanite reperitur. & hoc conueniens est, quia utraque species à mala qualitate frigida iecori comunicata fiunt, propterea ea in mentem reuocato, quae ex Philotheo etiam superius adduximus, omnes hydropis species fieri aut ex iecore primo per se male affecto, aut ex alio membro iecori communicante, & male afficiente. saepe uero lien est. si uero iecur ex se hydropem inducat, aut id ob frigiditatem facit, aut ob nimiam caliditatem, aut ob tumorem praeter naturam, aut ob aliud simile, quod in numerum referunt authores. & quamuis à nimia caliditate fieri possit, id non est à caliditate, ut caliditas, sed quia huiusmodi caliditas iecoris temperaturam, actionem, & naturam corrumpit ac destruit, & frigiditatem inducit, propterea simpliciter dici posset, hydropem, uel à iecore primario, uel per compassionem fiat, semper ex mala ipsius iecoris affectione consequi, quae frigida denique efficitur.

Omnium

Omnium specierum deterrima est hypofarca, quam Celsus insanabilem facit. Nonnulli uero Recentes hypofarcam inter alias species minus deteriorem faciunt, eo decepti, quia hominem cachexiam patientem, hypofarcam habere iudicant, sed à frigiditate ie introductorio sibi adscripto inquit, Solide totius corporis partes in aquæ naturâ transeunt. hanc Hippocrates immedicabilem esse scribit.

Si uero dubites quomodo Tympania ex frigiditate induci possit, quia flatus (Aristotele in secundo meteororum libro teste) ex calido temperato generatur, & ratio cur in uere & autumno multi flatus spirent nulla alia assignatur, quàm harum anni partium calor temperatus. In hyeme uero ob frigus, & in estate ob ingentem calorem rariores uenti spirare consueuerunt. Respondemus, ad flatum generandum duo potissimū requiruntur: unum est materia in flatum apta transire, aliud agens; materia in flatum transire apta, est humida materia; agēs, est calor, qui sit ita proportionatus ut ualde intensus non sit, aliter totam humiditatem adeo resolveret, ut flatus non fieret, sed euanesceret, ut in magnis estibus fieri experimur. At si calor adeo paruus sit, ut nullo modo possit resolvere aut attenuare humiditatem, flatus etiam non fit, quia agens ineptum est, & nimis debile. At si calor tantus sit, qui possit humidam materiam attenuare, sed non resolvere, flatus generantur. Et ideo flatus à caliditate diminuta respectu resolutionis fit: & à caliditate superante, respectu huius quod materiam attenuat. ideo Recentiorum disputationes quibus diu uexantur, probantes aliqui à caliditate superante, aliqui diminuta flatus generari, uanæ sunt, & nullius momenti. Quia utrunque uerum est respectu diuersorum. unde & Galenus in fine huius commenti dicit, flatum ex aliqua caliditate fieri.

Denique ex hoc Aphorismo nos prædicere nouimus quid in hoc casu futurum sit, quia (ut Oribasius dicit) per omnia Hippocrates uoluit doctum esse medicum tanquam augurem.

APHORISMVS XII

QVorum alui intestinorum leuitate laborant, hyberno tempore supra purgari malum.

BRASAVOLVS

INTESTINORVM leuitas est, quando ea quæ comeduntur, celeriter deiciuntur, ideo Philotheus illam definire uolens, dicit, *λεϊνότης ἐστὶ τὰ χεῖρα διέξοδος τῶν προσφθιμένων στίων ἀμεταβάτων ἐκκεινομένων*. id est, intestinorum leuitas est uelox transitus cibiorum sumptorum, quæ non mutata secernuntur. Oribasius hic addit, leuitatem fieri ex glutinoso humore, qui est crassus, & ponderosus, ideo per inferiora purgandus, præsertim hyemis tempore. nempe si per superiora purgare tentabis, malum est, & potius obesse poteris, quàm prodesse.

ὁ κίβισι κίβια λεϊνότης ἐστὶν. id est, Quorum alui intestinorum leuitatem habent.) Viitur uocabulo κίβια, quod proprie interiorē uentrem significat à latinis aluum nuncupatum. Est uero intestinorum leuitas, quam Græci lienteriam uocant, quoties uel cibus ut comeditur deijcitur, uel parum immutatus. Hippocrates in libro De morbis qui extra, dicit, Leuitas autem intestinorum, cibaria non putrefacta liquidatq; demittit. dolor autem non inest, ac corpus emaciatur, & id merito fit, quia cibus non transit in sanguinem, sed exit inconcoctus. docetq; eodem loco Hippocrates tunc fieri, quoties de capite, superioreq; uentriculo in inferiorem pituita magnopere defluit; quod cum fit, cibaria refrigerantur, humescuntq;, non putrefactaq; statim demittuntur, corpusq; tabescit, partim cibarijs non concoctis cum non satis in uentriculo steterint, partim uentriculi nimio calore præter naturam calefactis. In libro autem tertio De alimētis idem Hippocrates ait, lienteriam fieri ex frigiditate, & humiditate. ex frigiditate nanque non concoquunt, ex humiditate egerunt. In libro uero De scemina-
rum

rum morbis, lente, tritico, & setanio lienteriam curat. At in libro secundo Prædictionum dicit, leuitas autem intestinorum assidue longeq; tempore omni, & hora, die & nocte, cum crepitu, & sine, hæ omnes malæ sunt si durant cum oleto subeunte ualde crudo, nigro, leui, liquido, & olido. nam sitim faciunt, potumq; in uescam non mittunt, uti meiat, sed os ulcerant, tumidumq; ruborem in facie creant, lenti gines, uiriliginēq; & colores uarios, simulq; uentres fermentatos, & rugosos faciunt, propterea homines uesci, deambulareq; non possunt, & cætera quæ peragenda forent, facere. Malum quidem hoc senibus grauissimum, periculosissimumq; est, uiros etiam ualde molestat, cæteras ætates minus multo. Quisquis ergo hac ætate non est, quam dico malo hoc morbi corripit, minusq; signorum, quæ mala esse scripsi, habet, tutissime hic deget, disponeturq;. Tantisper uero morbus hic curationis eget, donec rata potus ratione, portioneq; meiat, & corpus cibus intransibus augeatur, malisq; coloribus liberetur. Cætera uero fluctiones, quæ sine febre sunt, & non longæ, lenes sunt. nam inedia remorata sedantur, uel sua sponte cessant. Quare cum uentrem tetigeris, nullus motus inerit, crepitusq; & flatus in excrementi sine prodierit. fluxum hunc exitum cessaturum prædicit. Hæc Hippocrates in libro Prædictionum, quem tamen librum Hippocratis esse negant. & re uera colores illi (dempto pallore) in lienteria non fiunt. Galenus in Definitionum libro sibi adscripto, lienteriam malum esse dicit, quod intestinorum tormina plerunq; sequitur cum multis cicatricibus ab exulceratione factis; hisque inducto leuore non retinent cibos intestina, sed antequam à uentriculo coquantur, celerime excreta dilabuntur, simplicia, non cocta, & qualia paulo ante sumpta fuerunt, sed hoc est mortis indicium. Paulus uero Aegineta libro tertio, capite quadragesimo duplicem intestinorum leuitatem ponit, alteram à Galeno iam dictam, quæ ex intestinorum exulcerationibus & cicatricibus oritur, eque dem est lienteria, quæ ad dysenteriam plerunq; sequitur, aut ex alijs destillationibus, sed hæc in aphorismo intelligenda non est: Alteram uero dicit ex infirmitate, languoreq; uirium, quæ alimenta in stomacho distinent, prouenire. & hanc cum coeliaci confundi arbitratur, in qua utique languente & imbecilla stomachi uirtute cibi neque coquantur, neque perferuntur, concoctiue distrahuntur, sed molles, crudi, perliquidi, imperfectiq; euadunt, continuo fluxu tentata aluo. Sed in intestinorum leuore celerius, quam in coeliaci, quæ assumpta sunt alimenta deiciuntur, tanquam graui cruditate, ut assumpti quoque nutrimenti genus liquido inde cognoscatur. & his quidem coeliaci distinguuntur. Aetius libro nono, capite quinquagesimo primo de lienteria tractans, inquit. lienteria, quemadmodum ipsum nomen indicat, leuor quispiam intestinorum est, qualis etiam forinsecus in corporis cuticula, ex cicatrice contingere solet. Oboritur autem frequenter, dysenteria magna præcedente, & ex profunda ulceratione, cicatrice densa & leui succedente, quæ deinde ob densitatem quidem suam, ciborum per corpus digestionem fieri non permittit quum sanè uenarum ora sint ueluti obturata: uenarum inquam, quæ alimentum ex intestinis ad se auellunt, ob leuorem uero statim cibum priusquam permutationem & perfectam coctionem admittat, dilabi sinit. Cæterum lienteria ipsa proprie ex permutantis cibos ac digerentis facultatis debilitate contingit: cuius signum est, quod cibi crudi, & nihil immutati excernuntur. quæ ratio & ex hoc amplius corroboratur, quod non solum à dysenteria hæc affectio oboritur, sed & post frequentia uolulosa tormina, & post longum profluuium uentris, aliquando etiam aqua intercutem per uentrem euacuat, lienteria consequi solet, ex quacunque igitur causa lienteria orta sit, ægri cibum non sentiunt, & malum corporis habitum acquirunt, quod utrunque malum incorrigibile existit. succedit enim ægris assidua excretio cruda, colore subalbida, inæqualis, & aquosissima, citra sanguinis & bilis complexum. Adest autem simul & ardor per tota præcordia se dilatans, quem cibi fastidium concomitatur. Hac tenus Aetius. Celsus quoque capite sextodecimo quarti libri: ex torminibus, idest, dysenteria (inquit) intestinorum leuitas oritur, quæ continere nihil possunt, & quicquid assumptum est, imperfectum protinus reddunt. Id interdum ægros trahit, interdum præcipitat.

In hoc

In hoc aphorismo de leuitate à pituita facta, quæ in intestinis fit, potissimum sermo habetur. nam per inferiora purgari debet, & præsertim tempore hyemis. quamuis Philotheus uelit de illa intelligendum esse, quæ uentris ulcus consequitur. eius uerba hæc sunt, quibus lienterix causas enumerat, *γίνετ' ἢ, δι' ἀρρώστων ἐκ κατεκλιπῆς διαίτης, καὶ δι' ἐλασσιῦ ὑπὸ πολὺ ἐργασρὸς, καὶ δι' ἀφλόγμα ψυχρὸν ἐν τοῖς ἐντέροις ἐμπειπασμένου, πῶς ἐν δούτερας ἐν λειψυρίας λογ(ε) ἰπποκράτης*. idest, fit autem ob debilitatem contentiue potentiæ, & ob diurnum uentris ulcus, & ob frigidam pituitam in intestinis adixam. De secunda igitur intestinorum leuitate sermo Hippocrati est. Si uero causam quæras, à quo humore fiat hæc lienteria, statim idem Philotheus ita respondet, *γίνεται γὰρ αὐτῆ ὑπὸ χυμῶ δριμύως, καὶ λεπῶ, ἢ πρὸς καὶ φαρμακείας ἐν αὐτῷ δέεται διὰ τὸν χυμὸν τὸν πλεονάζοντα, ἀλλ' οὐκ ἐν χειμῶνι, πότε γὰρ ὁ φλεγμαλικὸς χυμὸς πλεονάζει*. idest, fit enim ipsa ab humore acris, & tenui, quæ ob humorem abundantem medicamento per superius indiget, sed non in hyeme; tunc enim pituitosus humor abundat.

Χειμῶν ὁ αὐτὸς φαρμακείων, καὶ χυμῶν. idest, Hyeme supra purgari, malum.] Malum autem est quocumq; tempore, etiam si æstas sit, quando lienteriam ex pituita factam intellexerimus, quæ in intestinis uagetur. nam si in uentriculo esset, etiã si pituita sit, & hyems (intelligo autem in uentriculi cavitatem) per superiora purgari debet. At si Philothei more lienteriam ex acuto humore, & tenui, idest bilioso factam intelligamus, in æstate per superiora purgari posset, non autem in hyeme, nisi in intestinorum cavitatem sita fuerit. si uero quæras an intestinorum, an uentriculi passio sit hæc lienteria, Philotheus respondet, *ἀνεκτὸν ἐν ἐντέροις λαμβάνεται, ὁ μόνον ἐν ἐντέροις δὲ παύσεται*. idest, & si ex intestinis apprehenditur, non solum intestinorum passio est, sed & ipsius uentris.

GALENVS

QUANDO celeriter ea que comeduntur deiciuntur, hanc passionem leuitatem in intestinorum nominant. Fit igitur ex potentiæ contentiue debilitate. Consequitur autem ad omnium quæ ad aluum pertinent instrumentorum intemperaturas, hoc est ipsius uentriculi, in quem cibos deuoramus, & eorum quæ ex hoc suscipiunt, atq; transmittuntur intestinorum. Fit autem quandoq; & leuitas intestinorum ex aliqua summas partes occupante exulceratione, simili illis quæ in ore fiunt, quas græci aphthas nominant. Intemperantiæ igitur nonnunquã fiunt habituales (sic uero nominant illas quæ ipso corporum habitu læso fiunt) & quandoq; propter frigidam pituitam, qualis est acida maxime. Earum autem que in summa parte hærent exulcerationum, causa est humor acris, & tenuis. Hic igitur & si per superiora purgari debet, quoniam huiuscemodi humores magis fluitare soleant, quam ad inferiora secedere, non tamen hoc hyeme faciendum est, sicuti etiam superius est dictum. Alter uero pituitosus, quando adhæserit intestinis, nunquam est per superiora purgandus, hoc est per uomitoriam medicinam. Sola enim euomi natura apta sunt quæ in uentriculo continentur. Eorum uero quæ continentur in intestinis, nihil potest per uomitoriam euacuari.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus intestinorum leuitatem describere uidetur, inquit tunc esse, quum illa quæ comeduntur, non immutata, uel parum immutata deiciuntur. sed alicui uidebitur, si quis uentriculum ad citam digestionem aptissimum haberet, & ad superflua expellendū, quod is celeriter, ea quæ comederet, deiceret, præsertim si illa insumantur cito coquantur & nutriunt. nam eorum quæ cito nutriunt, ueloces quoq; secessus fiunt. hic ergo celeriter ac cito deiciet, quæ insumet, & tamen lienteriam nō habebit. propter hoc Galeni uerba consideranda sunt. nempe in Leonicieni interpretatione, quatuor uerba defunt, quæ in Græco Galeni contextu insunt, ita enim græce dicit *ὅταν ἐν τάχει τῶν ἐπιπονήων ἢ διαχύσεως γίνετ' αὐτῶν οἷα κακὰ πύθνη, λειψυρίας ὀνομάζουσι τὸ νόσημα* siue *πύθνη*. idest, quãdo celeriter ea quæ comeduntur, deiciuntur talia, qualia deglutita sunt, hanc passionem leuitatem intestinorum nominant. ex quibus uerbis perfecta leuitatis intestinorum circumscripção habetur, quæ in Leonicieni interpretatione non habebatur. mihiq; potius placet nos legere τὸ πάθος, idest, passionē, quam τὸ νόσημα, idest, morbum, quoniam lienteria passio est, & symptoma, non autem morbus: prouenit uero à morbo, idest mala qualitate ut statim cognoscemus.

Secundo

SECVNDO Galenus leuitatis intestinorum causas reddit. scito autem quandoq; ex cibi & potus natura provenire posse, & de hac leuitate hic sermo non fit: quandoq; fit ex potentia contentiue debilitate, & expultricis fortitudine; quandoq; ad omniū instrumentorum ad aluum pertinentiū intemperaturas sequitur. si uero petas quæ sint hæc instrumenta, dicit esse uentriculum, in quem cibi, quos comedimus, tendunt, & intestina, ad quæ uentriculus transmittit. Id uero quod hoc facit, est frigida & humida intemperatura. Quãdoq; leuitas intestinorū ex aliqua exulceratione fit, quæ summam partem occupauerit, quam Græci autores dicunt ex dysenteria fieri lienteriam, simileq; est illis exulcerationibus, quæ in ore fiunt, & aphthæ uocantur.

TERTIO prædictas causas ad rem ipsam applicat. una causa est in summa parte exulceratio, quæ (ut etiam Philotheus dicebat) fieri nō potest, nisi ab humore acri & tenui. hic uero humor per superiora quidem purgari debet, sed non hyemis tēpore. Ideo is qui intestinorum leuitate laborat, in hoc casu per superiora purgandus non est. si uero ab intemperatura fiat, quæ uel sit facta habitualis uentriculo, uel intestinis, uel à pituita acida fiat, quæ frigidissima est, si ad intemperaturam quæ frigida sit consequatur, cum ab ea frigidi humores generentur, per superiora nunquam purgandus erit, præsertim si hi humores intestina occupabunt, & hyems uigeat. At si fuerint pituitosi humores, qui intestinis inhæreant, nunquam est per superiora purgandus, idest nunquam uehementi medicamento euomere faciente purgandus erit. & summa ratio cur per superiora purgari non debeat, est, quia sola illa euomi apta nata sunt, quæ in uentriculo continentur, sed illa quæ in intestinis continentur, per uomitum purgari non possunt. Vnde hæc sit cōmunis, & quæ non fallit regula, si intestinorum leuitas à pituita fiat, quæ intestina occupauerit, per superiora is qui patitur nunquam purgandus est præsertim hyeme. Si uero in uentriculi cauitate contineretur, posset & deberet per superiora purgari, æque si bilis intestina occupauerit, per inferiora purgato. si in uentriculo, per superiora quocunq; tempore. Nam & si regulas superius habuerimus, hyeme per inferiora, & æstate per superiora purgandum esse, eæ regulæ intelligendæ sunt, quoties nullæ aliæ conditiones impediunt. unde id semper uerū est, pituita ut pituita per inferius semper purganda, & hyeme ut hyems est, per inferius continuo purgandum: & e contrario bilis ut bilis, semper per superiora purgari debet, & æstate ut æstas est semper per superiora purgandum. sed hæc regulæ nonnullis conditionibus aduenientibus transmutantur. nam pituita si in uentriculi cauitate extiterit, etiam hi hyems sit, per superiora purgari debet: & cum bilis in intestinis fuerit, potius per inferiora duci debet, quàm magno incommodo & periculoso per superiora educere tentare.

Quod legitur, earum autem quæ in summa parte hærent exulcerationum, nos potius in superficie interpretaremur, ut aliàs fecimus, quàm in summa parte. quamuis idem sensus sit, est autem Græce *ἢ δὲ ὑπὸ πολλῆς*.

APHORISMVS XIII

AD helleboros qui non facile supra purgantur, eorum corpora ante potiorum pluri cibo, atq; quiete humectanda sunt.

BRASAVOLVS

ANTIQUI frequentius per superiora purgabant, idest uehementiori medicamento materias educebant: quo euacuationis genere raro nos utimur. Inter illos autem qui per superiora purgatione indigent, aliqui facile purgantur, alij difficulter. Qui facile purgantur, aut helleboro, aut alia simili re purgandi sunt. Qui uero difficulter purgantur, non sunt temere sine medio purgandi, sed eorum corpora præhumectare debemus, quod duobus modis expedire debemus. primo corpus in quiete detinentes, secundo plurimum cibi tribuentes.

Hic Aphorismus ex principio epistolæ Hippocratis de ueratri purgatione, siue helleborismo ad Democritum, statim sumitur. eius uerba hæc sunt: qui non facile supra pur-

gantur

gantur, ante potionem corpora multo cibo, quieteq; madefaciāt. Celsus libro secundo capite decimotertio de helleboro præfertim albo loquens inquit, quisquis daturus erit, id agere ante debet, ut accepturi corpus humidius sit.

ἡρόδος ἐν ἐλεβοροσ. idest, Ad helleboros. Aliqui sunt qui ita scribunt ἐλεβορος, idest eleboros sine aspiratione, & cū unico λᾶμβδᾶ, & ita in multis antiquioribus contextibus legitur. Horatius per duplex l. scribere uidetur inueniens,

Expulit helleboro morbum bilemque meraco,

Certum est apud multos Græcos sine aspiratione scribi, quamuis Apuleius & alij cum aspiratione scriptum reliquerint. sed hoc nihil refert, modo rem ipsam cognoscamus. Duo sunt hellebori genera, album & nigrum, nunc in multis hortis Ferrariæ utrunque genus uidet. Antiquitus & album, & nigrum propinabant. Recentes & à trecentis annis citra, nigrum exhibent, album propinare non audent. Nos autem antiquiores imitati utrunque cum expedit, præbemus. Nigrum (ut inquit Paulus, & Aetius, & hoc loco Oribasilus) per inferna magis ducit, album per superna: utrunque tamen & per inferiores & per superiores partes educit: sed nigro pars inferna, albo pars superna magis propria est. Nigrum sine discrimine quotidie præbemus, & optime euacuat, quandoque ad drachmam usque peruenientes. Datur autem (ut inquit Celsus capite duodecimo secundi libri) aut atra bile uexatis, aut cum tristitia insanientibus, aut his quorum nerui parte aliqua resoluti sunt. etiam datur si caput graue est, si oculi caligant, si morbus maioris intestini est (quod Græci κᾶλος nominant) si in imo uentre, aut in coxa dolores sunt, si in stomachum quædam biliosa concurrunt, uel etiam pituita. & alia multa sibi à Celso dicuntur, quæ longius à Theophrasto libro nono De plantarum historia, & Dioscoride libro quarto, à Plinio libro uigesimo quinto, capite quinto, & denique à Galeno, Paulo, & Aetio repetuntur: appellantque hoc nigrum, ueratrum melampodi um, à Melampo, qui ad Clitorium Arcadiæ ciuitatem apud fontem, furorem filiarum Proeti sacrificijs curauit, unde & prætion nuncupatum est. Nos nigrum ueratrum absque aliqua preparatione præbemus, & optime soluit, quamuis Aetius libro trigesimo capite uigesimo septimo præparare uideatur. Nos ut plurimum in catapotia reducimus. nam si potu bibatur, uomitum potius iritat. Magnus calor, & magnus æstus euitari debent, in alijs temporibus eo tute utaris, quia multum proficere deprehendes, & eos optime iuuare, quibus conuenit. Nonnunquam & album præbere ausi sumus in his ægritudinibus quæ à Celso decimotertio capite secundi libri ponuntur, scilicet ubi longi, ualentisque morbi sine febre sunt, ut comitialis, aut insaniam, id (inquit) neque hyeme, neque æstate recte datur, optime uere, tolerabiliter autumno. quandoque huius scrupulum dedimus sine preparatione uel corporis, uel ueratri, & duos scrupulos corpore solum præparato. nam multis modis eius uis corrigitur. Ne uero quicquam uel utile, si non necessarium, intactum prætermittam, scire oportet, album helleborum pasta præparari, in qua imponitur, & torrefit, ut de scamonio fieri consuevit, quando diagridium uocatum parant. Quandoque præbui ita torrefactum, & expertus sum, sine ullo discrimine per superiora & per inferiora purgare. hunc uero parandi modum ex Dioscoride colligere potes, qui libro quarto de albo ueratro tractans inquit: panem etiam compingitur, & torretur. Sed quandoque hunc panem dedimus, in quo helleborus incoctus est, & non ipsum helleborum, qui panis absque ullo discrimine egregie purgauit, & quale purgare oportebat. Neque istud absque ratione experti sumus: immo à Galeno accepimus libro primo De alimentorum facultatibus, qui in sine prohemij de scammonij preparatione loquens dicit, excauata interiore parte cotonei scammonium imponi, & affari. postea iubet pomum ipsum mandi, & non scammonium. Ita nos in hellebori preparatione panem dedimus, & non helleborum. Quandoque etiam curauit, ut cotoneo malo corrigere tur, quia ita correctus mire profuit. Idemque cotoneum ipsum operabatur. Hic est unus helleborum album præparandi modus. Alter est modus, si per octo dies aceto maceretur, tunc tenellus efficitur, deinde in umbra exiccatur, postea ut lubet uti poteris, mireque proficiet. Germanus quidam helleborum in aquam ardentem, quam uitaæ aquam uocant, imponit, deinde aquam urit, qua uita helleborum præbet. Itaque colocynthida parat; quæ illis quibus conueniunt mire proficiunt propinata. Quandoque helleborus
albus

albus raphano infigitur, & per tres dies dimittitur, deinde raphanus ipse, idest radice
 la comeditur, uel (ut Galenus docet in libro, Quibus medicamentis purgare conueni-
 at) hic raphanus per integrum diem & noctem in oxymelle perficit, deinde oxymel bi-
 batur. Possit autem secundum alias varias formas sumi, de quibus sumendi formis Ae-
 tii libro tertio, capite 124. usq; ad caput 136. diffusissime pertractauit, & ipse hanc
 Galeni preparationem in raphano hoc modo facit, nam subtiliores hellebori radices,
 in raphanum canna perforatum imponit, deinde illas extrahit, & raphanum in oxy-
 mel ponit. sed Galenus helleborum non extrahit, dum oxymel ingredi debet, ut in li-
 bro, Quibus medicamentis oporteat purgare, inspicere licet. Paulus autem Aegineta li-
 bro septimo capite decimo, ubi de optimo modo preparandi helleborum tractat, in
 partes minutissimas ad sesami formam incidit, non tamen reducit in puluerem: deinde
 in succo ptisanæ, aut halicæ drachmam, uel duas hellebori drachmas elixat, & potui
 dat, & ideo apud Paulum alia preparatio esse non uidetur, quam cum succo ptisanæ
 uel halicæ præbere. Docetq; eodem loco Paulus modum preparandi raphanos ex hel-
 leboro. Sed alia est hellebori preparatio ratione corporis recipientis, & non ratione
 ipsius hellebori. Quia si quispiam ad uomitum inafflictus sit, Galenus in libro Quibus
 medicamentis oporteat purgare inscripto, iubet nos hunc affluere debere, ut ad hel-
 leborum præparetur. Affluet autem, si alia uomitoria faciliora quam helleborus sit,
 accipiat: uel si ipsum helleborum in raphano & oxymelle prius seruatim desumat. sunt
 uero helleboro leuiora, raphani, idest radiculae succus, agarici decoctio, aut aqua, in qua
 fuerit, licet non sit facta decoctio. hac autem preparatione facta, corpus prius nutrirî
 debet, ut in hoc Aphorismo dicitur, & debet in quiete detineri. Hæc sunt prepara-
 tionem quo ad corpus eorum qui helleborum suture sunt. Dicitur est ab Hippocrate,
 ad helleboros, puto hanc particulam esse tanquam huius aphorismi, & plurimum sequen-
 tium, qui de helleboro loquuntur, inscriptionem, & quod in helleboro dicit, in omni alio
 medicamento intelligi potest, quod uim uenenosam, ut helleborus habet, & per su-
 periora purgat: quamuis Philotheus uelit hic proprie de helleboro tractari, & non de
 alio medicamento. Philothei uerba hæc sunt, φαίνεται δὲ τὸ τῷ ἡλιεβορῶ ὄνομα, ποτὲ μὲν
 τοῖς ἀπὸ τοῦ πατρὸς κεντρῶσιον, ποτὲ δὲ ἰδίως, καὶ τοῖς μὲν, ὡς τὸ, ἡλιεβορῶ ἀπὸ κινδύου τοῖς
 πᾶσι σάρκασι ὑγιᾶσι ἔχουσι. ἰδίως δὲ ὡς ἐν ταῦτα. ποτὲ γὰρ τὸ κυρίως ἡλιεβορον, ποτὲ τὸ φη-
 τῶ, καὶ ὁ λόγος τοῦ ἐπιποκράτει, idest: uidetur autem nomen hellebori quandoq; quidem
 communiter ad omne medicamentum purgans, quandoq; autem proprie sumitur. &
 communiter quidem, sicut illud, helleborus fanas carnes habentibus periculosus, pro-
 prie autem, sicuti hic, de helleboro enim proprie, idest planta ipsa nunc sermo Hippo-
 crati est. Prosequitur deinde Philotheus, ὅτι δὲ διπλῶς, ὁ μὲν λευκός, ὁ δὲ μέλας, καὶ ἀμφὶ
 τοῦ πάλιν, καὶ γλιχρῶν, καὶ φλεγματικῶν ποδῶν ἡμάτων εἰσὶ κεντρῶσιον, idest iste autem
 duplex, hic quidem albus, hic autem niger: & utriq; crassarum, glutinosarum, & pituito-
 sarum superfluitatum purgatiui sunt. Quod si quæras per quam uiam id faciant, statim
 respondet, καὶ ὁ μὲν λευκὸς καθαίρει ἀνω, ὁ δὲ μέλας, κάτω, idest & albus quidem per superi-
 us purgat, niger autem per inferius.

Τοῖς μὴ ἐπιδίως ἀνω καθαίρουμένοισι, idest Qui non facile supra purgantur.] Aetius qui-
 bus causis quispiam non facile supra purgatur, edocet. Scito autem aliquos esse, qui
 non solum non facile supra purgantur, sed etiam non debent, quamuis ratione hu-
 morum indigerent. ut illi sunt qui oblongum collum habent, pectus angustum, &
 de quibus ambigitur ne in pectore uena frangatur, qui phthisici sunt & ethici. At hic
 Hippocrates eos intelligit non facile supra purgari, qui uomitum difficilem habent, &
 qui siccam & calidam complexionem nacti sunt, quod hoc intellexerit Hippocrates, id
 testimonium est, quia iubet ut humectentur, nam si id non fieret, facile possent febrem
 incidere, aut ex inanitione conuulsionem, aut extremam siccitatem, præsertim quia de
 albo helleboro Hippocrates intelligere uidetur. Quod & Philotheus censuit dicens,
 ἐν ταῦτα οὐκ ἐπιδίως ἀνω καθαίρει ἀνω, ὁ δὲ μέλας, κάτω, καὶ γλιχρῶν ποδῶν ἡμάτων εἰσὶ κεντρῶσιον,
 ποτὲ τῶν μὴ ἐπιδίως ἐμῶσι, idest hic igitur de albo dicit, quod manifestum est ex eius ser-
 mone, his qui non facile supra purgantur, hoc est, qui non facile uomunt.

περὶ τοῦ πᾶσι τοῦ ὑγιαίνειν πρὸ σώματι, idest ante potionem præhumectanda sunt eo-

rum corpora.] Quod iudicium est, id esse uerum quod superius à nobis dictum est, Hippocratem in temperatura calida & sicca potissimum intelligendum esse. Cur autem hoc fiat uidetur Philotheus edocere, inquit, *πῶς τὸ θερμὸς ἡμεῖς τὸ χυμὸς τῆς ὑγρῶσας ἦν ὑπὸ τῆσδεῖων πῶς ὑγρῶσας τροφῆς, κακῶν τὸ βῆσιν ἡμεῖς τὴν καὶ παρῶν, πῶς μὴ δύσκολως καθάρομαι.* idest, ut humores bene fluibiles fiant ex humiditate rerum uictui accommodatarum ad humidum nutrimentum, & ex hoc facilem fieri purgationem ijs qui non facile purgantur, quomodo autem corpus humectari debeat, Hippocrates per duo instrumenta fieri docet, quæ statim sequuntur, scilicet,

πλείονι τροφῆς, καὶ ἀναπαύσει. idest, Pluri cibo, atq; quiete.] Galenus in libro Quibus medicamentis oportet purgare, idem præcise dicit, immo hunc Aphorismum citat. Celsus, Paulus, & Aetius, locis superius adductis iidem uolunt corpus humidum esse debere, & hoc fieri cibis atq; quiete. immo Galenus in præcitato libro docet, non esse sumendum cibum in magna copia, sed potius conueniente, inquit enim: at cibus quamuis longe ingestus non omnis humectat, sed is qui uehementes qualitates non habet, hoc est nec falsedinem, nec acrimoniam, nec amarum, nec acerbum sit. Si quis autem cupiat scire quale sit hoc, est uitulina caro, oua recentia, caro hædina, & maximè caro agnina. Idem sentit Philotheus inquit, *τὸ γὰρ πολλὴ τροφῆς ἔπὸς τὴν ληψίον, ἀλλὰ πῶς ὅτι πῶς ὅτι ἔλεβορος φασκῆσθεῖς ὄσι, καὶ δὴ βίον ἐργάζεται, καὶ παρῶν ὑποφῶν καὶ ἰσθμῶν λεπτά. εἰ δὲ πῶς ὑγρῶσας τὰ νόσθα, καὶ οἱ σιῶδεσμοι, καὶ τὰ ἄλλα μόρια τῆς ὑγρῶσας καὶ ἀναπαύσει, ἔβῆσιν εἰς παρῶν ὄσθα, καὶ εἰς τὰ ἄλλα χαλεπά.* idest, Hoc autem quod dixit, multo nutrimento, non quantitate intelligendum est, sed qualitate. Quoniam helleborus laboriosus est, & morsum excitat, & spasmus inducit, & alias difficultates. Si autem præhumectati sint nerui, & ligamenta, & aliæ partes, humido cibo, & quiete, non facile in spasmus uenient, & in alia molesta. Si uero dubites, corpore cibus humectato, obstructions induci, & consequenter ad euacuationem ineptius reddi. Respondemus, hanc humectationem talem non esse, ut illud agere possit: uel & si id agere possit, diu tamen in ipsa non immoramur, sed statim helleboro purgamus, cum tantam humiditatem contractam habuerimus, quod helleborus amplius lædere non possit. Nam quia helleborus in tertio ordine calidus est, radicalem membrorum humiditatem dissoluere aptus est, & præsertim neruorum & neruosarum partium, & cerebri: quod non solum facit exiccando, sed & humiditates horum membrorum naturales ad se trahendo. Quod Hippocrates considerans, ac si eius uim refrangere uoluerit, corpus humectare iubet. Quo etiam humectato, facilius euomimus, quoniam ob humiditatem partes quodammodo relaxatæ sunt, & humores ipsi ex humiditate naturam quandam lubricam acquisiuerunt, ut facilius exeant. Minus etiam obesse potest neruosis partibus si humidiores effectæ sint solito. Quod si quasi ueris an dari oporteat pleno, an uacuo uentriculo, Respondemus, quanto citius è corpore expelli potest, tanto melius esse, ne oblit neruosis partibus, & uentriculo, qui nerueam naturam habet. propterea cum cibo dandus ut facilius exeat. & ideo præcitato loco Galenus cum oxymelle tribuit, & ita Paulus, & Aetius faciunt. quamuis Aetius multos exhibendi modos prosequatur. Scito tamen si à remotis partibus tractione indigeris, ipsum sine cibo dare, nihil impediat, aliter à remotis partibus non ita. Cum uero à propinquis partibus ducere cupis, aut cum re quæ naturam cibi habeat præbe, aut post cibum, aut in tali hora, in qua uentriculus uacuus non sit. Quod autem de helleboro dicitur, idem in omni alio medicamento eiusdem naturæ intelligo.

Aliud instrumentum humectandi corpus præter cibum, est quies. nam Galenus in libro Quibus medicamentis purgare oporteat, ita dicit: ac quietem quidem istud facere nemini dubium esse potest (scilicet corpus humectare) quando ut exercitatio membra exiccet, ita quies cum uacatio quædam, & exercitio contraria sit, humores conseruet, unde ob quietem illi humores permanent, qui postea per motum exiccarentur. Hac autem quiete, cum cibis ex melle & milij farina confectis suos anseres Hebræi impingunt, oculos eis consuetes ut in maiori quiete sint.

Si uero dubites, An cito corpus præparetur, an pluribus diebus indigeamus, Philotheus ita respondere uidetur, *διὰ δὲ γινώσκειν, ὅτι πῶς ἔστι πῶς τὸ ἔλεβορος, καὶ πῶς ἔστι χαλεπῶν.*

ἡραίνε δὲ, καὶ ἀπὸ τῆς ἀντιθέσεως τὸν μέλλοντα εἰληφῆναι ἰκανὰς ἡμέρας, idest, scire autem oportet, ante hellebori potum, cum qui sumpturus est, præhumectari oportere, & in quiete seruari per decentes dies. At quot sint hi dies nullus certe prædicere potest: sed id in prudentis medici pectore latet, qui cognoscit iam satis humectum esse corpus, ad fumentum helleborum.

GALENVS

PRIVS oportet tentare eum qui helleborum sumpturus sit, quomodo se habeat ad superiores purgationes, hoc est ad eas quæ fiunt per uomitiones. Fiat autem periculum per medicamenta uomitoria, quæcunque sunt mediocria. Si igitur de facili non purgari uideatur, non oportet huiuscemodî hominem ad helleborum ducere, antequam præparetur. Hoc autem fiet si per continuos uomitus adsuescat is qui est sumpturus helleborum ad prompte uomendum, uerum hoc, ut paruum aliquod, atq; omnibus notum, Hippocrates prætermisit. Melius autem fieret prius humectando corpora. Præhumectantur autem plurimo alimento atq; quiete. Et de quiete quidem clarum est. Sicuti enim exercitia sunt apta natura exiccare, sic & quies (quod otium est, & ab exercitatione uacatio) seruat humiditatem. Cibus uero non simpliciter plenior est aptus natura humectare, sed quicunq; nullam habet fortem qualitatem, hoc est neq; acerbam, neq; a crem, neq; salfam, neq; amaram. Forte autem neq; simpliciter cibus hic qui talis est appellandus. Sed hoc totum, cibus medicinalis, sicuti illi qui est cibus simpliciter, soli hoc inest ex omnibus, ut ex sua natura non autem ex accidenti solidas partibus animalis humectet, hoc ipsum non per se, sed ex accidenti faciente quiete. Quia enim eam quæ provenit ex cibo humiditatem non exiccat, idcirco dicitur humectare. Aqua uero neq; pota, neq; extrinsecus occursans, natura apta est solidas animalis partes humectare. De talibus autem perfectiorem possit quispiam habere doctrinam legendo librum nostrum de potentijs naturalibus, & librum De tabe.

BRASAVOLVS

NIHL ferè in hoc commeto inuenire poteris, quin ab eodem Galeno in libro Quibus medicamentis oporteat purgare inscripto, repetatur. Primo docet in eo qui per uomitum purgari debet, experiundum esse, an uomitum facile ferat, necne. supponit Galenus nos nullum hominẽ per uomitum purgare debere, quem antea nõ purgaueramus.

SECVNDO docet, hoc experimentum per uomitoria medicamenta fieri debere, sed tamen talia sint, quæ uim medicamentosam habeant. Si uideas quod facile non purgetur, sed ex uomitu crucietur, huic helleborum, priusquam ipsum præparaueris, ne exhibeto. ea uero quæ uomitum proritant, illa sunt, quæ statim describemus: radix iridis, folia lauri in potu sumpta, omatarichos ex mero sumpta: est uero omatarichos, quam nos Thuninam uocamus. fasilus uomitum præstat, raphanus etiam, & radix peponis arida cum aqua mulsa, radix aphodeli commanducata, bulbus uomitorius, capparis apulus, ex origano, cepe, & semine Rhu egregium fit uomitorium, semen anagryris, Betonica radix ex aqua mulsa, semen papaueris aphrodes cum aqua mulsa: mandragoræ succus cum mulsa, hellebori loco dari potest, semen Daphnoidis, idest laureolæ, aliqui uocant Mezereon: elaterium, succus radicis silybi ex aqua mulsa, Balanus myrepfica, quam nos Been uocamus, radix narcissi cocta, & commanducata, melicratum ex oleo, Aes ustum ex aqua mulsa, Chryscolla, quæ uulgo Borafo nuncupatur, Rubrica lemnia, sed omnia uenenosa sumpta euomere facit. Hæc sunt omnia antiqua uomitoria, quibus antiqui utebantur, addito utroque helleboro. Tu uero si experiri cupis, an quis facile uomat, à melicrato ex oleo incipe, deinde ad raphanum tendas, postea ad uomitorium bulbum, quem nos uulgo scalogna appellamus, una est eius species, post hæc ad helleborum in raphano, idest radricula ex oxymelle in pauca quantitate deuenies. si difficulter ferat, facto semel aut bis in prædictis periculo, corpus prius preparato antequam helleborum præbeamus.

TERTIO docet, quomodo is uir qui helleborum sumpturus est accingere se debeat: primo uomitui adsuescat, quod ab Hippocrate hic non dicitur, quia notissimum erat: sed dixit solum, humectanda esse corpora pluri alimento, & quiete, ut humectandi modos edoceat,

Quod legitur, humectantur autem plurimo alimento, legi debet pluri alimento, quia Græce est *περὶ ὑγραίνεται δὲ πλείονι τροφῇ.*

QVARTO docet, otium & quietem corporis humiditatem seruare, & hoc per comparationem ad exercitium, nempe motus, & corporis exercitium exiccāt corpora. nam labore incalcescimus, & resoluimur. cum uero contraria, aut opposita oppositos effectus habeant, propterea & quies, quæ motui opposita est humectabit. est uero quies ob hoc causa per accidens humiditatis, quia id non facit ut quies, sed solum quia calor non actitur, ut per motum facit. unde & in libro Quibus medicamentis oporteat purgare inscripto, inquit, ut exercitatio membra exiccet, ita quies cum uacatio quædam & exercitio contraria sit, humores conseruat. ideo corpus per accidens humectat, quoniam id solum facit, quia non exiccet. Tamen fieri potest ut quies etiam exiccet, uim nutritiuam & concoctricem remittendo, itaq; nihil corpori applicetur, & in marasimum aut ethnicam ducat, & quamuis Galenus dicere uideatur, quietem natura exiccare aptam esse, intelligendus non est, quod id per se agat, sed quod aptitudinem quandam habet ad illud inducendum.

Ea pars quæ dicit, Sic & quies, quod otium est, & ab exercitatione uacatio, Græce legitur *ἄπαισις ἢ ἀπαισις, ὁπὸ ὅσιν ἡσυχία τε, καὶ ἀγυμνασία.* id est sic requies (intellige quæ est exercitio opposita) quæ est quies, & ab exercitatione uacatio.

QVINTO docet, quod genus cibi ad hoc peragendum promptum sit. nam cibus plenus quilibet hoc agere non est aptus, sed is tantum qui nullam forte qualitatem habet, ut etiam in libro Quos oporteat purgare docebat, qui uidelicet nec sit acerbus, neque acris, neque salus, neque amarus, ut sunt oua, carnes, uinum, cui desint isti sapor, res, lactuca (ut inquit Oribasius) & pitana, sed Galenus dubitat, hos forte non esse dicendos simpliciter cibos, nisi addamus medicinales; & recte usus est uerbo, forte, quia re uera sunt cibi, licet medicinales nuncupari possint. At Galenus forte de cibis solum humectantibus sermonem habet, & non de illis qui solidas partes humectant. nam iste cibus & ipse humectat, & per se; immo dici potest omnem cibum in quantum nutrit humectare.

SEXTO differentiam ponere uidetur inter humiditatem quæ corpori præstatur, à cibo & à quiete. nam quæ à cibo præstatur, est humiditas per se; quæ autem à quiete, est per accidens. Solum enim est, quia humiditatem non exiccet, à cibo proueniens propterea humectare dicitur.

SEPTIMO cuidam ambiguitati occurrere uidetur, si quis dicat, cum aqua sit omnium humidissima, hominem qui helleborum sumpturus est, ea per intrinseca & per extrinseca humectare poterimus. Respondet, quod aqua neq; epota, neq; extrinsecus occupans solidas animalis partes apta est humectare, sed bene superficialiter humectat. Ideo aquæ nullum usum inuenit Auicena. Eadem ambiguitate utitur Oribasius dicens, si humectare debemus, dabimus ergo aquam quæ est frigida & humida; Respondet non, quia neruos infirmat, & medicamentum occidit potiusquàm iuuet. Quid igitur, uinum ne? Respondet non, quia inebriat & dissoluit. Nos autem & præter alia simul cum Galeno uinum propinamus, sed non in tanta copia ut inebriare possit.

Deniq; Galenus lectorem ad librum suum De potentijis naturalibus remittit, & ad librum De tabe, in quibus habes quomodo solide corporis partes nutriantur, & ad nutrimentum suum quibus indigeant.

APHORISMVS XIII

CVm biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis, ad somnos uero atq; quietem minus. Indicat autem nauigatio, turbati motione corpus.

BRASAVOLVS

CVm superius de præparatione ante hellebori sumptionem differuisset; nunc post sumptum

ptum helleborum, ut optime euacuet, & si præter modum euacuet, quid agendum sit edocemur. Hancmet introductionem Philotheus posuit inquitens, *ὁ πρὸ τοῦδε ἀφορισμοῦ πρὸ πρὸ ἀσκόνην πρὸ πρὸ τῶν μελλόντων λαμβάνειν τὸν ἐλέβορον. ὅπως δὲ μετὰ τὸ ληφθῆναι τὸν ἐλέβορον, διδάσκει τί δὲ ποιῆν ἡμᾶς.* idest, Aphorismus qui hunc præcedit, his qui sumpturi sunt helleborum, præparationem præbet; hic autem post sumptum helleborum, quid nos facere oporteat docet. Cum quis ergo helleborum sumpserit, ut uel per uomitum, uel per secessum euacuetur, scito si hunc optime euacuare uolueris, corpus mouendum esse: quia ex motu magis ducit. fit enim ex motu magna humorum turbatio. Quod an uerum sit, nauigatio ostendit. Nauigatione etenim, quæ motus quidam est, corpus & humores turbantur, & hoc præsertim quando nauigatio in mari est, in quo non sit malacia, sed uentis agitatum tumeat, qui assueti non sunt, adeo turbantur, ut uomant, & excernant. immo, & qui assueti sunt, in magno æstu maris idem plerumque agere coguntur. Si uero menti habeas helleborum amplius non ducere, somnum præcipito & quietem. Ex hoc igitur Aphorismo id boni habemus, quod in medicamentis supramodum euacuantibus ne effrenitent, & si non euacuent, quid agere oporteat ut euacuent, quid agendum sit addiscimus.

Hippocrates in epistola ad Democritum de helleborismo, hunc Aphorismum pro prima saltem parte descripsit inquitens. Cum autem ueratrum potauerint, corpora magis commoueant, nec dormiant. Quod autem agitatio & motus, corpora conturbet & moueat, nauigatio demonstrat.

Oribasius alium sensum huic Aphorismo tribuit, quàm uel à Galeno, uel ab ipso Hippocrate intelligatur. dicit enim, hoc uelle Hippocratem, si dimiserit antea dormire, quàm egeratur, malū est, quia interius exulcerat. Quod uerum non est. nam qui helleborum sumpserit aut aliud pharmacum, statim per horam dormiat, aut per duas horas, ut alleuetur, incipiatq; trahere materias quas ducere debet ad uentriculum. postea prohibendus est somnus, & potius mouendum si non ducat, uel ægre ducat, aut deside ramus quod uehementius ducat. In fine uero Aphorismi. 13. idem Oribasius huius Aphorismi sententiam ponere uidetur, quæ non est illa nūc à nobis citata. dicit enim, ubi acceperint medicamentum hoc exagitare eos iubet, idest, uoluere in terra, & releuare, & iterum reponere. Quod si forsitan delicati sunt, exhibeatur ueluti nauigatio, uero cito coquatur hoc præsidium. nam motu exagitationē facit, & celerius concoquitur. Unde qui nauigat, uomit propter exagitationem & auram maris. Hæc Oribasius, quæ re uera Hippocratis sententiam exprimere non uidentur.

ἐπὶ τῇ τῆς ἐλέβορου. idest, Cum quis ueratrum biberit. hoc dicit quia ut plurimum in potu dabant, & cum pulre, uel ptisana, uel oxymelle, tamen & Aetius in puluerem redactum præbet, & in orbiculos, sed communissimus usus est, in potu dare: et conuenit etiam, quia cum hac potione mixtus, minus obesse potest. Tuq; de utroque genere ueratri intellige, quamuis præcedens Aphorismus de albo solum intelligere uideatur. Addeq; euacuationem tam per uomitum, quàm per secessum intelligendā esse, & quod nomine hellebori omne uehemens medicamentum intelligi oporteat.

πρὸς μὲν τὰς κινήσεις τῶν σωματῶν μᾶλλον ἄγειν. idest, Ad motiones quidem corporum magis ducere. Corpus enim moueri debet, sed non statim sumpto helleboro, at postquam fuerit actiuatus: tunc enim si magis ducere uolueris, quàm ducat, moue corpus: aut si non ducit, & ducere cupias moue corpus. Moue inquam, sed non motu impetuossissimo, quoniam is desicit uires, & humores ad extrinsecas partes trahit: at motus tantus sit, quod materiam agitet, & nostri corporis uires ad expellendum iritet. Philotheus nonnullas huius rei causas assignat, una est hæc, *ἢ γὰρ κίνησις φέρει τὴν δυνάμιν ἐφ' ἡπῆρ, καὶ φλῆβας, καὶ ἀναστρέφεται πρὸς ἐγκέφαλον, καὶ θώρακα, καὶ τὰ ἄλλα μέμνα.* idest, Motus enim ad hepar & uenas potentiam fert, & conuertitur ad caput, & thoracem, & ad alias partes, & sic trahit humorem. Deinde aliam rationem reddit, quam dicit esse secundum Hippocratem, *ὅτι κίνησις τὰ σώματα παράσει, καὶ διγλῆ ἢ ναυπηλῆ, μέχρι τοῦ καὶ πρὸς ἐμπετυ ὀρμῶν, καὶ θρασυκώτρου τὸ ἐμπετυ φάρμακον ἀπεργάζεται τὴν συμμαχίαν.* idest, Quod motus corpora perturbat, etiam ostendit nauigatio, quæ usque ad uomitum impetum facit,

& medicamentum uomitorium efficacius reddit dum simul pugnant. Deinde tertiã rationem assignat, *ὅτι ἡ κίνησις χύσιν τῶν χυμῶν ποιεῖται, καὶ ὕβρυσι τοῦ τλιτικῶτα γίνονται.* idest, Quod motus fusionem humorum facit, & dilatati tunc fiunt.

πρὸς δὲ τὸς ὕπνους καὶ μὴ κινήσιαι ἵκοντο. idest, Ad somnos autem & quietes minus. Volunt recentes hanc particulam minus dupliciter intelligendam esse, primo minus, idest rarius. nempe casus aliqui sunt, in quibus corpus quietescere debet, hi uero raro contingunt, solum enim accidunt quando uires multum debiles fuerint, aut medicamentum effrenitauerit. Secundus intellectus est, minus, idest, minori tēpore, primamq; expositionem magis laudant. Quantum uero hallucinentur facile est uidere, si quis uel tantillum Græcas literas attigerit, nam *ἵκοντο*, idest, minus refertur ad *μάλλον*, idest, ad magis, magis, autem particula ducere determinat, ideo & hæc particula, minus, eandem particulam determinare debet, ut sensus sit, motus magis ducit, & somnus minus ducit, idest, minus prouocat, immo si supra modum purgetur, somnus refrangit & temperat purgationem. Causam assignat Philotheus, *ὡς δὲ καὶ τοῖς ὕπνοις καὶ τῇ ἀκινήσει, μάλλον φρεγῆσι, σὺ δὲ φροσητὴ δ'ωάμευς, καὶ πῆξι τοῦ κατὰ σπυγῶν,* idest, Quoniam in somnis & quiete naturales potentie magis operantur, & digerunt medicamentum.

Δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ναυπηλία, ὅτι κίνησις τῶ σώματ' ἀπὸ τῆς, idest, ostendit autē & nauigatio quod motus corpora perturbet,] hoc indicio utraque huius aphorismi partes Hippocrates probat, primam, quia nauigatio quæ est motus corpora perturbat, & ob aliud non perturbat, nisi quia humores commouet & sensus, ac cerebri partes. Secundam etiam probat, quia contrariarum causarum contrarij sunt effectus. Si ergo motus corpora perturbat, ut nauigatio ostendit, quies, quæ est motui opposita, non perturbabit.

GALENVS

I PSE attulit causam ob quam eorum corpora moueri præcipiat, qui assumpserunt helleborum, quies siquidem in eodem statu conseruat, motus uero transmutat, atq; alterat corpus, ut indicat nauigatio, quæ motus quidē est. Turbat autem corpora adeo, ut excitet uomitum. Cum igitur talis motus fuerit sufficiens, & solus ad uomitum corpus præparare, fit sane rationabile, ut si uomitorio medicamēto coniungatur longe maiorem habeat efficaciam. Quidam pro nauigatione nauis scribunt, ut sit sermo talis. Ostendit autem & nauis quæ uehementioribus corporis aduenit motionibus, ex motione corpus perturbari. Liqueat aut quod & hic sermo eandem uim habet cum priore.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus ex uerbis Hippocratis Aphorismi rationem reddit, nam quies in eodem statu seruat, motus ē contrario transmutat & alterat corpus, ut nauigatio ostendit, quæ adeo corpora perturbat, ut uomitum excitet. Cum ergo hic motus sufficiens sit ad uomendum præparare corpus, rationabile est, uomitorium medicamētum epotum, simul cum motu intensiorem efficaciam habere.

Sciendum hic est, Galenum dixisse, quietem in eodem statu conseruare. hoc intellige priusquam euacuatio inceperit, quia dum euacuatio fit, in eodem statu nō seruat, sed euacuationem impedit, & eam remittit.

Scito præterea, Galenum id uideri sentire, quod hic nauis motus uomitorio medicamento iungatur. Tu uero omnem motum intellige.

Notaq; hic ex Galeno, Hippocratem potissimum intelligendum esse in euacuatione per uomitum. ideo per helleborum album potius quam nigrum intelligere oportet, ut in aphorismo quinti libri docet, quamuis simpliciter, & de albo, & de nigro, & de quocunq; alio medicamento intelligi possit & debeat.

Quod legitur, Cum igitur talis motus fuerit sufficiens & solus ad uomitum corpus præparare, Græce habetur, *ὅπου οὐκ ἡ τοιαύτη κίνησις ἰκανὴ καὶ μὲν πρὸς ἀσκῶσαι τὸ σῶμα πρὸς ἐμῆσιν.* ubi uides hanc particulam fuerit, non adesse, ideo nos potius eius legendum loco diceremus sit.

Quod etiam legitur, fit sane rationabile, ut si uomitorio medicamento coniungatur longe maiorem habeat efficaciam, Græce habetur, *εἰς τὸς ἀπὸ σωμαλδοσῶν αὐτῶν ἐμῆσιν*

ματικῶν φαρμάκων σμικρῶ πινι, γυνίδια φρασι κωτῶσαν. idest, Rationaliter igitur si uomitorio medicamento quamlibet paruo quodam coniungatur, maiorem habere efficaciam. Vides si illam particulam, Paruo, illi addas, medicamento, alium sensum facere, quam si Leoniceni more legatur, nostro enim modo dicit: Si etiam parua res illi motui adiungatur, maiorem efficaciam habebit.

SECVNDO Galenus quorundam expositionem refert, qui pro navigatione nauis legebant, sed inquit, utrunque esse uerum, quia & nausea uehementioribus aduenit corporis motionibus. In Graeca lingua facilior est transitus navigationis in nauseam, quam in Latina. nam haec sunt Graeca nomina ναυπλία, ναυτία, idest, nauigatio, nausea. Disputant recentes, an epoto medicamento, dormire liceat, & conciliator in suis disferentijs hoc idem disputauit. Nos breuibus dicemus, quocumque medicamento epoto, dormire licere, quoad actuum sit. Sed quia aliquod citius, aliquod tardius in opus ducitur, propterea medico recte considerandum est, quod medicamentum praebet. Nam Manna, cassia, tamarindi facile actuantur. ideo post horum sumptionem semihora concedatur: in his autem quae tardius in opus ducuntur, hora condonetur: in tardissimis duae horae concedi possunt. Tamen experientia uidemus, multa catapotia, quae uesperi ante cibum, uel post cibum sumuntur, ab operatione sua non impediti. At si discere cupias, quid commodi a somno, inducatur, si statim post medicamentum fiat Respondemus, quod materias ad uentriculum trahit, ut deinde per suas uias facile transmittantur. Adde, quod prohibet ne mala impressio fiat, etiam in somnis in quo naturalis caloris contractio facta est, medicamentum in fumos resoluitur, & per uenas ad trahendas materias quae euacuari debent, penetrat. Preterea interim quod bonum est, a malo segregatur, & coctio quaedam quodammodo fit. Denique corporis uires simul cum medicamento, ad prauas materias per suas conuenientes uias expellendas impetuosius concurrunt.

APHORISMVS XV

Cum uolueris magis ducere helleborum, moue corpus: cum uero sistere, somnum facito, & non moueto.

BRASAVOLVS

Nos hunc Aphorismum ex praecedenti, tanquam conclusionem, quae ex ipso inferatur, emanare putamus. Nempe cum quis helleborum biberit, motus magis ducere facit, quies uero & somnus minus. Collige igitur, quando helleborum ducere uolueris, moue corpus: cum uero sistere, somnum procurato, & quiescere iubeto. Hippocrates in Epistola ad Democritum de helleborismo, hunc Aphorismum pro parte ponit in quies. Cum autem ueratrum magis agere, & purgare uolueris, corpora magis commoueto. de quiete autem nihil ponit, forte ex suo opposito id nobis intelligendum relinquens. Oribasius alium sensum huic Aphorismo praestare uidetur, quam Aphorismus ipse habet, nempe inquit, quod ordinem ostendit, ut cum institueris uomitum, moueas corpus: sed ubi concoxerit, & uoluerit dormire, dimitte. Scito enim somnum requiem esse totius corporis. ut hinc colligere liceat, quod secundam aphorismi partem ita intelligat, quod coctione facta quiescendum sit.

ἐπιλω βέλγη μάλλον ἀγειν τὸν ἐμβόρον. idest, cum uolueris magis ducere helleborum,] aut quam ducat tunc, quia iam ducere inceperit, sed egre: aut simpliciter quando ipsum uehementer ducere habebit. Quod potissimum per uomitum intellige, & de albo helleboro, sub quo omne simile medicamentum intellige. immo in omni medicamento uerum est, & in euacuatione etiam per secessum. Vnde a Philotheo dicitur, καὶ ἐστὶν ὁ λόγος ἀρμόδιος ἀπὸ παντὸς καθαρῶσις. idest, & est sermo omni purganti medicamento competens.

Κίνη τὸ σῶμα. idest, Moue corpus.] aut simili motu, qualis est nauigationis motus, aut altero.

ἐπιλω δὲ παύσαι. idest, Cū uolueris cessare,] uel quia medicamentū iam coeperit, & nimis euacuet

mis euacuet; uel quia euacuare non placet: sed frequentissime est quia supra modum euacuat, nam uehementissimum medicamentum est Helleborus, praesertim albus, de quo ut plurimum sermo fit.

ὑπνου ποίει, καὶ μὴ κίνα. idest, somnum facito, & non moueto.] Quoniam ut in precedenti Aphorismo dictum est, somnus uim fortium medicaminum lupprimit. Redditiq; rationem Philotheus, quoniam ὁ ὑπνος ἀνάπαυλων ποιεῖται τῶν ψυχικῶν καὶ ζωπικῶν δυνάμεων, καὶ τῶν ζωννυμένων, διώαται πεφθῶαι τὸ κραταλφθὲν καθαροῦ, καὶ οἱ κραταλφθῆτες χυμοί. idest, Somnus animalium & uitalium potentiarum quietem facit, & his corroboratis conceptum purgamentum, conceptiq; humores concoqui possunt.

GALENVS

PRior quidem aphorismus quomodo oporteat hominem qui helleborum sumpsit ad purgationem preparare, nos docuit, praesens uero quomodo sistere purgationem. Non est autem absque ratione, quod ea quae sistunt purgationem, sint contraria his quae uomitum cient. Si igitur motiones ciebant, sistunt quietes, & multo magis somnus, in quo motus animales ociantur, qui & per sensum fiunt, & praeterea per musculos in motibus qui fiunt ex appetitu.

BRASAVOLVS

GALENVS hunc Aphorismum ita introducit, ut in praecedenti Aphorismo docuerit quomodo hominem preparare oporteat, qui helleborum sumpturus sit ad purgationem: nunc uero docet quomodo purgatio sistenda sit. Sed re uera id non agit praecedens aphorismus, quod a Galeno dictum est, nec aphorismus praesens solum loquitur quomodo sistenda sit purgatio, propterea nos putamus alio ordine apud Galenum hos Aphorismos disponi, ut scilicet praecedens Aphorismus cum decimotertio idem sit. In hoc autem secundam partem Aphorismi solam legat, & non primam.

SECVNDO, inquit cur ea quae sistunt, his contraria sint, quae uomitum ciunt, non esse praeter rationem. & hoc uerum est, quia motus cient, ideo quietes sistunt. Sed quia inter quietes somnus est maxima omnium quietum: nam non solum motui motus otianitur, sed etiam animalis, qui per sensum fit. otianitur praeterea motus per appetitum, idest, per uoluntatem, qui motus a musculis fit. ut hinc habeas, apud Galenum motum musculorum esse per appetitum & uoluntatem.

Quod legitur, Si igitur motiones ciebunt, sistunt quietes, Graece est ὁπρ οὐ κινήσεις ποιεῖσι, αἰ ἡσυχία πάντων. idest, Quod igitur motiores faciunt, quietes sistunt.

APHORISMVS XI

Carnes sanas habentibus helleborus periculosus, facit enim conuulsionem.

BRASAVOLVS.

QUI medicamento non indigent, si eo utantur, necesse est discrimen aliquod incidere: quia nihil culpatum est, in quod uis eius exerceatur. Ideo si quis sanus sit, & inculpatus humores habeat, cui helleborum praebes, periculum incidit. nam discrimen imminet, ne conuulsionem incidat, quam facit helleborus.

Hippocrates in epistola ad Democritum de helleborismo, hunc Aphorismum ponit inquitens, Veratrum autem ijs periculosum est qui sanas carnes habent. Celsus capite sexto secundi libri, in quo de signis mortis differit, inquit, Aut qui epoto ueratro, exceptus distentione neruorum est, uidelicet hoc est mortis signum. unde si quis sano homini ueratrum dabit, nolens interficiet.

ἡμλεβορῶ ἰπκινδλωος ποίει τὰς σάρκας ὑγίας ἔχουσι. idest, Helleborus periculosus his qui carnes sanas habent.] nam eo non indigent. At quamuis carnes dicat, intelligendus est corpora, ut pars sit & conclusio Aphorismi uigesimalseptimi secundi libri, in quo ab Hippocrate dicitur, Qui corpore bene se habent, difficulter ferunt medicationes: propterea cum helleborus sit medicamen, difficulter feretur a sanis: statim uero Hippocrates quod discrimen pariat, addit,

ΣΠΑΣΜΟΝ

Σπασμὸν γὰρ ἐπιφέρει. idest, Conuulsionem enim facit,] quia eius proprium est, uehementissime euacuare, & à partibus præsertim neruosis humiditates trahere, & adeo exsiccare, ut conuulsionem ex inanitione inducat, quæ letalis est. Oribasius hic dicit Hippocratem id uituperare, quod caute offerendum iusserat; & addit, Hippocratem dicere, ueratrum carnes sanas exulcerare, quando ijs datur, quibus non cõuenit. tamen de exulceratione nullum sermonem habuit Hippocrates, quãuis & illam facere possit. Philotheus cur helleborus conuulsionem faciat, hanc causam assignat, ἔστι τὸ σφοδρὸν τῆς ὑπεργίας. πῶς γὰρ μὴ εὐέλκων ἐν τῷ σώματι τῶν σωκετικῶν ὑγρότητα διαπαντὶ κἀντὸν ἐν συμβαίνει γίνεσθαι τοῦ σπασμοῦ. idest, propter uehementiã operationis. etenim in corpore superfluum non inueniens, radicalem humiditatem consumit, & hinc spasmus fieri contingit.

GALENVS

QVOD in præcedentibus dixerat in omnibus purgationibus, hoc nunc in ea sola dicit quæ fit per helleborum, ita quod duo aphorismi possunt inuicem iungi, tali modo. Qui corpore bene se habent, difficile est medicari. Sic ergo & helleborus carnes suas habentibus periculosus, Conuulsiones enim facit. Habet namque helleborus istud præcipuum, facere conuulsionem propter operationis uehementiam.

BRASAVOLVS

GALENVS hunc Aphorismum breuibus transigit, nunc particulariter in utro scilicet helleboro id ostendens, quod in secundo libro in omnibus purgationibus per medicamenta factis edocuerat, ut ex duobus Aphorismis, scilicet trigesimo septimo secundi libri, & hoc præsentis unus Aphorismus fieri possit, in quo prima pars uniuersalis sit, secunda uero tanquam conclusio à prima dependens, hoc modo, Qui bene se habet corpore, difficulter ferunt medicationes. Ideo & helleborus his periculosus est qui bene se habent corpore, quia conuulsiones inducit.

SECUNDO docet, hoc esse præcipuum hellebori nocumentum, conuulsionem facere: & tota causa est, suæ operationis uehementia: quia omnes humiditates trahit, & siccitatem inducit. Alia uero medicamenta id proprium non habent, conuulsionem excitare, sed alias passiones prouocant, nã bonos humores euacuant, qui corpus seruabant, propterea ex aliorum medicamentorum sumptione à sano uires deficiunt. Immo & ex helleboro idem prouenit. Adde quod omne medicamentum est potetia calidum, & ueneni naturam sapiens, propterea malam quandam qualitatem corpori cõdonat. Deniq; ob humorum & spirituũ calefactionem, eorum magna resolutio contingit, & magnus ipsorum consensus ad cor & cerebrum. Itaq; totus homo commouebitur.

APHORISMVS XVII

Siquis febrem non habens, abstineat à cibo, & cordis morsum, seu uertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit, purgatione indigere per superiora significat.

BRASAVOLVS

CERTVM exploratumq; est, cum bilis in uentriculo exundet, appetitum deijcere, atque oris uentriculi mordicationes quasdam inducere, uertiginem, & oris amaritudinem facere. Cum hæc indicia se offerent, iudicabimus statim bilem superabundare, & in superioribus uentriculi partibus uigere, propterea inferemus, si in pristinam sanitatem restitui debeat, euacuatione per superiora indigere, & hoc ratione peccantis humoris, & etiam ratione loci, in quo peccat. Philotheus hoc modo Aphorismum istum introducit, ἀνωτέρω διδάσκει καθάρσεις ποιεῖν, ὅτι αὐτὸν ἢ φύσις ἔστι τὸ συμφέρον τῶν χειλέων, ὡς πρὸς ἀρρωστῶν, καὶ πόσιν ἔχει γινῶναι πρὸς ῥέπειν; πῶς διδάσκει σημαῖα. idest, Superius docet euacuationes facere quorsum natura uergit per conuenientem regionem. At si quidam dubitauerit, & unde cognoscere possum quorsum natura

natura uergat: Signa præbet, nunc scilicet in hoc Aphorismo. Galenus libro quarto De ratione uictus in morbis acutis, hunc aphorismum refert inquiring: dictum autem in aphorismis est, si non febrienti inappetentia fuerit, oris uentriculi morsus, tenebricosus uertigo, & oris amaror, id per superiora purgatione indigere significat. Additq; Galenus, Si autem os amarum est, siticulosi sunt, tamen amaricare posset ob modicam bilis pituitæ copia à capite descendente, tunc enim opus non est, quod siticulosi sint.

ἀπυρέτων ἰόντων, idest, Si quis febrem non habet.] quia si hæc in his qui febrem patiuntur, appareant, necessarium non est quod per superiora purgentur. nam quæ uomere faciunt, ut Helleborus, calidissima sunt. ideo cum adfit febris, nec multum calefcat, & illius corpus exsiccet, à tali euacuatione abstinemus. Vel dixit, non febricitantes, ut simpliciter edoceat, omnes qui conditiones illas habent, etiam si febre carent, per talem uiam purgari debere, ne quis illos solos euacuandos esse putaret, qui febrem habent, & qui actu ægrotant, & non illos qui sunt parati.

ἀποστίν. idest, Ieiunet, uel abstineat à cibo, hoc est nihil appetat, quia inappetentia ex humoribus uentriculum circa os potissimum occupantibus fit, & ideo Philotheus dicit, *ἰστέον γὰρ ὅτι ἡ χολὴ κατὰ βάλλουσα τὴν ὀρεκτικὴν δύναμιν ποιεῖ ἀπυστίαν*, idest, Sciendum autem, quod bilis potentiam appetitiuam deiciens, inappetentiam facit.

καὶ καρδιώγμος, idest, & cordis morsum,] scilicet sentiat. Est uero cor, ut Galeno placet quarto libro De symptomatum causis, os uentriculi, quod ob eius ingentem sensibilitatem ita appellatur, et quoniam inter cor, & os uentriculi maxima colligantia existit. Adde, ex oris uentriculi affectione æque fieri syncopim, sicuti ex cordis affectione. Cum uero circa uentriculum, & circa os potissimum bilis fit, illum commordicat. Possimus *καρδιώγμος* stomachi erosionem interpretari, Theodorus dolorem cordis uertit, itaque uidetur Græce Philotheus interpretari inquiring *ἔχει δὲ καρδιαγμὸν, τὰ τῆσιν ὀδύνην σωματὶσιν*, idest, habet autem cardiagmon, idest, dolorem oris uentriculi. Idemq; author de ore uentriculi dicit, *οἱ γὰρ παλαιοὶ τὸν σμάχρον καρδιαν ὠνόμαζον*, idest, Antiqui enim os uentriculi cor nominabant. Cur autem fiat hic oris uentriculi dolor, secundum Philotheum hæc est causa ab omnibus citata, *ὅτι ἡ χολὴ διακνοῖται καὶ τὸν σμάχρον τὸν καρδιαγμὸν ποιεῖ*, idest, Quoniam bilis os uentriculi mordens, in illo dolorem, aut morsum facit.

καὶ σκοπόδινος, idest, & uertiginem patitur,] aut caliginosam uertiginem habet (ut Theodorus interpretatur) intelligas factum esse ex uaporibus ad oculos ascendentibus, & caliginem quandam inducentibus: uaporibus inquam ab his humoribus eleuatis, qui in uentriculi ore sunt, nam hi obscuritatem quandam inducunt, unde & Philotheus dicit, bilem esse huius causam, quæ *πρὸς τὸν ἐγκέφαλον ἤκασται, καὶ μολύνεται τὸ φνυχρὸν πνεῦμα ποιεῖ τὴν σκοπόδινον*, idest, Quæ ad cerebrum profecta, & frigido spiritu labefactato, uertiginem facit.

καὶ σμάκρον ἐκπιρρόμενον, idest, & os amarum sentiat,] uel oris amaritudinem, quæ non nisi à bile contingere potest, ab aliqua superiori parte demissa, & in os recepta, sed hoc potissimum à uentriculo fit, quamuis & à biliosis uaporibus circa os condensatis fieri nihil impediret, nam ut Philotheus dicit, bilis *ἀνω φερομένη ὅσα τὸ ὑμέλιος τὸ ὑπελάφαντος τὸν σμάχρον καὶ τὸν φάρυγγα, ποιεῖ τὸ σμάκρον ἐκπιρρόμενον*, idest, Sursum perlata per pelliculam allinentem os uentriculi & fauces, facit os amaretere.

ἀνω φαρμακείας δεῖδται σημαίνει, idest, per superiora medicamento indigere significat] quia prædicta fieri non possunt nisi à bile, præsertim si omnia simul concurrant, & à bile inquam superiores partes, & uentriculi os occupante. Ideo per superiora purgari debet, tum ob locum, in quo est humor, tum ob humorem ipsum, qui huius generis est, ut superiora petat. Oribasius hic nostrum corpus in partem supra diaphragma, & in partem sub diaphragmate distinguit. Supra diaphragma, & uentriculum, & hepar ponit. Quod an uerum sit, tu ipse considera, forte per superdiaphragma totam illam partem intelligit, quæ etiam à mendosis costis continetur, licet non sit intra costas, & à thorace contenta. Sed ita dicatur quia illæ ultimæ & mendosæ costæ, è regione uentriculi, & iecoris sunt. Vel ita dicit ob communitatem quandam, & complicationem, quam hepar tes simul habent, simul enim connectuntur.

GALENVS

ABSTINENTIA à cibo idem significat, quod inappetentia. Cordis autem morfus, est cordis, hoc est oris uentriculi passio. Prisci liquidem & hoc cor nominabant. Vertigo autem est quando simul uidentur circumuolui, hoc est circumstantia motui, quæcumq; conspicimus, & sensus uisus repente destruitur, cum uideantur tenebræ circumfusæ. Fit autem hoc ore uentriculi à malis humoribus morfo. Nam propter neruorum magnitudinem, qui ad ipsum à cerebro ueniunt, hac parte patiente, animæ opera detrimentum patiuntur. Hi itaq; casus sunt communes humorum omnium mordacem habentium naturam. Os autem sentire amaritudinem, solius bilis, quæ ruffa, & flaua nominatur, est opus: quare recte in huiuscemodi casibus inquit Hippocrates significationem. Huiusmodi autem casus significant medico indigere hominem purgatione per superiora, hoc est per uomitiones.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet quid intelligendum sit per abstinentiam à cibo, quam sua lingua ἀσπρωτιαν uocat. Idem inquit significat, quod inappetentia, nam aliquis arbitrari posset spontinam quandam abstinentiam esse, qualem faciunt, aut facere debent religiosi. At illa non significat euacuationem per superiores partes fieri oportere.

SECUNDO docet quid intelligendū sit per cordis morsum, quem καρδιαγμοῦ Hippocrates uocabat, nempe non de corde ipse intelligendus est, sed de morsu oris uentriculi. Prisci enim os uentriculi cor nominabant. Idem dicit in quarto libro De symptomatum causis, in quo loco inquit, nullam esse partem, quæ uel adeo exacte sentiat, uel principium partium utraq; pro suarum affectionum modo proinde afficiat, atq; uentriculi osculum. Quod autē antiqui ita appellauerint, Galenus præcitato loco, & Paulus, & Aetius testantur. uocabant enim καρδιαν cor, & uentriculi osculum, & hoc uarijs in locis apud Hippocratē inuenitur, in quibus cor intelligi non debet, nec potest, quando utitur uocabulo καρδια, sed bene os uentriculi. Et Thucydides hoc ostendere uidetur in secundo libro belli Peloponnesiaci, ubi pestilentem quædam morbum describit, qui totam Græciam inuaserat, cuius notas prosequens dicit quod uomitus incurrerent: sed ne eius uerba desideres, hæc sunt: nec multo post dolor in pectus descendebat, excitabaturq; tussis: & cum ἐς τὴν καρδιαν, id est, & in stomacho hæssisset, illum subuertebat, & bilis uomitus sequebatur, quotquot à medicis suis nominibus dictæ sunt. quæ uerba si considerentur, manifeste apparet ad uentriculum referenda esse, & non ad cor. hincq; argumentum sumo, quod hoc conueniat, quia Hippocrates, qui os uentriculi καρδιαν appellat, tempore belli Peloponnesiaci scribebat, & artem exercebat. Idem testatur Gregorius Nyssenus in quarto libro qui De uiribus animæ est, capite decimo quarto, in quo de timore sermonem habet inquit: consueta enim appellatione ueteres cor, & os uentriculi uocant, sicut Hippocrates & Thucydides in pestilentia mentione scribens ita: cum in corde firmabatur euerterent illud, & omnes cholera expurgationes quotquot à medicis nominatæ sunt, sequebantur. Postea addit Gregorius: quod enim euerteretur os uentriculi erat, quod cogebatur uomere, non autem cor erat quod patiebatur, ac si & ipse Nyssenus ostendere uoluerit, in illa pestilentia à Thucydide descripta nihil aliud per καρδιαν intelligi posse quàm os uentriculi. Sed quia Hippocrates utitur uocabulo καρδιαγμοῦ, hic interpretandū est cordis morsus, tamen per cor uentriculum intelligentes. quia ut Galenus secundo libro De Hippocratis & Platonis dogmatibus docet, δμωστικὰ quædā est in καρδια nomine. tamen in sexagesimo quinto huius quarti libri aphorismo Hippocrates utitur hoc uocabulo καρδιαγμοῦ ad significandum cordis motum palpitationi similem. In hoc autem loco ita intelligi non potest.

Quod legitur, Cordis autem morsus, est cordis, hoc est oris uentriculi passio, potius legi debet oris uentriculi morsus, quàm passio. quoniam & Græce legitur, ὁ δὲ καρδιαγμοῦ, δὴ τῆς καρδιας.

TERTIO docet Galenus quid per uertiginem intelligendum sit, quam σπινθηρ Hippocrates uocat. tunc enim ita appellatur, quoniam omnia quæ conspicimus circumuolui uidentur, & repente uisus destruitur, adeo ut tenebræ circumfusæ uideantur. Istud

dd autem

autem fit, quia uentriculi os à malis humoribus mordetur. Nervosum enim est, & magni nervi ad ipsum à cerebro ueniunt: ideo cum hæc pars afficitur, necessarium est animæ opera, ut sentire ipsum, detrimentum pati. Et hæc sunt communia omnium humorum habentium mordacem naturam symptomata.

Habent Græci duo hæc nomina, *ιλιγγία*, & *σκιόπδινος*, quibus uertiginem significant: sed ut uigesimalo tertio aphorismo libri tertij edocuimus, *ιλιγγία*, uertiginem paruum significat, ex parua impressione factam. Sed *σκιόπδινος*, est magna & ingens uertigo, in qua obscuritas fit: à uerbo *σκιόπδινός*, idest obtenebroso, deducta.

Quod legitur, Vertigo autem est quando simul uidentur circumuolui, hoc est circumstantia moueri quæcunq; conspicimus, in Aldino contextu hæc particula, Hoc est circumstantia moueri: abest. Ita enim dicit, *σκιόπδινος δέ δειν ἐπεδωκέναι ἅμα σκιόπδινάδιν δεινὴν τὰ βλεπέμενα*, idest, uertigo autem est, quando simul circumuolui uidentur quæ conspicimus. Sed in antiquo contextu quem habeo, adest illa particula, Hoc est circumstantia moueri: sed est in fine huius sententiæ, & non in medio, ut Leonicenus posuit. Ita enim habet, *σκιόπδινος δέ δειν ἐπεδωκέναι ἅμα σκιόπδινάδιν δεινὴν τὰ βλεπέμενα, τὸ τὸς λινάδιν τὰ πινύξ*. idest, Vertigo autem est quando simul circumuolui uidentur, quæ conspicimus, hoc est circumcirca moueri.

Quod legitur, Et sensus uisus repente destruitur: Græce legitur, Vel sensus uisus, *ἢ τὸ δὲ τὸ ὄψιν αἰσθητικὸν ἀποκινύει*.

Quod etiam legitur, Cum uideantur tenebræ circumfusæ, adde particulam Ipsi, hoc modo: Cum uideantur ipsi tenebræ circumfusæ. Nam Græce legitur, *δουκύντων αὐτῶν σκώτῳ περιεχόμενα*.

QVARTO Galenus docet, cur dicatur oris amaritudo, quia solum bilis ruffa & flaua ea est, quæ apta est amaritudinem facere: hæc sunt quæ faciunt Hippocratem ita expositum recte dicere, quod hic indiget purgari per superiora; nam oris uentriculi morfus, bilem circa ipsum significat, quæ ob duas causas per superiora euacuari debet, tum quia bilis, tum quia in parte superiori, & in tali loco ut facile possit per uomitum eici. Inappetentia idem significat, biliosos humores in ore uentriculi abundare. Vertigo etiam in partibus supernis humores dominari significat. Amaritudo oris idē præ se fert. Ideo omnia hæc medico suadent, ut hominem talia symptomata habentē per superiora purget. Hæc sunt Galeni uerba, In nostro corpore sola bilis amara est. Addidit deinde, *ἢ ὡχρῶς ἢ γὰρ κίτρινος*, Leonicenus interpretatur rufum & flauum: tamen ὡχρῶς, ab Hermolao luteum interpretatur: licet omnes boni interpretes pro ὡχρῶς pallidū uertant. Sed talis pallor est, qualis eorum qui in luteum quandam colorem tendunt.

Quod in fine legitur, Huiusmodi autem casus significant. in Aldino contextu deest hæc particula, Autem. Nam legit, *τὰ εἰρημνία συμπτώματα σημαίνα*. At in antiquo contextu, qui apud me est, habetur hæc particula. Ita enim legit, *τὰ δὲ εἰρημνία συμπτώματα σημαίνα*, tamen illa particula δὲ, quadā cruce signata est, puto ut ostendat expungi debere.

APHORISMVS XVIII

Supra præcordia dolores, purgatione indigere per superiora, significant, Quicunque uerò inferiora molestant, per inferiora.

BRASAVOLVS

QVÆ IN præcedenti Aphorismo dicta sunt, tantum in oris uentriculi affectione intelligenda erant: propterea in hoc aphorismo illam sententiam ad omnes partium superiorum dolores ampliatur, sint quæcunq; illæ partes. Quoties inquam dolores supra præcordia fuerint, hi supra præcordia euacuandi sunt, qui illis doloribus infestantur: uero in partibus sub præcordijs afficiantur, hos per superiora purgare oportet.

τὰ ὑπὲρ τῆς φρενὸς ὀδυνώματα, idest, Supra præcordia dolores. Qui inquam dolores facti sint ab humoribus uel crasis, uel mala qualitate affectis. Græci *φρενας* dicunt, quod nos septum transversum uocamus. Qui enim mala aliqua in eo panniculo affectione

ditione læduntur, hi mente capiuntur: ideo nomen habet φρήνας, à mente quæ afficitur. Leoniceus hic interpretatur, præcordia. Sed re uera, præcordia apud Cellum illa sunt, quæ à Græcis ἐσθηθόνδεια nominantur; quamuis etiam uerus sit aphorismus, si intelligamus, purgandos esse per superiores partes, qui supra hypochondria, idest præcordia dolent. Sed re uera potius hic interpretarer, supra septum transfuersum, quam supra præcordia. Et ita Philotheus Græcus author Græce interpretatur, inueniens, φρήνας ἢ τοῦ θῆτος, τὸ διαφραγμα ὀνομάζει. idest, phrenas hic septum transfuersum nominat. Adde, nos contextum habere, qui non legit, τὰ ὑπερ ἢ φρήνῳ: sed potius, τὰ ὑπερ ἢ ἑμφραγμα τῶν, tamen idem sunt. In antiquo meo exemplari, & in illo quem Leoniceus habebat, statim sequitur, ἀνω φαρμακείης δέιδται σημάει. idest, per superiora medicamento indigere significat. Sed Aldinus contextus ante hæc uerba, ista alia habet, ὁπόσα κατὰ τὸν δέιστον ὄντι. idest (ut totum aphorismum repetamus) supra septum transfuersum dolores, quicumque purgatione indigent, per superiora medicamento indigere significat. Et hæc particula, quicumque purgatione indigent; uel ponatur ab Hippocrate, uel non ponatur, subintelligi debet; ut Galenus in Commento docet: & Philotheus illam subintelligit. Si ergo ab Hippocrate ponatur, nihil subdere oportet; si uero non ponatur, ut multi contextus leguntur, in quibus abest, subintelligenda est; ut Galenus notat. In antiquo contextu quem habeo, in margine descripta est: sed antiquus quidam illam uerum præfixit; at subintelligenda est, quia non omnes dolores supra septum transfuersum purgante medicamento indigent, ut illi qui à solo flatu gignuntur.

ὁπόσα κατὰ τὸν δέιστον, κατὰ. idest, Qui & infra, idest sub septo transfuerso; infra, idest per infernas partes] purgandus est; & ut Philotheus dicit, ἢ τῶν ἐσθηθόνδειων φαρμακείων. idest, per medicamentum, quod subducit. Sicuti quæ supra septum transfuersum purganda sunt, ἢ τῶν ἐμεικτῶν φαρμακείων. idest, per uomitorium medicamentum. Vnde tota aphorismi ratio est, quia transitus facilius uidetur, si humores per illas uias ducamus, quæ sunt illis propria, & magis directæ. At si rem ipsam oculate perpendamus, quum humores in thoracis cauitate continentur, per medicamentum uomitorium purgari non possunt, aut difficillime fit; sed per illa solum quæ sputum ciunt, educi debent. Si etiam materia in capite sit, per uomitum illam purgare difficillimum est. Propterea nos rarissime, etiam in partium superiorum doloribus medicamento uomitum ciente utimur. Vnde in pleuritide, & peripneumonia, quando opus est, exoluētia medicamenta, & non illa quæ uomitum cient, propinamus. Aphorismus autem in illis materiis uerissimus est, quæ sunt in partibus superioribus, & per uomitum facile exire possunt. Et ideo idem Hippocrates in dolore laterum, quando pertingit ad clauiculam, uenæ sectionem in interna cubiti uena fieri iubet, & non præcipit uomitum. Si uero dolor sit sub septo transfuerso, medicamentum exoluens dari suadet. At facilius est, ea quæ sub septo transfuerso sunt, per medicamenta deſcientia purgare, quam illa quæ sunt supra septum transfuersum per medicamentum uomitorium superius educere. In aliquibus etiam partium inferiorum doloribus uomitus, diuertendi causa iubetur, & partim etiam euacuandi, ut in dolore colico fit, & in pluribus intestinorum doloribus, & in dolore renum: & quia dolor per opposita diuertitur, ut Hippocrates ipse in quintodecimo aphorismo sexti libri testatur.

GALENVS

HIC Aphorismus quod antea in uno dolore docuit oris uentriculi, hoc ad omnes extendit dolores, quicumque supra præcordia consistunt, purgatione uidelicet indigentes consulens per superiora purgari. Quicumque uero infra præcordia, clarum est, quod hi per inferiora purgationem requirunt. Addidi autem sermoni, Purgatione indigentes: ne quis forte arbitretur curare Hippocratem omnes dolores simpliciter per euacuationem. Neque enim nunc dixit hoc, sed quod secundum humorum infestantium motiones, oportet etiam facere euacuationes: & neque supra præcordia dolores per subducenda medicamenta euacuare, neque infra consistentes per uomitiones.

PRIMO, Galenus aphorismum hoc modo introducit, prius in oris uentriculi dolore per superiora euacuandum iussit, nunc ad omnes dolores supra septum transuersum factos ampliat.

SECUNDO, Galenus aphorismum limitat, omnes dolores purgatione indigentes supra septum transuersum, sunt per uomitum euacuandi. Et uidetur fuisse Galenus, qui hanc particulam Purgatione indigentes, addiderit, ne quis putaret Hippocratem intelligere, omnes dolores per euacuationem sanari, quod simpliciter uerum non fuisse. Et ideo Philotheus Galeni uerbis motus, de his & ipse intelligit: *καθάρσις δόμωα*, idest, qui purgatione indigent.

TERTIO dicit, quòd dolores qui sunt sub septo transuerso, per inferiora purgari debent: cui parti & illam conditionem addere oportet, Si tales dolores sunt, qui purgatione indigeant.

APHORISMVS XIX

Qui in medicamentis purgati, non sitiunt, non quiescunt prius quam sitiant.

BRASAVOLVS

NON SEMEL aut iterum, sed frequenter à Galeno dictum est, omne medicamentum natura & potentia caldum esse. Quum etiam aliquis euacuatur, corporis humiditates exeunt, & superiores partes siccae & aridae relinquuntur. Propterea qui aliquo medicamento purgatur, & adhuc in purgatione sit, & non sitiat, hic non quiescit: idest, euacuatio perseverat quousque sitierit. nam quum sitierit, & humiditates omnes erunt euacuatæ, medicamentum impressionem suam fecisse deprehendemus.

Hippocrates in Epistola ad Democritum de helleborismo dicit, Præterea qui post potionis purgationem non sitiunt, purgatio adhuc perfecta non est, nec ea prius cessabit, quam sitis aduentet. ut in his uerbis Hippocrates manifestius suam sententiam aperiat, quam in hoc aphorismo fecerit: quamuis idem esse debeat, & sit sensus.

ὅσοι σὺ πῖσι φαρμάκων ποσίησι. idest, Qui in medicamentis.] uel, ut Theodorus, Qui in medicamentorum potione, ut purgationis actus notetur: ac si dixerit, Quum aliquis medicamentum sumpserit, quod actu iam educat, *μὴ δύωσι καθάρσόμενοι.* idest, non sitiunt purgati: hoc est, & hic qui est in actu purgationis non sitit, indicium est, perfectam & integram purgationem factam non esse, quia humiditates superiores partes occupantes, ad uentriculum nondum ductæ sunt, ut deinde per intestina ad suas statutas, & determinatas vias exeant.

οὐ πύουσι. idest, Non cessant.] uel, non quiescunt: scilicet ab opere, quod à medicamento fit, idest euacuatio perseverat.

σὺ μὴ δύωσι. idest, Prius quam sitiant.] Semper igitur medicamentum euacuare perseverat quousque sitierint: quum enim sitiunt, tunc & medicamentum impressionem fecit, & humiditates euacuatæ sunt, quæ superiores partes occupabāt. Tale autem medicamentum intellige, quod ab Hippocrate pharmacum nuncupatur catharticum: hoc enim electiue euacuat, & uehemens est, ut nunquam fallat, quin euacuet, si in doli sua conuenienti præbeatur. Et hoc intelligo, in medicamentis potissimum quæ per se cessum euacuant: quia illa magis inducunt sitim, quam quæ per uomitum ciunt, tamen & ad ea quæ per uomitum euacuant, ampliari possent. At aphorismi perfectam causam in Galeni Commento uidebimus. Philotheus uero dicit, *ὅτι ἢ δύωσι γινώσκω σὺ πῖσι φαρμάκων ποσίησι ἀγγέλλει σὺ δὲ σὺ Ριξρόπις ὅτι, τὸ δὲ ἀδύωσι, ἀλλοῦ μὴ ἐκκεκμησθαι τελείως αὐτὸ χυμῶσι.* idest, Quod sitis facta in medicamentarijs potionibus siccitatis indigentiam nuntiat: uacare autem siti, humores perfecte non purgari ostendit.

Sunt qui intelligant illam particulam, Non quiescunt, prius quam sitiant: idest, quæ

scere

scere non debent, uel dormire, nisi sitierint, sed potius ambulare debent; quia adhuc uis medicamenti uiget. Sed quod istud noluerit, manifeste apparet Hippocratem legenti in Democriti epistola de helleborismo, ubi manifeste habetur, quod de quiete euacuationis intelligit, & non de quiete corporis.

GALENVS

QVI purgantur, nonnulli statim sitiunt, nonnulli postea. Et fit hoc propter ipsius uentriculi dispositionem, & propter datum medicamentum, & propter humoris euacuatam naturam. Uentriculi quidem ratione, qui ex caliditate, uel siccitate, uel ambabus qualitatibus prompte ad sitiendum perducatur, siue hoc natura insit ei qui biberit medicamentum, siue illo solum tempore. Ratione autem medicamenti quum acutum fuerit, hisce quidem de causis fiunt sitibundi. Ex contrarijs uero longo tempore sine siti perseverant, quando uidelicet uel frigidiores uel humidiores uentriculum habuerit homo qui purgatur, uel ab initio, uel in tempore purgationis, uel quando medicamentum omni uacat mordacitate, & tertio quando humor pituitosus, aut aquosus extiterit. Verum & in his, quando abunde fuerint euacuat, consequitur sitis. Sufficiens etenim est ea quæ ex euacuatione prouenit siccitas, hanc efficere, ac præterea ea quæ est medicamenti purgantis uis habetis aliquam, & si neq; manifestam, neq; sensibilem, attamen latentem, acritudinem, ac caliditatem.

BRASAVOLVS

PRIMO à Galeno notatur, inter illos qui purgantur, aliquos statim sitim incidere, alios in processu euacuationis.

SECUNDO, causas enumerat quare aliqui sitim incurrunt, quæ tres sunt. Prima, dispositio uentriculi. Secunda, datum medicamentum. Tertia, natura euacuatam humoris. Uentriculi dispositio, quia caliditate uel siccitate, uel simul caliditate & siccitate afficitur, & ita sitis inducitur. hanc autem dispositionem, uel habet uentriculus suapte natura, uel pro eo tempore solum habet. Medicamentum datum est causa sitis, uel quia acutum & calidum, uel quia mordax. Humor euacuatam natura, est causa sitis, si fuerit amara bilis: hæc sunt causæ omnes quæ sitim inducunt, dempto labore, & æstu, & falsis cibarijs, atq; alijs multis quæ extrinsecus adueniunt. Philotheus & ipse easdem ferè sitis causas referre uidetur, inquit fieri: ἢ γὰρ εἴα λερωσὴν θερμὴν τῆς γαστρὸς λιναῖου εἰς δὲ ψαν. ποτὲ μὲν πρὸ τῆς λερωσέως, ποτὲ δὲ ὀλίγον μετὰ τὴν λερωσέω. ἢ εἴα τὸ εἶδος τοῦ φαρμάκου καὶ δειμνότητος καὶ θερμότητος ὄντος, ὡς θυφῶν βίος. ἢ εἴα τὴν ἰδέαν τῆν κρημνίαν χυμοῦ, εἰ ξανδοχολοὶ εἰσι. πρὸ εἰς ἴσον τὸν γὰρ ἴσην γαστέρα θερμὸν ὄντος δὲ ψαν ποιούσιν, γίνεται δὲ ψα καὶ λόγος λερωσέως τῆν πρὸ ψαματάων, οὗ ἢς λόγος εἶναι ἰπποκράτει, ἢ καὶ ὅρου πρὸ λερωσέως τῆν ψα. idest, Etenim uel ob calidam uentris temperaturam in sitim mouetur: quandoq; quidem ante euacuationem, quandoq; uero parum post euacuationem; uel propter speciem medicamenti, quod acutum & calidum sit, ut euphorbium: uel propter naturam humorum qui euacuantur, si flauibile sint; qui quum calidi sint ad uentrem circumfluentes sitim faciunt. Fit & sitis ratione euacuationis superfluitatum, de qua sermo Hippocrati est, quam & terminum euacuationis ponit.

Quod legitur, Et propter humoris euacuatam naturam: Græce est, καὶ τὴν ἰδέαν τοῦ κρημνίου χυμοῦ. ut hic per ideam naturam significet, & speciem humoris, non tamen ideam separatam, Platonis more, intelligit.

Quod legitur, Quum acutum fuerit & calidum ac mordax: quidam cōtextus legit, ἢ δηκτικόν, idest uel mordax. Antiquus quem habeo, legit, ὅταν δειμνὸν καὶ δηκτικόν καὶ θερμὸν ἴσασιν. idest, quum acutum fuerit, & mordax, & calidum: tamen potest esse acutum, & non mordax: non tamen acutum, & non calidum: ideo potius iungerem particulam calidum, cum illa particula acutum, ut Aldinus contextus facit, qui hoc modo legit, ὅταν δειμνὸν καὶ θερμὸν καὶ δηκτικόν ἴσασιν.

TERTIO Galenus docet, quod ex contrarijs causis sine siti perseverant. Sunt uero causæ contrariæ tres, uel uentriculi dispositio, uel medicamentum epotum, uel species humoris euacuatam. Uentriculi dispositio, quia frigidus sit, uel humidus, uel simul

frigidus & humidus. Et hoc uel à natura, & semper habet, uel pro eo tempore habet. Medicamentū epotum quia acere non fuerit, neq; calidum, neq; mordax. Scitoq; Galenum de caliditate mentionem non fecisse, quia apud ipsum omne medicamentum est potentia calidum. Species humoris euacuat, si fuerit pituitosus, aut aquosus humor.

QVARTO Galenus aliam causam subiungit, quæ in euacuatione siccitatem inducit, scilicet abundantia euacuationis. Nam & hæc euacuationis abundantia, sitis causa est. Et hæc satis est, ut à medicamento inducatur: & etiam quia ipsum medicamentum quum sit potentia calidum, per caliditatem suam firim inducere potest. Docetq; Galenus, has duas esse sitis causas factas à medicamēto: una est, siccitas, quæ ob magnam & plenam euacuationem fit. nam humoribus euacuatis, necesse est infitam humiditatem, & roridam oris uentriculi exiccari. Et hoc fit magis cum alia causa aduenit, quæ medicamenti epoti caliditas magis exiccans. Quando autem euacuabat, non exiccabat, quia materiæ adhuc in uentriculo erant, & tunc sitis induci non poterat.

Scito tamen hæc intelligenda esse in uentriculo naturaliter non sitiente; quia si naturaliter sitiatur, secus est: ut meus facit, qui ob calidam & siccam qualitatem os uentriculi occupantem, naturaliter sitit. Ideo statim à principio euacuationis sitim incurro, imò & antequam euacuatio incipiat. Propterea nos intelligimus, hanc esse illā sitim, quæ perfectam euacuationem notat, quoties præter sitim, notabilis materiæ quantitas euacuata est, & is qui euacuatur, leniter fert, & se exoneratum perferit. Nec istud pro certo euacuationis signo habemus, nisi alia simul iungantur. Sunt enim præter hoc, plura alia: sed Hippocrati hoc signum potissime ponere placuit, quia in magnis euacuationibus sitis frequentissime inducitur, ut experientia ipsa testis esse potest, imò in spontinis defluxibus, ob decursum humiditatum & materierum ad infernas partes, sitis fit.

Si uero quæras (ut recentes faciunt) quare in sectione uenæ sitis non fiat. Respondemus, propter id quod os uentriculi in sectione uenæ non exiccatur. Tamen si magna & abundans sectio uenæ fieret, sitis omnino consequeretur. Quod etiam uolunt recentes, uomitiuum medicamentum sitim magis inducere, quam subductiuum: tum quia acutius & uehementius, tum quia humores calidiores ducit, tum quia uentriculi partes magis agitat, & consequenter magis exiccatur. Simpliciter uerum non est: ut in eo casu, si quis ex aqua & aceto pituitam euomerit.

Si iterum dubites, Qua de causa in superfluis euacuationibus fames non inducitur, sed sitis. Respondemus, Quia fames est appetitus calidi & sicci. Calescit autem in euacuatione, & exsiccat os uentriculi: ideo eius oppositum appetit, scilicet humidum & frigidum. Hic uero appetitus, ab Aristotele in secundo De anima libro, sitis appellatur.

APHORISMVS XX

Non febricitantibus si tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor, purgare inferius oportere significatur.

BRASAVOLVS

HIPPOCRATES in aphorismo decimoseptimo docuit, quibus indicij cognosci possit, hominem per superiora purgari oportere. In hoc autem uigesimo, indicia illa profequitur, quibus statim deprehenditur hominem per inferiora purgandum esse. Sed quemadmodum illo in loco omnia signa non aderant, quæ id ostendere possent: ita nec præsens aphorismus ad unguem omnia explicat, quæ subductionem faciendam explicat. Illud tamen satis est, quoties illa signa uidebuntur, per superiora purgabimus: quum uero ista uiguerint, quæ nunc afferuntur, per inferiora ducemus. Et ideo Philotheus dicit, συνεχής ἐστὶν οὗτος ὁ ἀφορισμὸς ἐκείνου, ὅτι διὰ γίνεσθαι, ἀπορτίου καὶ καρδιαγίας, id est, Continuus est & hic aphorismus illi in quo scribitur, Abstinentia à cibo & cordis moribus

dis morsus. Sermoq; Hippocratis in non febricitantibus est, nempe in febricitantibus omnia hæc indicia fallunt. Si igitur non febricitantibus tormina acciderint, & genium grauitas, & lumborum dolor, purgari inferius oportere significatur: quia inferiores partes affectæ sunt, & materiae quæ hæc symptomata inducere solent, frigidae & graues existunt.

ἀνωπερισσὴ εὐσπυ. idest, Non febricitantibus.] De quibus ideo sermonem habet: quia si quis forte correptus febre hæc symptomata habuerit, possunt febris causa provenire, & non materiae in infernis partibus aberrantis. Vel, ut in decimosextimo Aphorismo dicebamus, de non febricitantibus loquitur: ut admoneat nos, non debere multum audere in febricitantium euacuationes: quia omnia medicamenta, potentia calida sunt. Vel è contrario, ut tanto magis nos audaces reddat ad euacuandum: quia si in absentia febris, euacuari debent, tanto magis in eius præsentia euacuare oportebit.

εἰν γόγραι σπύφθ. idest, Si tormina fiant.] Celsus quum hoc uocabulo Tormina, simpliciter utitur, intestinorum difficultatem significare uidetur. Hic autem per *σπύφθους*, Hippocrates dolores intelligit, qui in intestinis sunt, à uentriculo usq; ad umbilicum: & etiam inferius, per hypogastrium, qui ut plurimum à materia crassa, pituitosa, & flatuosa generantur. Possunt uero Latine dici tormina, à torquendo.

Celsus non uidetur hoc uocabulum *σπύφθ*, interpretari. Sed libro uigesimo, capite undecimo, ubi de his tractat, qui de recenti hydropem incurrere debent, inquit: Eiusdem morbi nota est, ubi circa umbilicum intestina torquentur, *σπύφθ*. Græcè nominant. Ac si isto modo interpretetur *σπύφθ*, idest, ubi circa umbilicum intestina torquentur. Hæc addere placuit, ut huius uocabuli *σπύφθ*, apud Græcos, & huius Tormina, apud Latinos, uim & potentiam enodaremus. Vnde & si hoc uocabulum Tormina, apud graues uiros Theodorum & Leonicenum, idem significare uideatur quod *σπύφθ*, apud Græcos: tamen quia Celsus & Plinius quum dicunt Tormina, intestinorum difficultatem intelligunt, quam dysenteriam Græci nominant: propterea non ab re forte erit, quoties apud Hippocratem, aut aliquem antiquiorem medicum, hoc uocabulum *σπύφθ* inuenimus, intestinorum dolores interpretemur, & non Tormina.

καὶ γονότωγ θολφθ. idest, Et genium grauitas.] Quæ ut plurimum ob crassas materias illas percurrentes, & has partes relaxantes & pergrauantes fit. Propter hoc in illis partibus grauitas quædam sentitur, quæ crura ad ambulandum ineptiora reddit. Et licet de solis genibus sermonem habeat Hippocrates, tu ad alios inferiores articulos eius sententiam extende, ut de talo (si in homine sit talus) & de coxendice, in quibus idem iudicium esse debet. At genu tanquam medium, ex quo extrema intellegamus, accepit.

καὶ ὀσφύθ ἀλγυμα. idest, Et lumborum dolor.] Dolor inquam, qui dorsi partem circa renes & supra renes etiam infestet.

κάτω φαρμακίης δίδου σιμαίνει. idest, Per inferiora medicamentis purgari debere significat.] Quia (ut Oribasius inquit) quum hæc sine febris patimur, sine dubio noxijs humoribus abundant. Quum uero cum febris, potius ex his, scilicet febris, huiusmodi tormina accedunt: quia febris, calor est præter naturam, qui totam apprehendit habitudinem. Propter hoc (inquit Oribasius) dixit, Sine febris. Intelligit autem per inferiora purgari debere, scilicet per clysterem, aut medicamen, aut purgationem, quæ inferiorem purgent uentrem. Vnde huius partis aphorismi duplex sensus esse potest: unus, quod per secessum euacuari debet, ut ab euacuatione per uomitum facta distinguatur: alter, quod per illa medicamenta euacuetur, quæ inferiores partes euacuant. & uterq; sensus uerus est. Philotheus quoq; omnibus signis positus, eandem rationem reddidit, quam assignauimus, propter quid per inferiora purgandum sit, inquit, *ὅτι τὸ πῦρ ὑπὸ τῶν ὑγιεινῶν καὶ τῶν φλεγματικῶν ὄσπυ.* idest, propter id quod materia quum pituitosa sit, deorsum incumbit ac uergit.

SICVTI paulo antea docuit, eorum quos oporteat purgare superius: ita nunc docet, ea per quæ cognosceret aliquis, quando oporteat inferius purgare. Est autem communis utriusq; ratio in differentibus casibus. Nam pro motione noxiorum humorum, facere oportet euacuationes.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus continuationem quandam facit: sicuti habuimus signa, quando oportet per superiora purgare: ita conueniens fuit signa prosequi, quando opus sit per inferiora purgare. Quod in hoc aphorismo fit.

In principio Commentii, ubi dicit, Sicut paulo ante docuit, tu adde Signa: quoniam in Græco codice ponitur hoc uerbum, τὰ σημεῖα.

SECUNDO Galenus docet eandem rationem esse in illo aphorismo, & in isto: sed symptomata differre, quia opus est euacuationem procurare, ut humores mouentur.

Quod legitur, Nam pro motione noxiorum humorum: Græce est, ἵπλ γὰρ τὰς ῥοπαί. At id uocabulum ῥοπαί, proprie momentum significat, quando lanx inclinat: ut interpretari possimus, Nam pro inclinatione noxiorum humorum.

APHORISMVS XXI

DEiectiones nigrae, qualis est sanguis niger, sponte uenientes, siue cum febre, siue sine febre, pessimæ: & quanto colores magis prauis fuerint plures, peius: cum medicamento uerò melius, & quanto colores plures non prauis.

BRASAVOLVS

IN HOC Aphorismo genus quoddam egestionis ab Hippocrate edocetur, quod semper exitiale est quum apparet, siue is qui excernit, febre correptus sit, siue non. Et præterea docet quid significetur, si cum medicamento, uel sine medicamento excernatur: unde nigrae deiectiones, qualis est sanguis, quæ sponte prodeunt, & non ui alicuius medicamenti, siue is qui excernit, sit infebriens, uel etiam sit febre correptus: hæc inquam deiectiones pessimæ sunt, & tanto peiores erunt, quanto colores sunt plures & magis prauis: quia si essent colores boni, hoc nihil referet. Si uero hæc nigrae deiectiones ex ui medicamenti exierint, melius est, & non sunt pessimæ: imò quanto colores plures fuerint, & non prauis, tanto sunt meliores: quia & si cum medicamento exierint, fieri non potest quin sint prauæ. At nihil referunt, quia in hoc patiente futurum malum non significant: quod tamen malum sequitur, si deiectiones sponte prodierint. Philotheus, ut genus hoc euacuationis edoceret, euacuationem in species distinxit, in quibus: ῥηταῦθα πρὸς αὐτομάτω καὶ τεχνικῶν λεγώσεω διαλέγεται ὁ ἱπποκράτης, ἀλλ' ἢ αὐτὸματῶν λεγώσεω διήμι, ἢ γὰρ ὑπὸ φύσεω γίνεται, ἢ βία συμπήματῶν. ῥηταῦθα οὖν πρὸς τὴν βία συμπήματῶν ῥημοθῆναι λεγώσεω διαλέγεται, id est, Hic de spontaneis & arte factis euacuationibus differit Hippocrates. Sed spontanea euacuatio dupliciter est: uel enim à natura fit, uel à uiolentia symptomatis. Hic igitur de euacuatione à uiolentia symptomatis facta differit.

ῥημοθῆναι μελανά οὐσίον αἷμα μέλαν. id est, Deiectiones nigrae, qualis sanguis niger. In antiquo contextu quem habeo, & in Aldino ita scriptum est. Sed in Hagonensi, illa particula μέλαν, post illam αἷμα, posita non est: sed simpliciter legit, Qualis est sanguis: & non addit, Niger. Imò si Galenum consideremus in aphorismo uigesimo tertio huius quarti libri, hæc particula Niger, non est posita ab Hippocrate, sed eam supplere oportet. Et ideo omnino intelligendus est Hippocrates, Qualis est sanguis, scilicet niger: sed simpliciter legendus, Deiectiones nigrae, qualis sanguis. Et ideo Philotheus exponere

exponere uolens hanc particulam, *ὁμοίον αἷμα*, idest, qualis sanguis: non addit, niger, inquit, *τοῦτέστι ὁπίου τοῦ ἐξ ἀναστομώσεως ἀγγείου πρὸς ἡντόθα φερόμενον αἷμα πηκτὸν μελανόν*, idest, Hoc est, qualis sanguis concretus denigratus, qui ex apertione oris alicuius uasis ad intestinum demittuntur, & nigras appellat, non quidem ipsam atram bilem, sed nigras deiectiones. Sunt enim aliquæ deiectiones, quæ non sunt uera atra bilis, tamen sunt nigra. latiori autem uocabulo, atra bilis nuncupari possunt. Vera enim atra bilis, has conditiones habet: acris est, corrosans, & acida, & si in terram eijciatur, ebullit. Hæc uero deiectiones, de quibus Hippocrates nunc sermonem habet, his conditionibus carent, sed nigredine sola insignitæ sunt: ideo simpliciter nigra deiectiones appellantur, quæ sanguini similes sunt, quum per aliquid quod temporis spatium extra uenas extiterit, & præsertim in aliqua nostri corporis cauitate, uel feci nigri uini similes sunt. Nos atramento spissiori similes uidimus, & feci atramenti. Ipsas uero Hippocrates sanguini nigro comparat, idest sanguini qui extra uenas inspissatus diu extiterit. Galenus autem iudicat, ex hac nigra materia si in corpore persistet atque putrescat, bilem nigram exquisite fieri: unde splenis natura est, à iecore sanguinis fecem trahere, ut iecur expurget, & lienem hoc melancholico humore nutriet: superfluitates uero quas facit, ad intestina transmittit, & excernuntur. Quandoque accidit, quod lien non bene expurgatur, & à iecore sanguinis fecem non trahit: ideo limus ille ibi manens, iecur inficit atque debilitat, & quandoque excerni opus est: quum uero excernitur, sunt superfluitates nigrae, qualis est sanguis niger. Philotheus quoque eandem causam assignare uidetur, inquit, *ὅτι ἀμφὸς τῆς ἀσπληγῆς πάσης, ὁ τῆς ἀσπληνίας καὶ τὸ ἥπαρ καὶ ὁ μὲν ἀσπλην καὶ τὸς καὶ αὐτὸν, τὸ ἥπαρ δὲ εἶναι τὸν ἀσπληνῶν, καὶ διωκόμενον γὰρ ὁ ἀσπλην τὸ σπλην γὰρ εἶναι τὸ αἷμα τῆς, ὅπως εἶναι ὁ μελαγχολικὸς χυμὸς, ἔλθει πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἐξ ἡπατος τὰτα αἷμα ἀδύσσωτον, καὶ μὴ διωκόμενον κατέχει τὰ πύρινα, τῆ οἰκίαν αὐτῆς τυραννίδι, ἐξ ἧς χρονοῦ τὰ κατὰ τὸν μέλανα, πᾶσι γὰρ τὰ διαχωρίσματα, οἷον μέλαν αἷμα αὐτομάτως διαχωροῦμενα, κατὰ εἶσιν.* idest, Quod utrunque uiscus patitur, lien quidem & iecur, & ipse lien secundum se ipsum: iecur uero propter lienem: lien enim feculentum illum sanguinem qui in iecore est, & qui est melancholicus humor, ad se trahere non potens, hoc scilicet iecore debilitato, & superflua, ob propriam ipsorum tyrannidem superare impotente, exeunt excrementa uocata nigra: hæc enim excrementa ut sanguis niger, sponte ueniētia, mala sunt.

Sed ut de hæc re plenum sermonem habeamus, scito deiectiones nigras non ab una sola causa fieri posse, sed à pluribus, & etiam contrarijs, nempe à calido & à frigido, à calido inquam, quia ingens caliditas humores in iecore existētes adurere potest, & sanguinem ipsum. itaque nigri humores fiunt, qui à natura illos ferre non potente expelluntur: tamen non uidetur hoc fieri posse sine febre. Et hanc sententiam Oribasius sequitur, quod Hippocrates de nigris deiectionibus loquatur, quæ ob caliditatem nigrae sunt, nam dubitat, cur mortem inferat. Respondet, id esse triplici ratione: primum, quod incendit naturam, & loca unde transit: deinde, quod debilitat: tertio quoque, quia uiscositatem eius ferre non potest natura, adeo ut uitalia feriat & occidat: qui dum egestus fuerit, in terra ebullit, nec ferri potest odore, donec in interiorē partem terræ decurrat.

Hæc Oribasius, qui non solum aphorismum de deiectionibus nigris calidis quæ incendunt, intelligit: sed etiam uerā atram bilem intelligere uidetur. Quod non sentit Galenus. Alio modo deiectiones nigrae, ex frigiditate fieri possunt, quæ naturalem calorem extinguat, & mortificet: nam quum deest calor, spiritus defunt, & ita sanguis & alij humores parum spirituum habent, & ideo nigri atque obscuri euadunt. Quod & in omni corporis nostri parte calore depauperata usu uenit: nigra enim fit, ut in initijs febris uidere licet, quando intrusus & obstipatus calor, extimas corporis partes spiritibus uacuas relinquit: tunc enim nigri efficitur. Nos Hippocratem intelligimus in his deiectionibus nigris, quæ à causa frigida fiunt: quamuis Galenus de his etiam intelligere uideatur, quæ à causa calida, & adurente ortum habent. Recentes uero multas alias nigrarum egestionum causas ponunt, ut si iecoris contentiua & discretiua potentia debiles sint, adeo ut melancholicum humorem à sanguine non disgregent, tunc cum egestionibus, huius plurimum egeritur. In hoc autem aphorismus intelligi non potest, quia non

sunt puræ egestiones, ut sanguis niger, sed fecibus mixtæ. Aliam causam assignant hoc modo: quando iecoris obstructio aperitur, sanguis exit, qui niger est: nam is sanguis, qui obstructionem faciebat, denigratur. At non nisi paulatim exit cum fecibus, sicuti obstructio paulatim aperitur: ut de hoc etiã aphorismus uerus esse non possit. Alia causa est, debilitas attractiua splenis, quæ ob hoc melancholicum humorem attrahit, ut sanguis purus in hepate remaneat: uerum quia uis attractiua splenis debilis est, attrahere non potest: ideo melancholicus humor sanguini mixtus remanet, quem natura plerumque per inferiora expellit, unde nigre egestiones apparent. Tamen hæc est una causa, ex his quæ refert Galenus, & quã ex Philotheo superius reddidimus. Hepar enim ob hoc debile euadit, quia hi atri humores à liene non attracti, in ipso permanent. Aliam causam adducere solent, si in iecore abscessus sit ab atra bile factus, qui prius quàm faciat pus, disrumpatur. In quo casu aphorismus uerus esse poterit, quoniam deiectiones quæ ab hac causa sunt, pessime indicant. At uere de his solum loquitur, quæ à causa frigida, aut à causa calida fiunt.

ὅτι τοιοῦτόντων ἰόντων. idest, Sponte uenientes.] Hoc est nullo extrinseco adueniente, quod eas exire fecerit: hoc est nullo medicamento, & nullo altero præsidio adhibito. Sunt uero qui intelligant sponte uenientes, idest sine aliquo coctionis signo, quod ad rem nihil facit quodcumque ueniunt: quia ipse tam in febre, quàm sine febre sermonem habet, modo sit deiectio ratione symptomatis, ut docuit Philotheus. Si uero dubites, unde hoc haberi possit, quod sermo Hippocratis intelligendus sit, *τῆ βίᾳ συμψημάτων*, idest, uiolentia symptomatis. Philotheus respondet, *ἐκ τοῦ ἀπείρου ἰόντων.* ἴσον γὰρ τὸ ὄνομα, μὴ τὸ ζῶνον ἐνδείκνυσται. ἢ δὲ νόμος φύσεως λεγόμενος, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἀπὸ πλάσσει τῶν χυμῶν ποιεῖται. idest, Ex hoc quod dixit Venientes: hoc enim nomen, longitudinem temporis demonstrat. Euacuatio autem ratione naturæ, in paruo tempore humorum remotionem facit.

καὶ βίᾳ πυρετῶν καὶ ἀσθενῶν πυρετῶν. idest, Siue cum febre, siue sine febre. *πῆσιμα,* idest, pessime.] Semper enim sunt pessimæ, quia à mala causa & pessima fiunt, ingenti inquam caliditate, uel ingenti frigiditate, quæ mala sunt. Opus uero est de his deiectionibus intelligere, quæ per anum exeunt ex intestinis: nam si per hæmorrhoidas exirent, is sanguis, uel is humor ut sanguis niger, bonū potius esset, quàm malum: quia hæc mala materia expurgaretur. Id tamē uerum est, quod illam materiam in corpore esse, malum esset: sed eandem exire, bonum est: nec æque est in alui deiectionibus, quod bonæ iudicari debeant, quia exant: nam iecoris naturam longe debilem esse significant. Et si dubites, ut recentes faciunt, in quo tempore morbi hæc deiectiones intelligi debeant. Respondemus, in omni tempore malas esse: sed potissimum in principio, augmento, & statu, simpliciter uero malæ sunt, quoniam & sine febre, idest sine aliqua temporum morbi distinctione malæ sunt: nam ubi non adest febris, neque alter morbus, dubitari non potest, in quo tempore morbi hæc deiectiones appareant.

καὶ ὅσα ἐν χρώματι πλείον πονηρότερα ἢ, μάλλον κακόν. idest, Et quanto colores plures, magis prauī fuerint, peius.] Antiquus contextus quem habeo, non legit *μάλλον κακόν*, sed *κακίον*, quod est peius, sine particula *μάλλον*. Quanto colores sunt plures, & sint mali colores. Illi autem sunt mali colores, qui uel incoctionem, uel nimiam aduersionem significant. Hi uero colores peius significant, quoniam ex eis materiam malignã esse notatur, & quod diuersas naturas habet, neque potest à natura uinci, aut regulari. Sunt qui intelligunt uarios esse colores nigros, quia aliqui nigri intensius, alij remissius. Sed tu uarios colores intellige secundum diuersas species malorum colorum, qui in egestionibus apparent. Vnde Hippocrates in libro De morborum decretorio, inquit: Si oletula uaria sunt, diuturniora sunt quàm nigra, cæteraque mortifera, nihil tamen minus perniciofa sunt, quæ hæc sunt, scobi lignorum similia, fellī similia, uiridia, cruenta, nigra, si multaque modo multa, modo particulatim & parum demittere.

Ἐὺν φαρμάκῳ δὲ ἀμεινόν. idest, Cum medicamento uerò melius.] Quoniam si ui medicamenti nigra deiectiones exierint, signum est non fuisse adeo malignas, ut naturam ad illas expellendas incitarent, quomodocumque esset expulsio, uel recta, uel symptomata. Est autem expulsio, de qua ab Hippocrate sermo fit, symptomata: ideo melius

melius est, si cum medicamento excant, idest mitius malum est: nunquam enim tales materias in corpore habere bonum est. Causa uero cur sine medicamento sint mala, à Philotheo redditur, dicente, *ὅτι λόγῳ συμπτώματι ἐλεγοῦντο, ἰηλαθῆναι δὲ φύσιν, καὶ μάλα κακῶς φασκεῖντο ἢ ἀλλὰ χυμῶν.* idest, Quod ratione symptomatici euacuatur superata natura, & magnum malum uiscerum demonstratur. Cum medicamento uero melius est, *ὅτι, ἰνκὴν ἀπὸ ἀλλοτρίου ἢ φύσιν δὲ φασκεῖντο κακῶς χυμῶν.* idest, Quod natura preualet, malorum humorum plenitudine superata. Scito tamen multos deceptos esse, calsiam uulgatam (cui nos oblongam siliquam nomē indidimus) exhibentes, quæ simul cum stercore, & humoribus exiens putabant calsiæ substantiam esse inter hæc genera humorum nigrorum, uel esse atram bilem.

Καὶ ὅσω αὖ πλείω χρώματα εἰς πόνον, ἰσχυρῶς. idest, Et quanto colores plures non prauī. Iscillet melius, sensus enim est, Quanto colores deiectionum quæ per secessum ducuntur, plures fuerint, modo non sint prauī colores, tãto melius: secus esset, si essent prauī, quoniam in hoc corpore diuersas materias heterogeneas, idest dissimilium naturarum esse significarent, quæ naturæ rebelles essent. Sunt uero qui bonas esse dixerint, quia per deiectionum uarietatem purgationis complementum denotetur. Alij uero dicunt, si plures colores cum deiectione nigra uel medicamento egrediantur, non oportet esse peius, quam si simplex egrediatur. At re uera Hippocratis sensus ille est, quem nos diximus, quia hæc particula illi particula iam dictæ correspondere debet, & quanto colores magis prauī fuerint plures, peius: ita per oppositum hæc sententia in euacuatione per medicamentum ponitur, quanto colores plures & non prauī per medicamentum exierint, tanto melius: sicuti præcedentes erant tanto peiores.

Sed dubium mouere posses, quia in aphorismo quartodecimo secundi libri dictum est: In profluuijs alui mutationes excrementorum iuuant, nisi ad mala mutatio fiat. Hic uero excrementorum mutationes taxat. Responde, quod in hoc loco de his mutationibus intelligit, quæ in principio apparent: in secundo autem libro De mutationibus, quæ postea apparent, loquitur: uel melius, quod in hoc aphorismo mutationes excrementorum taxat, quando sunt colores uarij, & malī, in secundo autem libro iuuare dicit, quando sunt boni colores.

GALÉNVS

DE deiectionibus nūc ipsi est sermo, quæ à priscis quidem nigra uocantur, bilis uero nigra exquisita non sunt. Nam acre, & corrodēs, & acidum non habent. Multo uero magis, neq; in terram effusa buliunt: uerum est, sicuti quis describens imaginem, diceret manifeste, ueluti sanguinis limus, qualis uinis crassioribus iam consistentibus solet subsidere, quem fecem nominant: quæ si diutius moretur in corpore, & neq; per aliquem sensibilem effluxum, neq; occultum exernatur, uerum trasmutetur, atq; putrescat, fit bilis nigra exquisite. Antequam uero hæc generetur, splen trahit eam quæ est ueluti sanguinis fex, hepar expurgans, quemadmodum in commentarijs de potentijs naturalibus est demonstratum. Et quidem utitur hoc melancholico humore ad sui nutritionem splen: & quantam ipse fecerit superfluitatem, hanc rursus totam expellit ad uentrem unã cum alijs superfluitatibus excernendam. Si quando igitur neque splen bene expurgauerit, & ille qui in hepate continetur sanguis, multum huius limosæ superfluitatis habuerit, accrescet debilitas uisceri, ita quod non continebit in se ipso superfluitates: & tunc illæ, quæ nigrae uocantur, fient deiectiones, de quibus nunc sermo habetur ab ipso. Adiecit autem suo sermoni, ueluti sanguis, tale quoddam ostendens: qualis fit sanguis denigratus, dum per intestina defertur, tales sunt nigrae deiectiones. Nam extremæ dementiæ fuerit existimare sanguini secundum naturam se habenti, tales deiectiones assimilari. Fient etenim hæc & rubra & nigra. Atqui impossibile est sanguinem eundem & rubrum & nigrum esse. Plurimas uero huiusmodi deiectiones, in pestilenti hoc morbo longo conspeximus, quæ non magis in his qui exitio proximi erant, quàm in alijs saluandis apparebant, non tamen uel in principio, uel in cremento morborum conspiciebantur. Tunc enim quæ euacuabantur, erant & flaua & ruffa colore colliquamēta; quæ uero mox apparebant, nigra erant, ueluti sanguinis fex, siue ipso superaffato habuissent generationem, siue quum aliquam

extraneam

extraneam putredinem assumpsissent, illis quæ in uentriculo fiunt cruditatibus proportionaliter, quãdo ad uitiosos humores corruptio terminauerit. Quare ab initio quidem nunquam ad bonum fiunt huiuscemodi deiectiones, magnam uicæris læsionem ostendentes: ad morbos uero consistentes sequuntur sæpius, natura superfluitates expurgantur. Non tamen hoc in aphorismo adiecit Hippocrates, quamuis alibi dixerit in uniuersum, signa iudicatoria non statim appareant. In sequenti autem aphorismo particulatim, dum inquit, Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis uel supra uel infra exierit, tale est. Nunquid igitur satis uisus est sui animi manifestare sententiam, utens hoc uerbo Venientes, quod temporis spatium ostendit, tãquam uidelicet per morbum totum, uel per longum ipsius tempus tales ueniãt deiectiones. Si enim aliquod unum tempus ostendere uoluisset omnino, uel quæ post apparuissent, uel quæ uenissent, protulisset Non sponte ueniẽtes. Hoc enim uerbum Venientes, non aduenisse, sed aduenire significat. Assumpto tamen medicamento quod uim habet purgandi nigra, talia deijci, nihil mirum. Sic quidem multi deiectionum colores præter naturam, sponte quidem euacuari, multarum atq; malarum in corpore dispositionum sunt signa. A medicamento autem ducti uim habente, plures humorum species euacuare, nihil absurdum significat.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, per nigras deiectiones quid intelligere oporteat: notatq; aliud esse apud antiquos dicere, nigras deiectiones, & bilem nigra exquirit: quoniam hæc exquilita bilis, acris est, corrodens, & acida, & quæ si in terrã ceciderit, ebullit. At deiectiones nigrae hoc non faciunt. Si quis uero harum deiectionum imaginem referre uoluerit, hic dicere poterit, deiectiones nigras esse ueluti sanguinis limum, aut crassioris uini fecem, qualem superiori anno in magnifico domino Prisciano uidimus, in morbi initio, breuiq; ex ea ægritudine obiit: nam secunda die bilem atram exquilitate deiecere cepit, sexta die obiit.

Quod legitur, Quæ à priscis quidem nigrae uocantur: legi debet, A priscis medicis, quoniam Græce est, ἀπὸ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν.

Quod etiam legitur, Bilis uero nigrae exquirit non sunt: legendum est, Bilis uero nigra exquirit non est. Græce enim dicitur, μέλαινα δὲ ἀκριβὴς οὐκ ἐστὶ χορὴ.

Et deinde quod legitur, Multo uero magis neq; in terrã effusa bulliunt: lege, Effusa. Et id quod ita scriptum est, Verum est, licuti quis eius describens imaginem diceret manifeste hoc Græce habetur, ἀλλ' ἐστὶν ὡσαύτῃ αὐτῶν ἐκείνων ἔπειτα σφῶδες. id est, Sed est sicuti si quis alsimulans manifeste dixerit.

Quod etiã legitur, Qualis uinis crassioribus: lege, Qualis & uinis crassioribus: Græce enim habetur, οἷα καὶ τοῖς παχέσι οἴνοις.

SECUNDO Galenus docet, quod hæ nigrae deiectiones si in corpore commorentur, & neq; occulte neque palam excernantur, sed corrumpantur, bilis nigra exquilita fiunt, quæ prius quàm generetur, lien iecur expurgat, & ad seipsum illam crassam partem trahit, quæ est ueluti sanguinis fex: ut Galenus in libro De potentis naturalibus ubertim docuit: lienq; hoc nigro humore, ad sui nutritionem utitur: superflua uero quæ in hac nutritione fiunt, ad uentrem transmittuntur, ut unã cum alijs superfluitatibus excernantur. Nonnũquam uero accidit, quod lien non bene expurgat iecur: nec etiam id superfluum quod in se habet, unde in iecore talis fit sanguis qui multũ limosam superfluitatem commixtam habeat: propterea necessarium est ea uiscera debilitari, iecur inquam & lienem, propterea multas huius generis superfluitates cõtinere non poterunt: imò necesse est, quod per modum symptomaticis excernantur: tuncq; deiectiones nigrae apparent, quas in hoc aphorismo pessimas esse Hippocrates testatur.

Quod in hac parte legitur, Quæ si diutius moretur in corpore: Græce est, χρονίζουσα δὲ αὐτῇ ἐν τῷ σώματι. id est, ipsa autem si diutius moretur in corpore.

Quod etiam legitur, Et quantam ipse fecerit superfluitatẽ, hanc rursus totam expellit ad uentrem, in hac parte deest particula Rursus, quæ sibi primo poni debet: Et quantam ipse rursus fecerit superfluitatem. deinde iterum poni, Hanc rursus, quoniam contextus Græcus ita habet, ὅσον δὲ αὐτῷ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐργάζεσθαι πρὸς τὴν μακροῦ ἀδὲ πᾶν πάλιν εἰς τὴν γαστέρα μετὰ τῆν ἀλλαγὴν πρὸς τὴν μακροῦ ἰκκαὶ ὑπόμεινον. Quantumcunq; rursus ipse fecerit

fecerit superfluitatē, hoc rursus impellit in uentrē cum ceteris superfluitatibus excretū.
TERTIO Galenus illam particulam, ueluti sanguis, interpretatur, quam dicit esse positā, ut ostendat tales oportere esse deiectiones nigras, qualis est denigratus sanguis, dum per intestina defertur. nam is delirus esset, qui existimaret tales deiectiones sanguini secundum naturam se habenti similes esse, nam hæc deiectiones rubræ & nigræ fiunt. At impossibile est, sanguinem hunc habere modum, scilicet rubrum simul & nigrum esse. Refertq; se uidisse plures similes deiectiones in quodam pestilenti morbo suo tempore, quæ in ijs apparebant magis qui exitio proximi erant, quàm in alijs saluandis, sed non in principio, uel in augmento, in his enim temporibus exibant colliguamenta flaua & ruffa, postea ruffa sequebantur, uel ob nimiam caliditatem superassantem, uel ob extraneam putredinem mixtam, cruditatibus, quæ in uentriculo sunt, proportionatam, quando corruptio ad uitiosos humores terminatur.

Quod in hac parte legitur, Quæ uero mox apparebant, potius legerem: quæ uero posteriori tempore apparebant, nam Græcus contextus habet *τὰ δὲ ὑσφραυ ὑπὸ φαινόμηναι*.

QUARTO docet, quod hæc deiectiones nunquam in principio bonæ sunt, quia malignam uisceris læsionem significant: sed in consistentia fiunt sæpe natura superfluitates expurgantē.

QUINTO Galenus in Hippocratem ambigere uidetur, cur hoc non annotauerit, in principio pessimas esse, in augmento uero non pessimas. uidetur ferè tacite respondere, id ex his quæ alibi dixerat colligi posse. alibi uero dixerat, signa iudicatoria nō statim apparere. uel dicas, quod in aphorismo consequente hoc particulariter tractat: uel eius sententiam manifestauit utens hoc uerbo uenientes, quod temporis spatium significat, ac si per longum temporis spatium, uel per totum tempus tales deiectiones uenire significet. nam si unū tempus specificare uoluisset, id egregie facere sciuisset, uel quæ post apparuissent, uel quæ uenissent (aut nos eius uerbis utamur *ἢ ἢ ὑπὸ φαινομένη ἢ ἐλθόντα ἐπιγνῆ*) & non dixisset uenientes, quia hoc uerbum uenientes, non aduenisse, sed aduenire significat.

Quod legitur, Non sponte ueniētes, aliqui sunt qui demunt illam particulam, sponte, quam nos potius addendam iudicamus, quia contextus omnes Græci ita habent, *οὐκ ἀπὸ τῶν φυσικῶν ἰόντα*.

Deniq; si medicamentum accipiatur, quod uim habeat nigros humores euacuandi, nihil mirum si exeant. Multi etiam humores diuersorum colorū sponte euacuati, multas malas dispositiones in corpore esse ostendunt: at nihil refert si à medicamento uim plures humorum species euacuare habente ducantur.

APHORISMVS XXII

MOrbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis, uel supra, uel infra exierit, letale.

BRASAVOLVS

DE humore nigro in præcedenti aphorismo sermonem habuit Hippocrates, nunc de atra bile naturali pertractat, quæ si uel supra, uel infra exierit, in quorumcunq; morborum principijs signum letale est. quoniam significatur in hoc corpore ingentem malignæ materiæ copiam abundare, quæ à natura superari non potest. Philotheus autem iudicauit, hunc aphorismum esse ueluti exemplum præcedentis aphorismi, dicit enim: *ὅτι παραδείγματι δέσμι τῷ πρώτῳ ἀφορισμῷ. ὡς τινὲς γὰρ ἀφροῦνται, ὡς ὅτι πότε, κάκιον, τὸ δὲ μίλαν αἷμα διαχωρίσματα, καὶ τὰ ἄλλα πονηρὰ ἐκκρινόμενα.* idest, Hic aphorismus præcedentis exemplum est, ueluti quodam dubitante, quando malum est hoc quod dicitur deiectiones ueluti sanguis niger, & alia praua quæ excernuntur. In hoc aphorismo ferè ab Hippocrate respondetur, tempus esse in morborum principijs. At de omnibus his, hic sermonem non habuit, quæ uarios habent colores, sed ut dicit Philotheus, *ποιεῖται οὗ τῶν λόγων πρὸς ἑνὸς τῶν πονηρῶν χρωμάτων.* idest, Igitur circa unum prauorum colorum sermonem facit,

Νοσημιῶν τῶν ὀξέων ἀρχομένων. idest, Morbis quibuslibet incipientibus.] Recentes de morbis à sola bile factis intelligunt, alij ab atra bile. Nos simpliciter Hippocratem in quocunq; morbi genere, à qualibet materia facto intelligimus, in principio uniuersali in quo nulla est coctio, & nihil probum exire potest, quia omnia cruda sunt. Celsus in secundo libro capite sexto uniuersale morbi principium ostendere uolens, ita aphorismum interpretatur: & cui protinus in recenti morbo bilis atra uel infra se ostendit. Hæc particula, protinus in recenti morbo, apud Celsum principium uniuersale intelligi potest.

ἢν χολὴ μέλαινα. idest, Si bilis atra.] Quæ scilicet uera atra bilis sit, & non humor niger. Recentes quia in suis interpretationibus habuere sel nigrum, propterea distinctio, nes uarias ponunt, quæ ad rem ipsam non sunt.

ἢ ἀνω, ἢ κάτω ἐπέλθῃ. idest, Vel supra, uel infra exierit.] Supra autem, idest per uomitum, aut per nares, aut per sputum. nam per has omnes partes malum est: sed peius per uomitum, quàm per nares, & quàm per sputum: minusq; malum est, per inferius exire, quàm per superius. per inferius autem exire potest uel per secessum, uel per urinam. Si per superiora exeat, & per sputum, ardor in spiritalibus partibus significatur. Si per uomitum cum sumpte natura descendat, raptus materierum ad superiores partes ostenditur. Si uero per inferiora exeat, uehementis adustio in liene, iecore, & intestinis significatur: imò insanabilem intestinorum difficultatem inferunt. Propterea dicitur,

Θάνασιμον. idest, Mortale.] Nam ut plurimum qui hanc bilem atram emittunt, moriuntur, quamuis nos curauerimus Capitanæum Caprilem Ferrariensem uirum robustissimum, qui in morbi principio supra, & infra atram bilem emittebat, tamen sanatus est: sed ab ea egritudine adeo peruerse tractatus est: quod per sex mensium spatium conualescere non potuit. Huius uero causam assignat Philotheus, cur scilicet mortale sit hanc atram bilem exire, inquit, ὅτι σημαίνει τὴν φύσιν παντελῶς κακῶς ἔχει. ἔθ' ἄρα ἔσθ' ἢν τῆ φύσει, τὰ πῶτε τῆ πρῶτον πειρήσῃ, ἔθ' ἄρα τὴν ἐξ ἄνω φύσιν αὐτῆν ποιῆν, ὡς τε οὐ εἰ ἐξομῶντα ἢ ἀρχαῖς. οὐ νόμος φύσεως ἐξομῶντα, ἀλλὰ τῆ οὐκείας αὐτῆν τυραννίδι. idest, Quod significat naturam omnino male habere, mos enim nature est, prius superflua concoquere, & tunc ipsum forum euacuationem facere. quamobrem si in principijs euacuantur, lege nature non euacuantur, sed propria ipsorum tyrannide. Cum hanc causam posterit, statim aliam prosequitur idem Philotheus inquit, ὅτι ἡ μέλαινα χολὴ διαβρωτικὴ ὄσιν. ἔχει γὰρ τὴν φύσιν ἐκ μελαγχολικῆς χυμῶ συμπομιχῆς, ἢ ἐκ ξανθοῦ χολῆς ὑπερσημιχῆς. αὐτῆ οὐ εἰ μὲν κἀπο φεχθὸν ἔσθ' ἄρα φέρεται, εἴη καὶ διβρώσκει, καὶ διασφρατίζεται ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. εἰ δὲ ἀνωθεν, εἴη τῆ συμπερὶ καὶ ἔλκεθι, καὶ εἰ συμπερὶ εἰαν φέρεται τῶν ἐγχεσφατοῦ, καὶ τὰ ἄλλα μόρια, εἴη οὐ τὰ αὐτῆς τὰς ἀπίας θανάσιμον. idest, Quod nigra bilis exedit, quippe ex melancholico humore putrefacto generationem habet, uel ex flaua bile immodice afflata. Ipsa igitur si deorsum adducatur per intestina, abradit & exedit, & intestinorum difficultatem facit. Si uero sursum uersus, abradit uentriculum & exulcerat, in cerebrumq; & in alias partes mutuam perpektionis respõsum fert: ob has igitur causas mortale. Oribasius uero totam rationem ex hoc reddit, quia uiscosa (inquit) est, perniciofa, pessima, acerrima adeo, ut dysenteriam excitet quando emanauerit: tunc significat naturam iam cum uitalibus interius præfocari ab ipsis, quæ natura non ut superflua respuit, sed quod iam retinere nõ ualuit. Hæc Oribasius. At quamuis superius in præcedenti aphorismo differantiam posuerimus inter bilem atram, & sanguinem nigrum, tamen hic de hac re Philothei sententiam asserere non grauabimur, inquit ille, ἰσίου δὲ, ὅτι τὸ οἶον μέλαν ἅμα διαχωρηματα, τὴν μελάνην χολὴν αὐτῶ διαφέρει. ἢ μὲν γὰρ μέλαινα χολή, τὸ δειμν, καὶ διαβρωτικὴ, καὶ σφρατίζεται, καὶ εὐλθρον πρὸς κίπνται. τὸ δὲ οἶον μέλαν ἅμα, τῆν ποιόντων οὐδὲν ἔχει, ἀλλ' ἔστιν ὡς πρὸς τὴν ὕλην ἅμαται. ὅ, ὡς εἴ τι σι παχέσιν οἴνοισι, ἢ σινοεσπληνὴ πρῶξ. idest, Sciendum autem, quod hoc quod dicitur, de iectione sicuti sanguis niger, ab atra bile sic differunt. atra enim bilis densa, & exedens, & acuta, & splendens dominatur, quod autem est ueluti sanguis niger, nihil horum habet, sed est tanquam materia sanguinis, ueluti in crasis uinis compacta fex.

GALENS

FACTA est à nobis & in antecedente aphorismo distinctio inter humorem melancholicum, & nigram bilem de qua nunc sermo habetur ab ipso, & causam ob quam ab initio

ab initio letales sint huiuscemodi humores, postea uero iudicatorij appareant, in illo aphorismo sufficienter percurrimus, sed & nunc repetemus, quoniam ea quæ sunt ad artem maxime necessaria, sæpe tractare sit melius. Quædo aliquis incipit morbus, si quid excernitur, nihil tunc excernitur naturæ ratione, sed sunt omnia hæc casus præter naturam earum quæ sunt in corpore dispositionum: quo enim in tempore à causis quidem morbum facientibus natura grauatur, adest autem cruditas humorum, tunc aliquid bene euacuari est impossibile: Siquidem oportet coctionem præire, subsequi uero discretionem, & postea euacuationem, ut bona sit crisis, siue iudicium. Hæc autem nos ipse docuit in primo libro Epidemiarum, ita inquit. Coctiones iudicij securitatem salubrem significant. Cruda autem & incocta ad malos abscessus conuersa, iudicationis carentiam, uel labores, uel tempora, uel mortes, uel eorundem malorum reditus. Quando igitur post morbi coctionem aliquis humorum uitiosus excernitur, tunc corpus à natura expurgatur, & propter hoc atra bilis, & alius omnis huiuscemodi humor, ubi signa coctionis in morbi processu apparuerint, bonam significat euacuationem, si uero aliter excernantur sine signis coctionis, exitialis est casus, quare cum in morbi principio semper sint signa cruditatis, mala erit humorum talium euacuatio.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, & superius in præcedenti aphorismo atræ bilis mentionem factam esse.

SECUNDO, illa edocet, quæ expedit sæpe tractare, scilicet in morborum principio illa quæ excernuntur, omnia symptomatice excerni, & non per naturæ rationem, naturæ enim processus hic est, ut in principio nihil excernatur, quia humores crudi sunt: sed opus est primo coctionem præcedere, deinde sequi discretionem, postea euacuationem, ut crisis bona sit, quæ primo Epidemiarum libro docuit. Notaq; humoris discretionem ab humore aliam rem esse secundum Galenum, quam coctionem, quia ipsam à coctione & ab euacuatione distinctam facit.

Quod legitur, Sed sunt omnia hæc casus præter naturam earum quæ sunt in corpore dispositionum. illa particula, præter naturam, illam particulam, casus, determinare non debet, sed illam, dispositionum; ut legi oporteat, præter naturam dispositionum, Græcus enim contextus dicit, ἀλλ' ἐστὶν ἅπαντα συμπτώματα ἢ ἢ τῶν σώματι παρὰ φύσιν διαθέσων. id est, Sed sunt omnia symptomata earum quæ sunt in corpore, præter naturam dispositionum.

Quod etiam legitur, Coctiones iudicij securitatem salubrem significant: sunt uerba Hippocratis primo Epidemiarum, in ipsis deest in principio hæc particula celeritatem, ut legi debeat, Coctiones celeritatem iudicij securitatem salubrem significant. nam Græce legitur, πεπασμοὶ ταχυνήτα βελίσιως ἀσφάλειαν ὑγιεινὴν σημαίνουσι.

Quod etiam legitur, Vel labores, uel tempora, uel mortes. In illa particula, uel tempora, Græcus contextus legit, ἢ χρόνος. quamuis in uno contextu legatur, ἢ τρόμος, & non ἢ χρόνος. τρόμος autem idem significat, quod tremor. Nos primum Epidemiarum Hippocratis librum considerantes, hanc sententiam, quam hic adducit Galenus, in secundo statu esse reperimus prope finem, & ita dicere, Nam coctiones iudicij celeritatem portendunt, certamq; salutem; cruda uero & incocta (licet Caluus legat concocta) & in malos abscessus conuersa, uel malas iudicationes, uel labores, uel tempora, uel mortes, uel eorundem reuersiones portendunt. ubi uides Hippocratem legere, tempora, & non, tremores. At si deinde consideremus quid significet illa Hippocratis sententia, quod cruda portendant tempora, conueniens dictu non uidetur, nisi intellexerimus, quod temporis longitudinem portendunt.

TERTIO Galenus infert, quando post coctionem aliquis prauus humor euacuatur, tunc corpus expurgari. ideo uel sit atra bilis, uel quicūq; alter humor, qui post signa coctionis excretus sit, semper est bona euacuatio. Si uero absq; signis coctionis excernatur, mala est, ut hinc inferri liceat, cum in morbi principio semper cruditatis signa ad sint, talium humorum euacuatio in principio semper est mala.

Quod legitur, Quando igitur post morbi coctionem aliquis humorum uitiosus excernitur; Græce habetur, ὅταν οὖν αὐτὸν ὡς ψεῖρα νοσήματι, ἐκκρίσῃς γρήγορα μολυβδό τινός χυμοῦ.

idest, Quando igitur post coctionem morbi crisis fit pravi alicuius humoris. Ita legunt contextus Aldinus, & antiquus quem habeo; tamen contextum quendam legimus, in quo loco huius particulae *μοχθηρῶ*, idest pravi, habet *καθαρῶ*, idest puri. Nos potius legendum putamus, *μοχθηρῶ*.

APHORISMVS XXIII

Quibuscunque ex morbis acutis, aut diuturnis, uel ex uulneribus, siue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, siue uti sanguis niger de subter exierit, postridie moriuntur.

BRASAVOLVS

DVO præcedentes aphorismi de atro humore sermonē habuerē, uigessimus primus de atro humore, qui tanquam fex sanguinis sit; uigessimus secundus de atro humore, qui sit uera atra bilis. In præsentī aphorismo utrunq; complectitur, & atrum humorem, qui ueluti sanguis niger est, & uerā atram bilem, inquit, Quicūq; extenuati sunt, si atram bilem excernant, aut ueluti sanguinem nigrum per inferna, hi postridie moriuntur. Sine uero extenuati, uel ob acutam febrem, quæ illos extenuauerit, uel ob diuturnā, uel ob uulnus, uel quocunq; modo extenuentur, semper postridie moriuntur. Tamen magnificus dominus Priscianus extenuatus non erat, & postridie mortuus est. sed hic Hippocrates ut certam mortem notaret, addit particulam Extenuatis; quippe quum extenuati fuerint, nulli dubium est, quod postridie moriuntur. Orbasius causam reddit; quia (inquit) nigra bilis, quæ mater morborum dicitur, ipsius humoris superfluitatē significat. Sanguis uero niger significat sui corruptelā; nam uenæ corruptæ, aut effluunt, aut continentur, & sanguis concrefcit, unde etiam niger est. Vera autem ratio cur tam cito ob-eant: quia in hoc uiro pelsimā materiæ abundant, & uires sunt debiles. Vnde & Philotheo dicitur, *αδρῆν γὰρ ἔστιν ἡ πύξις τῶν ἰσχυρῶν ἢ φύσις, ὡς τε μή τε πέλαι διώσθαι, μή τε ἰσχυρῶν, τὰ ὕτω πονηρῶ*. idest, debilis enim est in talibus natura, quam obrem neq; coque re possunt, neq; secernere, quæ in ipsis sunt praua.

ὀνίσοισιν. idest, Quibuscunque.] scilicet hominibus.

ἐκ νοσημάτων ὀξείων. idest, Ex morbis acutis.] Cuiuscunq; sint generis hi acuti morbi, uel sit febris, uel alter acutus sine febre, uel sit acutus simpliciter, uel per acutus, uel exquisite per acutus, uel acutus ex decidentia. De his omnibus uerus est Aphorismus.

ἢ πολυχρονίω. idest, Vel diuturnis.] In quocunq; diuturnorum morborum genere sit.

ἢ ἐκ τραυμάτων. idest, Aut ex uulneribus.] Quæ adeo ingentem sanguinis copiam eduxerint, ut uires debiles effectæ sint. Recentes legunt, Aut abortibus. & ita in antiqua translatione habent, At re uera, etiam si ex abortu extenuatio sit; idem iudiciū ferri debet, & si ex partu; unde statim addidit Hippocrates,

ἢ ἅμαως λελεπισμένοισι. idest, Vel quouis alio modo extenuatis.] Quicunq; sit ille morbus ex infinitis qui in mundo sunt, quibus homines extenuari possunt. Intellige uero per Extenuata, multum debilitata; etiā si in corporis mole aliqui extenuati non fuerint, quia uirium debilitas ad huius aphorismi uerificationem satis est; tamen corpora quæ debilitata sunt, simul ac semel ut plurimum tenuiora reddita sunt.

καλὴ μέλαινα. idest, Nigra bilis.] Quæ fuerit nigra bilis naturalis.

ἢ οἷον αἷμα ὑπέλθῃ. idest, Vel uti sanguis de subter exierit.] Noster antiquus codex ita habet, Vel ut sanguis. & non adest particula, niger; & Galenus in Commento non esse ponendam edocet, sed inter interpretandam supplendam, tamen Aldinus codex ipsam posuit, inquit, *ἢ οἷον αἷμα μέλαινα ὑπέλθῃ*. Dicit uero, subter exierit; per hoc nō inficians, si per superiora exierit, quod idem iudicium ferri nō debeat; nam & si per uomitum ex-eant, postridie moriuntur. Propterea nos potius legendū putamus, ut Hagonensis contextus facit, *ἐπέλθῃ*, idest exierit, & non *ὑπέλθῃ*, idest per infernam partem exierit; nam siue per superiora, siue per inferiora exierit, mortem postridie futuram prædicat, & fortē per superiora, magis quàm per inferiora.

Τῆ ὑσθηρῶς ἐκ τῆν ἰσχυρῶν. idest, Postridie moriuntur.] Quid uero intelligendum sit per postridie

postridie, dubium uidetur: multi intelligunt breue spatium significari: alij propinquum diem iudicatoriū. Nos uero intelligimus id quod à particula postridie significatur, id est die sequenti, uel altera die. Antiquus codex qui apud nos est, correxit particulā *ύστερα*, & legit *πύστερα ήμερα*, id est postera die. Oribasius cur moriantur edocere uolens, inquit, Et tribus quoq; modis moriuntur: hoc quia laborat natura: altero quia ipse sanguis unde habuit alimentum natura, emanat: tertio quod locum ubi confederit, occidit & debilitat, quare postero die moriuntur. Imò ipse hoc loco pulsū tendentis ad mortem in ordinem ponit: nam primo (inquit) fluctuosus pulsus iuxta pollicem, qui est uehemens & frequens, postea uermiculans, qui etiam est debilior priore, deinde formicans, qui proximam ostendit mortem.

GALENVS

SERMO in hoc aphorismo est potentia talis: siue atra bilis, de qua antecedens docuit Aphorismus, siue nigra, quæ sanguini nigro assimilantur, de quibus prior aphorismus, his qui ad extremā extenuationē uenerint, apparuerint, postridie moriuntur. Est enim in talibus natura imbecillis adeo, ut non possint concoquere, neq; discernere, neq; excernere, quæ ita praua existunt. Propter morbi igitur magnitudinē, cum contineri nequeant, effunduntur, & idcirco sunt difficilia. Mortem autē non in postremis afferunt, ut in alijs cōtingit morbis propter uiriū imbecillitatē. Ostendit tamē in hoc aphorismo manifeste, quod & in priore, cum dicebat, Deiectiones nigre qualis sanguis, subaudire oportet niger: ut tale sit plenū deiectiones nigra, uel qualis sanguis niger. Ostendit autē & quod nos bene à nigris bilem nigra separauimus. Hæc enim sanguini denigrato similia uidentur, differētia in eo quod fusa sunt, & non concreta, ut ille. Nigra autē bilis & in eo quod fusa est absq; cōcretionē, & quia fulgentē habet nigredinem, & præterea mordax est, sicuti acetum, & terram abradit, atq; fermentat, quorum nihil nigris adest.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus aphorismi sententiā enarrat, inquit, Si atra bilis, aut sanguis niger exierit, in his qui extreme extenuati sunt (notatq; hanc extremā extenuationem) postridie moriuntur, quia naturam adeo imbecillē habent, ut concoquere non possit, neq; discernere, neq; excernere illa quæ ita praua existunt. Ex quo loco id etiā colligere oportet, aliud esse concoquere apud Galenum, aliud humorem ab humore discernere, & separare. Cum uero morbus ingens sit, hæc contineri non possunt, sed effunduntur, & magnam difficultatem ostendunt.

Quod legitur, De quibus prior aphorismus: Græce est, *πὸς αὐτὸ τὸ ἐκείν.* id est, de quibus aphorismus qui ante illum.

Quod legitur, Propter morbi igitur magnitudinem cum contineri nequeant, effunduntur: Græce est, *ὅτι μὲν οὐκ οὖν τὸ νοσήματ' ἀρχέται μὴ σιγήματα.* id est, propter magnitudinem igitur morbi effunduntur, non tolerantia. Antiquus contextus quem habeo, hanc partem aptat, legens *ἀρχαῖα τὸ μὴ σιγήματα.* id est, excernit non tolerans, uel non contextum. Quod legitur, Et idcirco sunt difficilia: Græce est, *καὶ ταύτη χαλεπὴ.* nos potius legendum putamus, Et idcirco sunt molesta. ut facilius id quod dicitur exprimitur: quamuis uocabulum *χαλεπὴ*, difficile etiā significet.

SECUNDO Galenus docet, mortem postero die sequi ob uiriū imbecillitatem, sicuti & in alijs morbis fit, in quibus uiriū imbecillitas est causa mortis.

Quod legitur, Mortem autem in postremis afferunt, legendum est, Mortem autem altera die afferunt Græce enim est, *πὸ θάνατον ἢ ὑστερῶ φέρει.*

TERTIO Galenus docet & in hoc aphorismo quando dicitur, Et ueluti sanguis, addendum esse uel subintelligendum, niger. Sicuti etiam fecit in aphorismo uigesimo primo, ubi dicebat, Deiectiones nigra, uel sicuti sanguis: subaudire oportebat, niger.

Quod legitur, Ostendit tamen: Græce est, *ἐδείκνυσε μὲν.* id est, ostendit quidem.

Deniq; Galenus docet, ab Hippocrate differentiam ostendi inter bilem nigram, & sanguinem nigrum: quam differentiam & ipse superius posuerat. hic uero differentiam in aliquibus manifestius ostendere uidetur, quàm superius fecerit. nam dicit, humores ueluti sanguis niger, sanguini denigrato similes uideri, ab ipso autem denigrato sanguine in hoc differunt, quia sunt fusa & non concreta, ut est sanguis denigratus: & nigra bi

lis est quidem fusa, & fulgentem habet nigredinem, & mordax est, sicuti acetum, & terram abradit atq; fermentat: quas operationes nigra illa excremeta, quæ sanguini nigro afsimilantur, facere non possunt.

APHORISMVS XXIIII

Difficultas intestinorum, si ab atra bile inceperit, letalis est.

BRASAVOLVS

ALIAS à nobis dictum est, in tertio præsertim Aphorismorum libro, falsam pituitam, atram bilem, & flauam bilem difficultatem intestinorum inducere posse: & præter hos, nullum alium humorẽ eandem uim habere. At si tu in medium afferas, bilem prælineam, & eam quã Auicenna suo nomine zinariam uocat, erugini ferri similem, quum hæ ex bilis naturalis aduisione fiant, eas ad atræ bilis symptomata deducere oportet: nempe & difficultates intestinorum, quæ ab his incipiunt, letales sunt: modo sint huius generis biles per aduisionẽ factæ, & non humores eodem colore imbuti, uiridi inquam & eruginoso, qui quãdoq; ex incoctione in nostro corpore nascuntur, sed biles non sunt: imò potius inter pituitæ species numerari debent. Ad rem igitur. Quæ à flaua bile fit, intestinorum difficultas, ita perniciosa non est, sed ex ea multi sanantur: sanantur quoq; & qui ex falsa pituita affecti sunt. At si ab atra bile initium habuerit (ut hic dicit Hippocrates) letalis est. Ulcera enim profunda in intestinis facit, quæ ob intestinorum tenuitatem sanari non possunt. Et ut Philotheus hic dicit, *εἰ γὰρ ὑπὸ τῆς γῆς τῶν χροῶν ἡ μίλαινα χολῆς (υμοιοὶ αὐτῶν, ὅσα τὸ δεινὸν καὶ λεπτὸν, ὡς αὐτὸ ὄφθ. ποικίλ. μάλιστ' ἐν τῷ σώματι ἡμῶν ἀνάγει ῥόνην ποίησε τοῦ ὑγροῦ ὄντι καὶ ἀναδίνου. ὡς τε οὐδ' ὅσα τὸ δεινὸν τῶν χολῆς, θανάσιμον ἢ θνητογενέα, idest, si enim nigra bilis in terram effusa fermentat ipsam, propterea quod acris est & tenuis, sicuti acetum: multo magis in nostro corpore interitum faciet, quum molle sit, & sensibus præditum. Quamobrem propter exelionem bilis, difficultas intestinorum mortalis est.*

Δυσουρείς, idest, difficultas intestinorum.] Quæ solum est, cum sanguis excernitur, & intestinorum abrasiones simul, adeo ut intestina ipsa exulcerentur. Tamen quãdoq; ab alijs membris intestinorũ difficultas inducitur, & non ab intestinis: ita intelligentes, quod alia membra huius generis materias ad intestina transmittant, quæ ea excoriant, at materia illa ab ipsis intestinis initium non habeat. Nos Hippocratem de ea intestinorum difficultate potius loqui putamus, quæ ab intestinis initium habet: fit quãdoq; ab extrinsecis causis, ut à falsugineis cibis, amaris & excoriatiuis: sed nisi in intestina ue hemeter impresserint, & illius generis humorũ multitudinẽ genuerint, illis cibis posthabitis ex se ferè sanantur. *ἢν ἔξ μελάνας χολῆς ἀρξῆται, idest, si ab atra bile inceperit,*

θανάσιμον, idest letalis.] Scito autem bilem atram ex omnium humorum aduisione fieri posse: tamen illa sola letalem dysenteriam facit, quæ ex aduisione bilis, uel atræ bilis fit. Et ideo hic atram bilem intellige, ex bilis aduisione, aut atræ bilis faciam.

Si uero dicas, uideri bilem flauam, dysenteriam periculosiorẽ inducere debere, quàm uel adustam, uel atram bilem, quia magis calida, magis subtilis, & magis penetrans. Respondemus, hanc flauam bilem facilius à natura regulari, & facilius ad benignum conuerti. Atra uero bilis magis inhæret, & ob eius lentorem dimoueri non potest: nec medicamenta intestinis inherere possunt: quia ab hac atra bile iam occupata sunt, & ita inhæret, ut intestinorum cancer appellari possit, & Galenus eam dixerit, ueluti cancerum intestinorũ, unde Galenus in libro De atra bile, secunda pagina, inquit: Nunquid enim dum flaua bilis in partem aliquam decumbit, erysipelas generabitur: dum atra, carbunculus & cancer? Quoniam profundæ corporis partes adamantis naturam sortitæ non sunt, sed eisdem quoq; subiiciuntur affectibus. Quorum utiq; causam effectricem certo poteris cognoscere, in his clare bilis utraq; intestina rodere. Aliàs aliud apparet, cuiuscũq; potissimũ inhæserit. Interdum dysenteriam longe periculosissimã, & nullo pacto curabilem pariunt. Atq; hinc Hippocrates in aphorismis scriptum reliquit, Dysenteria si ab atra bile inceperit, letalis est. Ego aut insanabilia esse omnia, quæ propter atrã bilem exulcerata

exulcerata sunt, affirmati; nisi quis sanationē uocare uelit, quando partem affectam orbiculatim ad sanas ac integras usq; excideris uniuersam. Quemadmodum igitur intestinum ab atra bile, nulla curationis spe exulceratur; periculose uero à flaua, constat alias partes singulas, quæ in alto latēt, longe intestinis esse nobiliores. Huc accedit, q̄ intestina facilius curari possunt pharmacis, quæ per anum mittuntur, affectis partibus statim incidētibus: in alijs neq; hoc facile potest fieri. Vnde ex Galeno hic habes, dysenteriam ab atra bile factam, insanabilem esse: tãto minus morbi alij in alijs partibus, qui ab atra bile fiunt, sanari poterunt: tum quia intestina ignobiliora sunt, tum quia medicamenta per intestina transeunt. Quod dictum rationē quandam à recentibus factam, absurdam reddit. Nam ipsi rationē reddere uolentes, cur hæc dysenteria quæ ab atra bile fit, insana bilis sit, inter alias suas causas hæc referūt, quia remedia ipsis applicari non possunt. Cuius oppositū hic dicit Galenus, Remedia inquā intestinis facilius applicari, imò medicamenta per ipsa transeunt intestina. quod de his quæ per os sumuntur, intelligere oportet. Et ad partes penitiores comparationē facit, nam si de partibus superficialibus intelligeres, ut dicit in hoc cōmento Galenus, ipsis facilius remedia applicātur, q̄ intestinis. hocq; uerū est in his medicamētis quæ forissecus applicant, non aut in his quæ bibunt & deglutuntur. Galenus quoq; in Introductorio sibi adscripto dicit, dysenteria factam ab humore acri incurabile esse. At si locum illum contēplemur, id nō dicit quod multi putant, dysenteria talem esse incurabile: sed dicit, Hippocrate prohibere ne curetur, & de dysenteria loquitur, quæ in morbi decessione fit, & quæ secundū Hippocrate curari non debet: causam uero addit Galenus, ne aliū quempiā maiorē morbū accersat. Galenus etiā in quinto libro De usu partū, docere uolens naturā esse iustissimam, quæ omnibus mēbris quæ sibi cōueniūt, tribuat, ut nervos maiores partibus quæ magis sentire debēt, & minores partibus quæ minus sentiūt, & ad nutrimentū mēbra transeūt, p̄pterea docet, intestina unū quēdam neruū & illum parū habere: unde sensum aliquē, & non perfectū neq; exquisitū habēt. Tunc inquit: unde alicubi ait Hippocrates, dysenteria si ab atra bile inceperit, letale. An uero aliqua dysenteria incipit à nigra bile, dysenteria si habētibus intestinis, ut cōfestim quod cōtristat expellāt, fortassis utiq; interrogabit nos aliquis. Ad quē respōdere iustū est, quod incipit, aperte apparet: causam uero si uis, eius quod fit discere, memēto mihi reuolutionū, quas ut non effundat, exeatq; cito ab intestinis cibus, factas esse mōstrauimus. In cōuersionibus enim & fluxionibus intestinorum detēta quādoq; acris superfluitas, primo quidem radit intestinū, deinde aut & corrodit: ex quo igit & nūc nō sufficit sentiēdi facultas, & promptitudo ad nil patiendū: sed ulcerant plerūq; aut acredine superfluitate corrosa, aut multitudine immoderata, uelut *κλυσμή*. i. diluuiū aliquo uolēter cōpulsā, quid utiq; putamus ea pati potuisse, si uix sentitua facta essent: p̄pter hanc igit causam unus in unāquāq; circūuolutionē disseminat neruus, sicuti & arteria & uena. unde & si parū sentiāt intestina, tamē male afficiunt, & ulcerant: & ulcerationes fiunt adeo profundę, ut in cancrū transire uideant. Scito præterea, ab Hippocrate dici, Si inceperit: quia hoc dicēs, in intestinis diu fuisse significat: nam cum sit humor tardus & frigidus, tardius imprimat, præsertim quia intestina parū sentiūt. Adde, q̄ si in declinatione sit, ita letalis non est, sed quādoq; bonum prædicat, si morbū aliquē qui in declinatione sit, consequat. Et ideo ab Orisbalio dicitur, Quæ si ab initio ab ipsa nigra bile initiū habuit, omnibus modis mortale est. Sed si prius fiat dysenteria, & sic subsequatur atra bilis, utrum mortem inferet an non? Dicimus id aliquādo, non semper accidere, quia iam affectus debilis inuenitur, uirtus autem fortior.

GALENVS

AB illa quæ à quibusdā ruffa, ab alijs bilis flaua nominatur, magna ex parte incipit intestinorū difficultas, abralis prius in summa parte propter humorū acritudinē intestinis: postea uero exesis, adeo q̄ exulcerent. Hanc igit intestinorū difficultatē sæpe sanauimus. Quæ uero ab atra bile fit, insanabilis est, cum nihil differat à cācro ulcerato. Vbi igitur hic cancer in summa parte cōsistens, sit cū difficultate sanabilis, aut omnino insanabilis, cum tamē possit cōtinuo medicinā habere insidentem, rationabile est illum qui occupat intestina, non solum quia nihil illi continuo adherere potest, uerum etiam quia semper ab alimenti superfluitatibus tangitur, esse penitus insanabilem.

PRIMO Galenus docet, quod multas dysenterias à flaua bile ortas sanauerit, in quibus intestina prius abradebantur, deinde uero a deo exedebantur, ut ulcerarētur. & nos hoc anno millesimo quingentesimo trigefimoseptimo, qui hunc morbum ferè epidemicum habuit, multos ope medica sanauimus.

Quod legitur, A quibusdam ruffa, ab alijs flaua, duo sunt uocabula Græca hoc in loco, *ῥυφία* & *ξανθία*. Leonicensus interpretatur *ῥυφίαν* ruffam, Hermolaus pallidam, & luteam, ea autem bilis lutea est.

Quod legitur, Abrasis prius in summa parte propter humorū acredinem intestinis, illa particula in summa parte, in contextu Græco non adest; Et illa, humorum, legit humoris, inquit enim, *ξυμβίβρωσι μὲν τὰ πρῶτα τῷ τῷ χυμῷ δριμύτητι τῆς σφόδρας*. idest, exulceratis quidem prius propter humoris acritudinē intestinis. & melius est legere humoris, in singulari, scilicet biliosi; quā humorum, in plurali; quia de flaua bile hic tantum sermo fit. Quod etiam sequitur, Postea uero exelis adeo quod exulcerētur: sequi debet, & accidat, uel fiat dysenteria, nam Græcus contextus ita habet, *ἀναβιβρωσικῶν δὲ ὕστερον ὡς ἐλκῶν δαίται, καὶ γίνονται δυσεντερίας*. idest, Postea autem exelis adeo ut exulcerentur, & fiat dysenteria; tamen in antiquiori meo codice illa particula est obelo confossa.

SECUNDO Galenus docet, dysenteriam ab atra bile factam, insanabilem esse, quia ab ulcerato cancro nihil differt. Cancer autem si in summa corporis parte sit difficulter sanatur, aut non sanatur: cui tamen possunt continuo applicari remedia, quanto magis intestinorum cancer insanabilis erit, cui præsidia quæ inhæreāt, applicari non possunt. Secus est de præsidijs quæ per os dantur, nam illa (ut Galenus in libro De atra bile docet) melius eunt ad intestina, quā ad alias partes, tum etiam quia semper intestina à su perfuitatibus alimenti tanguntur. Ideo hæc dysenteria insanabilis est.

Quod legitur, Non solum quia nihil illi continuo adhærere potest, loco huius particulae, nihil, Græce legitur Nullum medicamentū; dicit enim, *οὐ μόνον τῶ μὲν ἔχει δαίται δαίται δαπανῶν ὀμιλῶν φαρμάκων ἐαυτῶ*, id est, non solum quia nullum medicamentum illi continuo adhærere potest.

APHORISMVS XXV

Sanguis quidem supra, qualiscunque fuerit, malus, infra autem bonus est.

BRASAVOLVS

QUOTIES humor aliquis per uias sibi improprias euacuatur, nunquam bonum est; per proprium uero & conuenientem meatum euacuari bonū est. Quod sanguis per superiora euacuatur, est regio non propria: per inferiora satis propria, ideo sanguis, qui per superiores partes euacuatur, qualiscunque sit, malus est: qui uero per inferiores, bonus. Philotheus dicit, *καὶ σφόδρα πρὸς τὴν ἐκνώσεως τὴν βία συνήματ' ἐξελέγται*. idest, Et hic de euacuatione per uiolentiam symptomatis disputatur.

Αἷμα ἀνωθεν μὲν. idest, Sanguis quidem supra. Potest autem sanguis superius exire, & per nares, & per os, & per oculos, & per aures. Si per nares exeat, non semper malus est, sed plerunq; optimus, nam eo nonnunquam optime crifes fiunt, & multæ agritudines (Oribasio etiam teste) sanguine fluent ex naribus sanantur, ut caufon, & synochus, & angina, & dolor capitis. ideo hic Hippocrates, de exitu sanguinis ex naribus sermone non habet, quoniam tantus author mentiri non solet, nec fallere lectorem. ex auri bus non nisi rarissime sanguis exit, aut ex oculis, nisi hæ partes percussæ sint. ideo malus est, qui ita exit sanguis, saltem per uiam signi. Tamen nos religiosam uidimus, & nunc curamus, quæ mensis non habet, quem in ea ætate sit, in qua habere deberet: at singulis mensibus sanguinis copia ex oculis & auribus exit. Aliam curauimus, & sanitati restituius, cui singulis mensibus sanguis ex ore prodibat. Plures uero nouimus, & nunc cognoscimus, quibus singulis mensibus per nares sanguis scaturit. Siue ergo ex ore prodeat sanguis, siue ex auribus, siue ex naribus, siue ex oculis, semper

semper est malus : quia per inconuenientia loca prodit is sanguis in mulieribus : sed est bonus , quia illos humores euacuat , qui per conuenientem uiam non euacuantur , uia conueniens esset uterus . Malus autem est hic sanguis , quia malas dispositiones tum uteri , tum superiorum partium significat : uteri inquam , quia adeo obstrufus , ut id quod exire deberet , non exeat : partium uero superiorum , quia & ipsa male affecte sunt . nam sanguinem recipiunt , quem recipere non deberent . In uiris autem sanguis semper malus , qui per aures , oculos , & os exit : non autem qui per nares . Galenus , & post ipsum Oribafius , per sanguinem supra , sanguinem per os emissum intelligunt . nam re uera (in uiris preteritum) per aures & oculos , non nisi per uolentiam emittitur : per nares plerumque est bonus : per os uero nunquam est bonus . nam si per os exeat , opus est uel a capite , uel a pulmone , uel a canna , uel a pectore , uel ab ore ipso , uel a uentriculo prodire , a quacumque uero parte harum prodierit , semper est malus , quia in aliqua parte malum praesignificat . nec intelligas , quod sit malus sanguis , id est eius substantia mala sit , quia etiam bonus esse possit , & tamen malum praedicere . Non defunt uero sua indicia si a praedictis locis exeat sanguis . Nam si a pulmone fluxerit , cum tussi expuitur , & ualde spumofus est , atque subtilis . si a pectore uenit , non multum spumofus est , tamen aliquam habet spumam . nam & qui ab ore exit , aliquam spumam habet , quia spiritus qui per cannam ad os transit , ipsum agit . Sed qui ab ore est , cum saliuam exit . Si ex pulmonis canna prodierit , pruritum quidam in illa parte perentitur , & cum rascatione exit . Si ex capite fluat , cum attractione quadam a partibus superioribus ducitur : si a uentriculo , cum uomitur . Sed a quocumque horum membrorum exierit , semper est malus , nam semper malum quid portendit , cum enim per os exit , opus est aliquod praedictorum membrorum disruptam uenam habere , aliter non exiret sanguis : uel os apertum habere . & ideo signum malum est , & ipse sanguis malus esse possit , si mala qualitate affectus esset : tamen quod ipse malus sit , non est opus .

ὄμοιοι ἂν εἴη . id est , Qualiscumque fuerit . Ita antiquus meus contextus habet , sed Aldinus , & alij legunt , *ὄμοιοι ἂν ἦ* . tamen sensus idem est , & etiam uerba : quia *ὄμοιοι ἂν εἴη* in usu est apud Iones : quorum linguam peculiarem habet Hippocrates . Intelligi autem qualiscumque fuerit sanguis , uel bonus , uel malus , uel mixtus alijs humoribus , uel simplex , uel niger , uel ruber , uel calidus , uel frigidus , uel ex uena exeat uel ex arteria , uel crassus , uel subtilis , uel paucus , uel multus . adeo ut illa particula , qualiscumque (si cet sanguinis qualitatem significare uideatur) tamen & ad quantitatem , & ad alia prae numerata ampliatur . Philotheus hoc modo interpretatur , *ὄμοιοι ἂν ἦ , τὸ εἶναι εἴη ἀφῆρ ἢ ἄλλο , εἴη ξυρροῦν , εἴη ἐρυθρὸν , εἴη μέλαν , ἀνάσσει δὲ σωματὸς λευκῶν ἢ κερῶν ἢ δειν* . id est , Qualiscumque fuerit , hoc est siue spumofus , siue flauus , siue ruber , siue niger , sursum per os fluens , malus est .

Κακὸν ἴ id est , Malus est hic sanguis , uel quia malum significat , quamuis contingere possit , quod & ipse sanguis malus sit . Est autem malus secundum Oribafium , quia est uniuersalis excretio : nam ex sanguine totum corpus nutritur : excretionem itaque sanguinis , mors subsequitur . Philotheus autem cur haec mala sint , causam reddere uidetur iniquiens , *εἴτε δὲ τὰ ἀνω μόρια λυσιώπορα εἴη ἢ κάτω , καὶ ἀπὸ τῶ ἀναφορῶν ἀμα , ἢ δὲ ἀπὸ σωματῶν ἢ ἀγγείων , ἢ δὲ ἀνάσσειν , ἢ δὲ ἐν τῷ θύχεται . ὅτι κακὸν δειν* . id est , Quoniam partes quae superius sunt , magis propriae sunt quam illae partes quae deorsum sunt , & ipse met sanguis qui superius fertur , uel per apertionem capitum uasorum , uel per dilatationem , uel per disruptionem exit : quod quidem malum est .

Κατὸ δὲ ἀγαθόν . id est , Deorsum autem bonus .] Ex hoc enim corporis uires , ualidas esse ad ea expellenda quae obesse possunt , significatur , & hoc fit per uias conuenientes . Scito tamen , sanguinem deorsum exire posse per uterum , per anum , per uescicam , & per haemorrhoidas . Qui per uescicam exit , semper malus est , saltem per uiam signi . qui per anum exit , & non per haemorrhoidas , & ipse malus est . nam exire non potest nisi aliqua uena disrupta , quae si sanguinis copiam emittat , pessimus est : si parum , minus malus . Qui per haemorrhoidas exit , bonus , id est (ut Galenus interpretatur praesertim de haemorrhoidibus) minus malus : & quandoque bonus est , quia (ut Oribafius dicit) sanat quandoque a magnis aegritudinibus . nam aliquando melancholicos , aliquando elephanticos sanat , &

corpus

corpus ab atra bile expurgat. Leoniceus ita absolute interpretatur, Infra autem bonus est; & nihil aliud addit. Idem facit Theodorus, qui dicit, Infra autē bonus est; & nihil aliud addit. Sed in antiquo Græco codice quem habeo, & in Aldino, & in omnibus quos uidi, & in antiqua translatione duo alia uerba sunt; hæc inquam, τὰ μέλαινα χρωματίζονται, idest, nigra subfluentia; ut simpliciter non dicat, sanguinem qui per inferna exit, bonum esse; quia etiam malus esse potest. Sed dicit, Infra autē si niger fluxerit, bonus. Hoc Galenus in Commento interpretatur, ut uidebimus. & illi Græci contextus melius se habent, qui illam particulam Nigra fluentia, in fine non ponunt, sed in medio; ut is contextus facit, qui ita legit, κάτω δε και τα μέλαινα χρωματίζονται αγαθόν. contextus uero Hagonensis legit, κάτω δε αγαθόν, και τα μέλαινα χρωματίζονται κακόν. ac si dicat, esse mala quando niger fuerit. Philotheus etiam totum hoc simul coniungere uidetur: deorsum autem bonū nigra subfluentia. Eius uerba hæc sunt, κάτω δε αγαθόν, τα μέλαινα χρωματίζονται, ητοι άμεινον. επειδη άκυρώτορα εσιν τα άνω τῶν κάτω. idest, deorsum autem bonum nigra subfluentia, uel melius, quoniam ea quæ superius sunt, minus propria sunt his quæ deorsum sunt. Sed hac ratione non contentus, alteram ponit, inquit, αγαθόν δε το μέλαινα χρωματίζονται, εχ άπὸ δε μελαγχολικὸς χυμὸς, ἀλλὰ ἢ λευκὸς ἢ εἰς ἀμορροΐδων γιγνόμενος. ἰάται γάρ τα μελαγχολικά πάθη, ὅταν γάρ ἢ φύσις τοῦ ἀνθρώπου πολλῶν ἀδρῶσι τῶν μελαγχολικῶν χυμῶν, και λευκῶν τῶν εἰς ἀμορροΐδων, ἔστω αγαθόν δειν, ητοι άμεινον. και γάρ εἰσὶ αὐτῶν ἢ λευκὸς και εἰως αγαθὸν δειν εἰς τὰς άμετερείας. τότε γάρ τῶν λόγων, πολλακίς ὑδρῶς ἐργάζεται. idest, bonum est (hoc quod dicitur) nigrum excrementum, non simpliciter melancholicus humor, sed euacuatio per hæmorrhoidas facta: nam melancholicas passiones sanat. quando enim hominis natura multum melancholicū humorem aggregauerit, & per hæmorrhoidas euacuatur, hoc bonum est, uel melius: etenim neque ipsa euacuatio proprie bona est ob immoderantiam. Hac enim ratione frequenter hydropes inducit.

GALENVS

DE nigris deiectionibus sermo habitus ab ipso est in præcedentibus Aphorismis, nunc uero de his quæ uel per os, uel sedem excernuntur uerba facit. Quare in proposito aphorismo audiemus ipsum dicentem, supra, eam quæ fit per os solam excretionem, illa quæ fit per nares omissa. Hanc itaque ait omnino esse malam, qualiscumque fuerit is qui excernitur sanguis, hoc est siue spumofus, siue rubeus, siue flauus, siue niger, siue aquosus, siue crassus; melius enim esse inquit, ut infra exeat, & neque huc per modum disrupsi sanguinis, sed paulatim fluentis, ita quod sui exitus tarditate denigretur. Ipsum itaque sanguinem cõfluere omnino ad aliquod intestinum, malum oportet existimare. Melius autem quando paucus, quam quando multus, ueluti disruptus, effluxerit. Quare quod dicitur bonum, non tanquam proprie dictum, sed tanquam melius diceret, est audiendum: quasi ita diceret, Infra autē melius nigra deijci. Vere enim hoc eligibilis, quam per os modo quocumque sanguinem ferri. Hoc quidem dixerit quispiam, eam quæ uidetur in utrisque antiqui pugnam dissoluens, quum aliquando dicat bonum esse, ut nigra deijciatur, quod paulo antea malum dixerat. Contingit autem & ita audire nigra, quæ admodum ipse in Epidemijis dixit de sanguine ex uenis, quod hæmorrhoidas uocant, profluente, tanquam sanante melancholicas passiones. Vere enim iam factæ melancholiæ maximum est remedium sanguinis ex his uenis proflutium, quam etiam si futura sit, prohibet. Sic itaque nobis audientibus sermo talis erit. Sanguis supra, qualiscumque fuerit, malum; infra uero per hæmorrhoidem, bonum, quando nigra euacuatur, hoc est quando hominis natura multum talem accumulauerit sanguinem. Aliter autem non est assuetum ei quæ fit per hæmorrhoidas euacuati, quæ periculosam habet utranque immoderantiam, siue supra modum sanguis excernatur, siue ex toto supprimatur.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus hunc aphorismum præcedentibus continuat; nempe de nigris deiectionibus superius sermonem habuit: de his nunc pertractat, quæ uel per sedem, uel per os emittuntur.

SECUNDO notat, Hippocratē de superiori excretionem solū loqui, quæ per os fit, & non per nares; hæc enim excretio per os semper est mala, qualiscumque sit hic sanguis qui exit.

TERTIO notat, melius esse si inferius exeat, & exponit quid intelligendum sit per bonum

bonum, idest melius, uel eligibilis.

Quod legitur, Melius enim esse inquit, aptius est legere, Melius autem, *ἀμεινόν δέ*.
 QVARTO Galenus dubium facit ut contradictionem remoueat, quæ in Hippo-
 crate uidetur. Quomodo enim hic dicit, si exierint nigra, bonum esse: cum superius di-
 xerit: si deiciantur nigra, pessimum esse? Respondet, superius sermonem factum esse de
 his quæ per intestina & per anũ exeunt. Hic uero de his quæ per hæmorrhoidas fluunt,
 quoniam ex hoc sanguine passiones melancholicæ sanantur.

Quod legitur, Quod paulo ante malum dixerat, in antiquo codice, quem habeo, le-
 gitur *κατὸν*, sed in Aldino *κρίσιον*, idest pessimum.

Quod legitur, Vere enim iam factæ melancholiæ, id intelligendum non est, ut aliqui
 faciunt, quod melancholiæ tempore ueris factæ per hæmorrhoidas sanentur: sed intelli-
 ge tu, uere pro equidem, nam Græce dicitur *ἠδύ*.

Deniq; docet, non esse multum assuesciendum euacuationi per hæmorrhoidas, nam
 continuo in euacuationibus metrum & mensura seruari non possunt, utraque enim
 immoderantia periculosa est: si enim supra modum excernatur, debilis fit, & iecoris ut-
 res deficiunt, uariasq; ægrotudines incidit is qui ita euacuatur. At si non excernatur, &
 hæc uenæ penitus obstruantur, hydropem incidit is cui supprimuntur. Ideo melius est
 huic euacuationi non assuescere, quia secundum equalitatem modum & mensuram ser-
 uare non possumus. Intelligo autem illum esse assuetum, qui hanc euacuationem singu-
 lis mensibus procurabit, ut nonnulli sunt, qui tanquam mulieres statuto mensium die
 expurgantur. Notatq; ex illa parte huius commenti, in qua Galenus sanguinis qualit-
 rates enumerat, & dicit, siue spumofus, siue rubeus, siue flauus, colligi posse unũ solum
 esse humorem apud Galenum, sanguinem, scilicet qui pituitosus est, uel biliosus, uel
 atrabilarius, uel sanguis purus.

Quod legitur, Ex uenis quod hæmorrhoidas uocant: lege, Ex uenis quas hæmorr-
 hoidas uocant.

APHORISMVS XXVI

A Difficultate intestinorum habito, si ueluti carunculæ exeant, letale est.

BRASAVOLVS

HOC est quod ab Hippocrate breuibus dicitur, si quis intestinorum difficultatem
 patitur, & ueluti carunculæ exeant, hunc moriturum iudica: imò adde & breui mori-
 turũ, unde ut Philotheus dicit, *ὅταν δὲ ἐκ τῶν ἐν ἰσθμῷ δυσεντερίας ἐκλήγεται*, idest, Hic
 autem de dysenteria iam disputatur.

ἢ ἢ τὸ δυσεντερίας ἐκλήγεται. idest, Si à difficultate intestinorum detento.] Hoc est, si
 quis dysenteriam patiens cuiuscunq; generis illa sit, uel à falsa pituita, uel à bile acuta,
 uel ab atra bile.

ὅταν δὲ ἐκ τῶν ἐν ἰσθμῷ.] Antiquus contextus quem habeo ita legit. Aldinus uero
 caret illa particula *ὅταν*. Hagonensis legit *ὅταν δὲ ἐκ τῶν ἐν ἰσθμῷ*. Aldinus, atq; Hagonensis
 legunt *ὅταν δὲ ἐκ τῶν ἐν ἰσθμῷ*. At hæc ad Hippocratis sensum nihil referunt, legamus igitur, uel
 si carnes exeant, uel si ueluti carnes, uel si ueluti carunculæ, uel si quales carnes extube-
 rauerint, uel excefferint, sensus continuo in idem incidit. Galenus in quarto libro De
 usu partium, non multum ante finem, intestina duplicem tunicam habere docet, dubi-
 tatz hoc modo, cur tunicæ intestinorum duæ factæ sunt, si similiter quidem se habent
 ambæ? Superflua enim uidetur esse altera. Respondet: sed non est superflua: intestino-
 rum enim tunica facta est duplex, partim ut uirtus excretoria ipsorum esset ualentior,
 partim ut hæc ipsa organa minus afficerentur. Sicut nanq; in uentre manere plurimum,
 ut perfecte coquerent melius fuit cibaria, ita hic non manere, propterea enim quod de-
 feruntur per uiam longam & strictam, diligenter simul & cito, quæ ex eis ad hepar est
 anadosis facta est. Quod autem ad securitatem, & ad dyspathiam, difficultatemq; patien-
 di perfectiorem, continuatioremq; non paruam intestinũ commoditatem duæ tunicæ
 præbent, indicant uel maxime dysentericæ passiones, multis nanq; & persæpe uidimus
 grauior

gratiter diuq; ægrotantibus, magnam partem intestinorum putrescere, ut multis partibus tota interna deperiret tunica. Attamen uixerunt ij, & euaserunt: non tamen sanati fuissent, nisi secunda quædam alia extrinsecus esset super corruptam tunicam. Hæc Galenus, qui eodem loco simul docet intestinū habere unam speciem motus, scilicet propulsoriam. Ideo habet unam speciem tunicæ in transversos & rotundos uillos resoluibilem: unde sunt uilli transversi intrinsecus intestinorum, qui continētur à rectis in parte extrinseca intestini. Experientia autem hoc docet, intestina duas tunicas habere, extrinsecam, & intrinsecam: & inter utraq; tunicam crassities quædam est, quam dicunt esse musculos, & carnem: in intrinseca etiam intestinorum parte, adest quædam ueluti pinguedo, ex his intensio & remissio dysentericæ distinguitur. natura enim hanc pinguedinem fecit, ut intestina lubrica sint, illaq; facilius elabatur, quæ per intestina emittitur: & ut ipsa intestina quantum possibile est, ab acutis materiebus & salugineis tueantur, quæ per ipsa transire oportet. Si bilis, aut atra bilis, hanc materiam ab intestinis abstraherit, initium dysentericæ est: si uero simul pelliculæ quædam cum sanguine exeant, est prima intestinorum tunica quæ exit. Ad hoc usq; patientes sanari possunt: & nos multos sanauimus, & in dies sanamus. Sed cum crassities illa, quæ inter intestina continetur, exit, tunc uidentur quasi carunculæ exire: omnes tunc ferè moriuntur, tamen quandoq; sanari etiam uidimus: & nos ipsi curauimus, quibus carunculæ, aut ueluti carunculæ exhibant. Quum uero secunda intestinorum tunica exit, hæc dysenteria insanabilis penitus est. Rarissimi etiam sunt, qui euadant, quum primam intestini pelliculam affectio transit. Hoc est igitur quod ab Hippocrate dicitur, Si carunculæ in dysenteria exeant,

ἄνθρωπος, id est mortale. ¶ Quia rarissimi sanantur: & non nisi illi, quos æquus amauit Iuppiter. Sunt uero hæc carunculæ, ipsorum intestinorum partes, quæ quum tam magna exeat, ut carnes nuncupari possint, statim amicis ægri, & cognatis, eius mortem prædicat: quoniam neq; caro crescere potest in his membris exanguibus, neq; cicatrix induci, nec ibi possunt applicari præsidia quæ ibi permaneant. Vnde Galenus non uidetur ponere inter intestinorū tunicas carnem, sed esse tunicarum substantiam. Et Philotheus etiam dicebat, *ἀπὸ τῆς ἐν τῷ ἐντέρω μεμειωμένης.* id est, ipsa intestinorum substantia affecta. Dixerat enim exulcerata esse, & tali exulceratione, quæ sanari non poterat. Oribasius uero dicit, nullum membrum esse simile intestinis, quæ intus sunt carnosæ, foris neruosa, & sub carne glutinosum habent humorem. In aliquibus contextibus legitur, Si carunculæ exeant, aut excretiones nigrae, letale est. & Oribasius ita lege re uidetur, inquit: Ergo hoc Hippocrates innuit, Si uelut sanguis niger, aut quasi caro est, mortale est: quia sanguis effusus de loco suo nigrescit, & quanto magis nigrescit, tanto periculosior efficitur locus, nam ex ipso non nutritur ipsa substantia carnis, sed corrumpitur: & si ipsa corrumpitur, quæ erit spes uitæ: Infertq; esse malam dysentericam quæ ab atra bile nascitur: tamen nos non putamus quicquam in hoc loco ab Hippocrate de nigris deiectionibus sermonem haberi: nam superius abunde de ipsis, uno & integro aphorismo pertractauit.

GALENVS

IN difficultatibus intestinorum, quum adhuc constituuntur, quædam corpora pinguis excernuntur: post hæc autem, nisi finiri anticipauerint, quædam ramenta ipsorum intestinorum abiecta horum superficie interiore, quæ membranosa existit, & densa, illi quæ cutem exterius contegit membranulæ proportionalis. Post hac autem & aliquid ex ipsa abraditur substantia intestinorum, in quo tempore non adhuc fieri difficultatem intestinorum, sed iam factam atq; constructam dicimus esse. Quando igitur partes adeo magnæ intestinorum excernuntur in difficultate intestinorum, ut possimus eas carnes nominare, letalem aut esse morbum, quum neq; caro concrecere, neque cicatrix obduci in tali possit exulceratione.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus ordinē intensionis & remissionis dysentericæ describit: primis enim diebus pinguis corpora exeunt: postea si perseveret, quædam intestinorū ramenta apparent: quia interior intestini superficies, quæ membranosa est, exit. Si adhuc perseveret, non fit amplius difficultas intestinorū, sed iam actū facta est, nā partes substantiæ intestinorū exeunt.

Quod

Quod legitur, Cum adhuc constituuntur. Aldinus contextus legit *ἐπι μὲν σωματικῶν*. At antiquus meus idem præcise habebat, sed ab antiquo quodam docto (ut arbitror) uiro emendatus est, & legit *ἐπὶ τῶν σωματικῶν*, idest, cum nuper consistunt, uel constituuntur, nam hic casus in principio dysenteriae est, quod exeunt corpora pinguis, quæ intestinis inhaerent, & nondum est dysenteria, sed fit.

Quod legitur, abiecta horum superficiei interiore. Aldinus contextus pro abiecta legit *ἀπορρίπτωμεν*: sed antiquus cōtextus quem habeo legit, *ἀπορρίπτου* uerbum. Senius uero in idem incidunt.

SECUNDO Galenus docet, tunc esse hūc morbum letalem, cum adeo magna intestinorum frustula exeunt, ut carnes appareant, & carnes uocari possint. nempe neque caro in ipsis intestinis concresecere potest, neq; cicatrix obduci in tali exulceratione, quæ à dysenteria fit.

APHORISMVS XXVII

Quibus in febribus sanguinis fluxerit multitudo, quacunq; ex parte, cum reficiuntur, alui his humectantur.

BRASA VOLVS.

SI uir aliquis febre correptus copiosum sanguinis defluxum inciderit, uel ex naribus, uel ex hæmorrhoidibus, uel ex aliqua alia sui corporis parte, cum hic reficitur, aluum humidam habet, etiam si suapte natura siccam habuerit: quia ex ingenti sanguinis defluxu uires defectæ sunt, quæ integre concoquere non possunt. Sunt autem uires naturalis calor, qui concoquit, non potens uero concoquere, neq; bene attrahere, superfluum alimenti humidum relinquitur, & ex hoc aluus humectatur. Philotheus intelligit hos defluxus per modum iudicatorium fieri: propterea dicit, *ὅτι τὰ ὅλα λέγει, ἐκ τῶν σωματικῶν κελύξας γένεσθαι, τῶσπις ὅτι τῆ ἀναλήξει αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται.* idest, Hic dicit, si in morbis crisis fiat, his in uirum reparatione alui humectantur.

ὁμοίως ὅτι τοῖσι πυρετοῖσι. idest, Quibus in febribus] nam Hippocrates in febribus forte id fieri dicit, quia sæpe eruptiones sanguinis in febribus, & iudicia per sanguinis emissionem in aliqua parte fiunt: tamen & sine febre cum tanta sanguinis copia exierit ut naturalis calor remissus sit, & ferè exhaustus, & hic idem gracilis effectus sit ob illum sanguinis exitum; si reficitur, cum reficitur, aluus humectatur.

ἀμοραγίαι πλῆθος. idest, Sanguinis fluxerit multitudo.] Quia si tantus sanguis non exeat, qui naturalem calorem debilitare possit, Aphorismi sententia in eo casu uera non est. Hoc quoq; non solū intelligi posset in sanguinis euacuatione, sed & in qualibet omnium humorū euacuatione, quia cū tanta multitudo exierit, ut naturalis calor deficiat, aluū humectari opus est. Quod si dicas, in omni debilitate naturalis caloris hoc fieri debere. Respondemus, in omni quidē debere, quādo refectioe opus est; sed quando non est opus refectioe, non humectantur, quia etiā ad plenū non comedunt, ut ij faciūt, qui refici cupiunt. Quāta uero esse debeat sanguinis copia qui exire debeat, non adest determinatus modus, neq; determinata mēsurā; sed hic sit canon qui nō fallit, multitudo tanta sit, quod uires corporis, & naturalē calorem debilitauerit, nam comparatio ad totius corporis sanguinem fieri non debet, sed ad uires & calorem. Auicenna in corpore humano uiginti quinque sanguinis libras inueniri putauit. Quod simpliciter uerū esse non putamus, nam aliqui excedunt, aliqui minus habent. Nos his manibus. 18. sanguinis libras recta lance pōderauimus, quæ ex naribus Illustrissimæ Dianæ Estensis Contrariæ prodire, illo etiā despecto qui per terram, per lintea, per sudaria & sudariola spargebatur: erat autē sine febre, & quia nos illam paulatim refecimus, alui humiditatē non incurrit, cibo enim tenui, & paulatim refecta est, quoad in pristinum uigorem redierit.

ὁμοίως. idest, Quacunq; ex parte,] quia Hippocrates non magnificat, an à naribus fluat, an ab hæmorrhoidibus, an à fracta tēna, sed in febribus ex naribus ut plurimum fluit, hoc quotidiana experientia in febribus cum crises fiunt, ostendit, quandoq; tamen & per hæmorrhoidas fluit, sed absolute quisque locus intelligendus est ex quo sanguis

fluit. unde & Philotheus docens, intelligendum esse Hippocratem de euacuatione sanguinis facta *ἔσσι τῶν φυσικῶν ἁπονομῶν*, idest, per naturales meatus, partes per quas fiat, enumerat, inquit, *τοῖσι ἔσσι μνηστέων, ἔσσι ἀμοφοῖδιων, ἔσσι γυαλαῖς ἔσσι*, idest, hoc est per nares, per hæmorrhoidas, per defluxum muliebrem.

ἐν πῆσι ἀναλύσει. idest, In refecutionibus uel resumptionibus. Idest, cum reparantur uires. Nos per refecutionem, cibandi modum intelligimus, qualem hi sumere solent qui impinguari cupiunt, & quod deperditum est, acquirere. nam si quis refici desideret, non est opus ut supra uires comedat, & naturalem calorem excedat, propterea non mihi displicet intelligere, in refecutionibus, idest, dum conualescunt, quia in hoc tempore ingētes fames fieri consueuerunt, quæ magis insumere cogunt, quàm corporis uires coque re possint. unde Aphorismus absolute ueris non est, nisi intellexerimus, quod hæc resumptio per talem cibum fiat, qui naturalem calorem exuperet. nam si per tantā cibi copiam resumeretur, quanto suo naturali calori satis est, alium humectari non esset opus: nisi dixerimus, quod resumptio, maiorem cibi copiam semper exigit, quàm naturalis calor expetat. nam reficere, & resumere, est deperditū acquirere. Quod uero deperditum est, non potest solo cibo restaurari qui calori naturali satis sit; nam ille solum cibum calorem conferuaret. Sed hoc dici non debet, quia naturalis calor semper in plus extenditur, quàm ipsi pro sui conseruatione opus sit: hoc autem plus, corpus reficere potest.

Τοῖσι αἰ κειλίας καθυγραίνοντα. idest, his alui humectantur.] nam quibus sanguinis multitudo fluxerit, necesse est iecur debile fieri, quia ex magna sanguinis copia & fluente frigidescit, & consequenter debilius efficitur, eiusq; attractiua uis debilior effecta, chyli humiditatem per meseraicas uenas attrahere nō potest. unde humiditas illa in intestinis relinquatur, et fecibus immisceatur, propterea alui humectant. & adde quod ipse etiam uentriculus debilius efficitur, & frigidior, tum ex emissio sanguine, qui frigiditatis totius corporis causa fuit; tum ex ipso iecore, quod uentriculo caliditatem præstare solet; ideo non recte concoquit, sed humidæ feces demittuntur, & etiam iecore ipso debilitato, non recte sanguificatur, & totum corpus humidius redditur, multaq; pituitosa materia generatur, quæ ad uentriculum transmittitur, ut iterum coquatur, & à uentriculo per intestina transmittatur, itaq; aluus humida efficitur. Philotheus & ipse totam rationem huius Aphorismi ex uentriculi & iecoris frigiditate reddit, nam dicit, quod nimius ille sanguinis defluxus *ἐν δειαν ποιάται φεμφύτο θερεμῶ, καὶ τὸν βῆρον ἀπονοσῶν αἰ πησι καὶ διαάμεις. ἐν πῆ ἀναλύσει οὐ ἀνοσῶν τῶν πεπλημῶν δυνάμειων τῆς γαστρὸς καὶ τῶν πησι τῶν ἀπεπῆται ἢ προσφῆ, καὶ ἀπεπῶν ἀν φέρειται ἔσσι ἐν τῶν φων, καὶ ποιά ὑγρα τὰ διαχωρηματα*. idest, Defecium facit calidi insiti, & hinc digestiua uel concoctrices potentie debilitantur. In refecutionibus igitur potētis concoctricibus uentriculi & iecoris debilitatis, nutrimentum non coctum per intestina defertur, & deiectiones humidas facit. Scitoq; hunc Aphorismum necessarium non esse, nisi conditionibus quibusdā seruatis, ut quod hic plurimum comedat, & quod à iecore integra coctio non fiat. Oribasius ita Aphorismum intelligit, ut ex uentriculo fiat, qui non recte concoquat, & in ipso pituita generetur.

GALENVS

CALORE natiuo debilitato ex profluuiō sanguinis, neque cibi bene concoqui neque in sanguinem transmutari, multo autem magis, neq; distribui possunt per corpus: & propter hæc omnia, alius fieri humidiores par est, donec processu temporis uires suas natura recuperauerit.

BRASAVOLVS

GALENVS quàm breuius fieri potuit Aphorismi causam assignauit, quod ex sanguinis profluuiō natiuus calor debilitatur; et tunc cibi exquisite non coquuntur, neque in sanguinem mutantur, quod si non fit, per corpus etiam non distribuuntur. propterea alui humidiores fiunt, & hoc non semper perseverat, in his præsertim qui alium siccam naturam habent, sed adeo perseverat, ut hic suas pristinas uires recuperauerit.

Quod

Quod dicit, processus temporis, in Galeni contextu habetur, ὅν χρόνον πλείονι, id est, In multo tempore. hoc enim magis exprimit diffusum tempus exigi, quam si dicatur, processu temporis, quamuis in eundem sensum uergant.

APHORISMVS XXVIII

Quibus biliosæ deiectiones, superueniente surditate cessant: & quibus surditas, superuenientibus biliosis deiectionibus cessat.

BRASAVOLVS

ANNO illo uniuersæ ferè Italiae ob pestilentem morbum infortunatissimo, A Christi ortu. 1528. adeo frequenter hunc Aphorismum uidimus & experti sumus, ut in uno eodemq; ægro ter quaterq; transmutationem hanc fieri obseruauerimus. Nam cum surdas facti effecti essent, superuenientibus biliosis deiectionibus surditates cessabant. postea cum deiectiones cessarent, superueniebat surditas, & id ter, quaterq; mutabatur. In aliquibus ob materierum copiam, surditas simul & biliosæ deiectiones perseverabāt. Hoc est igitur quod ab Hippocrate dicitur, Qui biliosas deiectiones habent, superueniente surditate cessant: & qui surditatem habent, superuenientibus biliosis deiectionibus, surditas cessat. nam à capite ad infernas partes diuersio fit, & à partibus infernis ad caput. Celsus octauo capite secūdi libri inquit, nihil plus aduersus surditatem quàm biliosa alius potest. Galenus primo libro De locis affectis, edocere uolens inferiores partes ad superiores transmittere, & biles, & presertim uentriculum, hunc Aphorismum adducit inquit, Cum itaq; rursus dicat Hippocrates, quibus deiectiones biliosæ exeunt, surditate superueniente finiuntur: & quibus surditas præcesserit, desinit, si deiectiones sequuntur biliosæ. Quis est autem adeo demens interpretis, ut omitat in huius sermonis enarratione aurium affectum: aut tum dicat nasci surditatem, quum bilis quæ antea per aluum uacuari consueuerat, ad oculos efferatur. Igitur semper incipere oportet à læsæ actionis instrumento, deinde quærere quis sit noxæ modus, utrum uidelicet dispositio permanens, an adhuc fiens, ita ut perseverare nõdum nata sit. ex quibus Galeni uerbis colligere licet, hęc Aphorismum non solum uerum esse si materia ad aures tendat, sed etiã si ad oculos, uel ad aliam partem superiorem: quia partes superiores ab inferioribus continuo diuertunt, & inferiores à superioribus. Sed hic casus & hic materierum motus ut plurimum est circa aures: uideturq; hoc loco Galenus intelligere, quod surditates à biliosis materiis quæ in uentriculo sint, fiant, & si hæc materia ascendat, surditatem faciunt. cum uero descendunt, prius autem ascēderint, à surditate liberant. Hanc eandem sententiam Oribasius sequitur inquit, bilioso humore stomachum occupate, aut uapor ipsius cerebrum tangit, aut ipse humor superiora petit, et surditatem facit. Ergo si solutio uentris infra illum deijcit, supra minime ascendit, & sic soluitur affectus.

ὁμοιοσι χολώδεα πὶ δισχόρηματα. id est, quibus biliosæ deiectiones,] si etiam pituitosæ essent, aut atrabilarie deiectiones, idem sequeretur: si caput ita peteret, ut surditatem facerent, postea descenderent, surditas cessaret. At rarissimum est quod pituitosæ deiectiones, aut atrabilarie ascendat, nosq; fatemur, sæpissime hunc affectum curasse, & semper fuisse biliosas deiectiones, nõquam uero pituitosas aut atrabilarias uidimus, & etiã id facilius est, quia bilis leuis existit, & facile ascendit.

Κωφώσις ἀπὸ γιγνωμένης πᾶσι, id est, Surditate superueniente, cessant.] Hęc autem surditas non est exquisita surditas, neq; naturalis, neq; diuturna: sed est diminutio auditus, quandoq; intensior, quandoq; remissior, unde & à Philotheo dicitur, κωφώσις μὲν λέγεται, ὅταν μόνιμον, ἀλλὰ τὴν γενουμένην δὲ τὴν ἐκ τῆς φανθῆς χολῆς φερομένης ἀνὰ δόξιν. id est, Surditatem dicit, non stabilem & naturalem, sed prouenientem propter diffusionem flauæ bilis superiora petentis. Nosq; plerunq; hunc affectum cum mentis perturbatione uidimus. nempe obtusam mentis aciem, & obtusos sensus habebant. unde non ab re Galenus in primo De locis affectis libro, de bile intelligit, quæ in uentriculo sit, ut deorsum eat, postea ascendat. Surditas uero non est causa quod deiectiones ascendant, & quod cesset profluuium, sed signum est solum, per hoc enim significatur materias superiora

petere, & non amplius inferiora. immo non est necessarium quod penitus cesset defluxus, sed bene remittitur.

Καὶ οἱ σὶ κώφωσις. idest, & quibus surditas. hoc est, qui iam surditatem ex ascendentibus materiis contraxere, ut non intelligatur de surditate quæ est habitus iam diu cōtractus, sed de surditate quæ pro eo tempore facta sit.

ὑπὲρ γιγνομένων χολωδίων, πένετα. idest, Superuenientibus biliosis deiectionibus, cessat. quia materia quæ in capite erant, diuertitur, & ad inferiora transeunt, ut etiam dicit Philotheus, *πὶς ὕλης ἐκ τῶν ἀνω ὑπὲρ τὰ κατώχωρῶσις*, idest, materia ex superioribus partibus in inferiores descendente. Si uero dubites an solum per fluxum uentris hæc surditas sanetur, scito quandoq; per defluxum sanguinis narium sanari, quandoq; per defluxum urinæ. & ideo in sæuissimo illo pestilenti morbo, qui uniuersam fermè Italiã, 1538. uexauit, multi ex copioso defluxu urinæ ex surditatibus sanati sunt; alij ex sudoribus. In genere uero omnes capitis morbi per diuresionem ad infernas partes sanantur. unde & Hippocrates in libro De morborū diuretorio, de surditate uerba faciens dicit, non solum discuti ex deiectionibus, sed etiam ex dolore coxendicū, & omnium locorum inferiorum. Verba eius hæc sunt, Qui in febre surdesunt, necessario febre non discussa delirant, quod sanguis de naribus fluens soluit, uel si uenter solutus biliosa demittat, uel si difficultas intestinorū superueniat, uel coxendicū, genuū uel dolor. Scitoq; hunc superuenientem fluxū, causam esse cur cesset surditas, & signū quod cesset. Hocq; intellige si materia copiosa non sit, quia in tanta copia esse posset, quod pro inducenda surditate & defluxu satis esset. nempe ad surditatē inducendam multa materia non exigitur. Oribasius uero alio modo Aphorismum intelligere uidetur, non quod de surditate loquatur, quæ per defluxum humorum ad inferiora sanetur; sed de surditate ex solutione uentris facta, uel nimia euacuatione uerba facit. hæc enim surditas constrictione sanatur, quia ipse dicit, contraria contrarijs esse remedia. Tu autem uidere potes Oribasium in Hippocratis intellectu hallucinari. nempe non est Hippocratis sensus, quod surditas ex inanitione fiat. Si deniq; ambigas, per quam uiam humores qui in capite sunt, descendant. Recentes uiam ponunt per colli uenas ad uenam magnam, que est circa dorsum, & pellitur ad hepar, & ad meseraicas, & ad uentrem inferiorem: tamē adest & alia uia ad uentriculum.

GALENS

NON de ea quæ ex habitu difficulter soluitur nunc illi sermo, surditate, sed de ea quæ repente in febribus, uel aliter fit incurrente ad cerebrum bile, sermo ipsi est. Ipsa siquidem cum meatus auditorios occupauerit efficit surditatem, Cum uero hinc ipsam natura expellente, ad excretionem peruenit, soluit surditatem.

BRASAVOLVS.

HIC solum à Galeno notatur de qua surditate uerba fecerit Hippocrates. una enim surditas inuenitur, quæ habitus est. & hæc difficulter soluitur: immo cum de perfecta priuatione in habitum transitus non sit, hæc nūquā soluitur, de qua nec Hippocrates sermone habet. est altera surditas, quæ repente in febribus oritur, uel etiam sine febre, sed ut plurimum in febribus, cum bilis ad cerebrum recurrit, de hac Hippocrates uerba facit. nam cum bilis auditorios neruos occupauerit, ut species pertransire non possint, surditas efficitur; cum uero excernitur, surditas cessat. In illa autem surditate, quam dicit difficulter solui, utitur uocabulo *δυσλόγος*, idest, difficulter solubili.

APHORISMVS XXIX

QVibus in febribus sexto die rigores fiunt, difficile iudicium sequitur.

BRASAVOLVS

QVI febre, continua præsertim correpti sunt, si in iudicatorio die rigores incidunt, optimum signum est. nam materia illa quæ in uenis claudabatur, extra uenas efficitur. Si uero rigor sexto die fiat, qui dies iudicatorius non est, iudicium inconstans & difficile sequitur

sequitur, quia uel reciduationem incidet, uel morietur ager, uel longa erit aegritudo, uel noua quaedam materia eo die mota est, quæ occulte latitans quiescebat.

ἰσχυροὶ ἐν τοῖς πυρετοῖσι. idest, Quibus in febribus,] quia sine febre hi rigores sexto die fieri non possunt, & intellige continuas febres, nam si interpolata essent, quotidie rigores fieri possent.

ἑξτάσιον ἔστι. idest, Sextanis existentibus,] uel sexto die, est uero sextus dies à Gale no in libro De diebus iudicatorijs tyrannus nuncupatus, & tyranno comparatus, nam in ipso nunquam bonam crism fieri inuentum est, sed semper uel interfecit, uel ægrum male multauit.

ῥίγα γίνετα. idest, Rigores fiunt.] Apud Latinos uocabulum Rigor proprie conuulsionem significat, & illam præcise speciem, quæ à Græcis *ῥέπυθ*, à nostris neruorum conuulsio ad utranq; partem uocatur, in qua extensa & rigida pars manet, ut apud Celsum, Plinium, & alios probatos Latinos uidere licet. Immo ubi Græci dicunt *ῥίγος*, præsertim Hippocrates, & accidit Celsum interpretari, ipse interpretatur horror, & nūquam apud Celsum, uel rigor inuenitur pro eo, quod in principijs febrium superuenit, uel alia uox, quæ huius nominis *ῥίγος* uim habeat præter illam horror. Cuius rei testimonium esse potest caput duodecimum libri tertij, ubi Celsus de curatione horroris in febribus pertractans inquit, horror autem eas ferè febres antecedit, quæ certum habent circuitum, & ex toto remittuntur. Certum uero est in toto illo capite, Celsum de illo affectu tractare, qui à Græcis, & à recentibus rigor nuncupatur, quamuis sub hoc nomine horror illum significet, & in capite tertio libri tertij, ubi de febrium generibus disserit, inquit, Cotidianæ uero uariæ sunt & multiplices, aliæ à frigore, aliæ protinus à calore incipiunt, aliæ ab horrore: frigus uero ubi extremæ corporis partes membrorum inalgescunt, horrorem ubi totum corpus intremat. Quod autem apud Celsum idem sit horror, & apud recentes rigor, manifestum erit si consideremus quomodo ipsi rigorem definiant, postea Celsi definitionem recentiorum definitioni comparemus, dicunt enim, rigorem esse conuulsium membrorum motum, quo inuoluntarie membra mouentur, ad excutiendum rem præter naturam in eis malam dispositionem imprimentem, unde uoluntate esse conuulsium motum membrorum, in recto sensu intelligentes: ideo quod à Celso dicitur horror, est recentiorum rigor, & Hippocratis *ῥίγος*. Quod uero Celsus interpretetur Hippocratem, ubi dicit *ῥίγος*, horror, ex hoc apparet, quia apud Hippocratem in hoc libro aphorismo quinquagesimo octauo ita scriptum est, A causone habito rigore superueniente solutio, ubi Hippocrates utitur uocabulo *ῥίγος*: & Celsus hunc Aphorismum referens libro sexto capite octauo circa medium, quam Græci *καυσον* uocant, subitus horror exoluit. Immo ipsemet Celsus capite quarto secundi libri, ubi de malis ægrotantium signis uerba facit, hunc Aphorismum pro malo ponit inquit, à sexto die incipisse inhxere malum, quod indicium est, ipsum *ῥίγα*, idest, horrores interpretari. An uero conueniens sit nos in hoc significato uti uocabulo rigor, cum antiqui pro conuulsione acceperint: Respondemus, cum Græci dicant *ῥίγος*, nihil refert nos interpretari Rigor, ut Theodorus Gaza, & Leoniceus, uiri doctissimi fecerunt. Nec Marcellum laudo, qui interpretari uoluerit *ῥίγα*, idest, cum tremore algores: quia uocabulum algoris nimis amplum est, & differt ab algore tremor, diuersaq; sunt *ῥίγος* & *τρόμος*, idest, rigor, & tremor. nam rigor per tremorem definitur, unde cum apud Græcos uocabulum *ῥίγος* inuenirem, aut horror interpretarer, ut facit Celsus: aut Græcam uocem imitarer, & simpliciter rigor dicerem, ut probatissimi uiri Theodorus, & Leoniceus, & multi alij fecerunt. Quod uero rigor à frigore differat apud Hippocratem expressissime patet in principio libri De prædictionibus, ubi dicit, Qui post rigorem refrigerantur nec calefiunt, malum est, utiturq; uocabulo *ῥίγος*, si tamen ille liber Hippocratis sit, quoniam Hippocratis esse non putatur. Philotheus quoque, qui post Celsum multo tempore scripsit, in rigoris definitione Celsum imitari uidetur, inquit, *ῥίγος* ἔστιν ὑπερβολὴ τῶν πέντε σωματικῶν μετὰ κλονὸς γινομένη τῶν μὲν ὄντων, καὶ ὁ μὲν κλονὸς γίνεται ὅτε δὴξιν τῶν μὲν διακλυμένων τῶν μοσίων. idest, Rigor est totius corporis frigiditas, cum quassatione musculorum facta; & quassatio quidem fit propter morsum musculorum particulis com-

morsis. Si uero causam frigiditatis quæsiueris, statim à Philotheo redditur dicente, ἡ δὲ ψύξις, ὅστις τὸ δραπνιτὸν εἰς τὸ βάθος δ' ἐμφυτοῦ διερχόμεν. idest, frigiditas autem propterea, quod naturalis calor in profundum fugit.

Δύσκειτα, idest, difficulter iudicatur.] uel iudicium difficile sequitur, quia uel moritur, uel ægritudo longa efficitur, uel relabitur, uel simile aliquid patitur, quod iudicium difficile consequi cogit, nam in sexta die nunquam aliquis bene iudicatur, immo opus est si non moritur, male tractari ægrum. Cum autem rigores in febre continua fiunt, fieri non possunt nisi materia extra uenas expulsa, quod cum fit, est motus ille naturæ, sed imperfectus si sexto die fiat, propterea difficile iudiciū sequitur. ut enim Philotheus docet, rigor in febribus bonus est, & iudicatorius secundum Hippocratis dogma, ἰὰν μὲν τὰ πένθης, καὶ ἐν ἀγαθῇ ἡμέρᾳ γένηται, idest, Si post concoctionem, & in bona die fiat, at si non fuerit in bona die, oppositum sequitur, & ideo idem author dicit, δύσκειτα οὐκ ἔστιν ἄσβλητα τὰ ἐκταῖσις πυρετοῖς γινόμενα ῥίγη, ὅτι τὴν ἀκρίσιμον ἡμέραν. εἰθε γὰρ αὐτῷ ἰδι κακῶ κελνεῖν, ὡς γὰρ εἴρηται, ἢ ἡμέρᾳ ἔοικε τυράννω, ἢ δὲ βασιλῆϊ. idest, Difficiles igitur iudicatu seu coniectura, qui fiunt in febribus sextilibus rigores: quod ea dies sit à iudicando auersa. Solet enim illa ad malum iudicare: ob id sexta dies tyranno æquiparatur, septima uero regi. At Oribasius dicit, iudicium difficile sexta die fieri, quia quatuor concurrunt, si natura fuerit infirma, si non fuerit concoctio urinarum uel uentris, si fuerit uehemens affectus, si fuerit uirtus debilitata. Vnum uero dubitat Oribasius, quare pares dies mortiferi sunt. Respondet, quia fortiolem habent uirtutem, & in diebus paribus morbus reficitur. Sed hoc absurdum est, quia multi sunt iudicatorij & boni dies pares. Infertq; Oribasius, si sexto die frigus superuenerit, esse omnino insolubilem morbum. quod etiam absurdum est, sed (ut bene dicit Hippocrates) est difficilis morbus, & iudicatio difficilis. Nosq; per diem sextum etiam quemcunq; alium diem non iudicatum intelligimus: at dies sextus est cæteris peior, atque tyrannus. propterea de ipso solo mentionem fecit Hippocrates: quia & re uera in ipso potissimum uerum esse apprehenditur. Nec opus est in hoc loco addere præcedentibus signis coctionis, uel non præcedentibus: quia omnis motus sexta die factus semper est suspectus uiro, ad unguem perpendenti. Reperitur autem sermo in diuersis locis apud Hippocratem de rigore in febribus facto. nã in hoc quarto Aphorismorum libro, aphorismo quinquagesimo octauo dicit, à febre ardente habito rigore superueniente solutio. hoc loco de rigore facto in die iudicatorio, & præcedentibus coctionis signis loquitur. Ideo ille Aphorismus non est huic oppositus. Tamen alter locus est, in quo in febre continua rigorem, malum facit, nam mortem prædicat, præsertim si æger sit debilis. est uero Aphorismus quadragesimus sextus huius libri, in quo dicit, Si rigor incidat febre non deficiente, ægro iam debili letale est. Inuenitur & apud ipsum rigor, qui in accessionum principijs fit, & qui semper in bonum sumi debet, nam significat febrem non esse continuam. de hoc autem sexagesimo tertio aphorismo huius libri sermo habetur, dicente, Quibus in febribus quoti die rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.

GALENVS

QVICVNQVE ad febres, & præcipue ardentis rigores superueniunt, iudicium habere solent bonum, atq; perfectum, ubi in die iudicatoria sūt, & cum signis coctionis. Non bonum aut, neq; perfectum, quando uel diei, uel coctionis signa fuerint imperfecta. Quod igitur concoqui oporteat quæ bene iudicari debeant, in primo libro docuit Epidemiarum, per ea uerba quæ paulo antea diximus, quorum initium, Coctiones celeritatem iudicij. Quod autem neque in omnibus diebus, & in prognostico scripsit, & in hoc ipso aphorismorum libro, & præterea in primo Epidemiarum. Collecta autem à nobis hæc omnia cum opportuna expositione, quæcunque quidem de diebus iudicatorijs ab eo scripta sunt, in tractatu de diebus iudicatorijs inscripto, quæcunque uero de signis coctionis in altero de iudicij. Dictum autem & in ipsis est de eo quod fit in die sexta iudicij, de quo nunc etiam faciens mentionem ait, eos qui in hoc die fiunt rigores difficile habere iudiciū, hoc est malum asserre iudiciū, ac si male iudicantes dixisset, uel non firmiter, immo in quibus facilis foret fieri recidiua, uel in longum tempus extendi, ac

sum, ac si dixisset difficulter solubiles: cum casibus uero quādoq; difficilibus sextæ diei iudicium fit, de quibus omnibus integre scripsimus in his, quas nuper nominauimus tractationibus. Hęc igitur in hunc modum fieri etiam ipsa experientia testatur. Ipsorum autē causas longum esset in præsentiarū exponere. De diebus enim iudicantibus tertio diximus libro, de iudicatorijs diebus, de rigore autem, opere ad id dedicato seorsum.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus quinquagesimum octauum huius libri Aphorismum refert, uel eius sententiam, ut ad oppositum suum applicet. nam rigores, qui in ardentibus febris sunt, perfectum iudicium habent si in die iudicatorio sint, & coctionis signa præcesserint; non est autem perfectum iudicium, quando nec coctio facta sit, nec in die iudicatorio factus sit rigor.

Quod legitur, iudicium habere solent bonum, atq; perfectum, Græce habetur, ἀγαθὸν καὶ ἰσχυρὸν κρίσιον. idest bonum quidem, & perfectum iudicium. nam uerba exquilitius aptantur, si addiderimus, quidem.

SECUNDO Galenus docet, opus esse, illa cocta esse quæ bene iudicari debeant, quod ex Hippocratis sententia libro primo Epidemiarum ostendit, per illa uerba quæ superius Aphorismo uigesimo secundo adduxit, quæ ita incipiunt, Coctiones celeritatem iudicij salubrem securitatem significant. At quod quilibet dies bonum iudicium non faciat, & in libro Prognosticorum, & in hoc Aphorismorum libro, & in primo Epidemiorum ex Hippocrate colligi potest.

Cum Galenus Hippocratis uerba in primo Epidemiarum refert, Leoniceus, uel potius parum diligens librarius, tria uerba omisit. nam hoc solum refert. coctiones celeritatem iudicij, sed in græco codice sequuntur & hæc uerba, securitatem salubrem significant. Ita enim habetur πεπασμένοι ταχύτερα κρίσιως ἀσφάλεια ὑγιανῶ σημαίνουσι.

TERTIO Galenus suos libros refert, in quibus de his differit. nam in libro De diebus iudicatorijs de his omnibus quæ ab Hippocrate de diebus iudicatorijs dicuntur abunde pertractat, & diligenti expositione perquiruntur. Quæ uero de coctionis signis ab Hippocrate dicta sunt, illa omnia etiam a Galeno in libro De crisibus disputata sunt, ut ex his facile colligere possis, quæ in his Galeni libris edoceantur.

QUARTO Galenus docet, quod de iudicio sextæ diei in libro De diebus iudicatorijs differuerit, de quo iudicio nunc etiam Hippocrates uerba facit dicens, Rigorem in hoc die factum difficilē esse, in quo uel facile reciduationem incidit, uel longū tempus extenditur. adde tu, uel moritur. Reliqua intellectu facilia sunt.

Quod legitur, facilis foret fieri reciduum, lege, facile. nam græce εὐαδὺς dicit.

Quod legitur, uel in longū tempus extensum, græce est ἢ ἐς μακροῦ ἐμπύπνοντα χρόνον, idest uel in longum tempus incidentes.

APHORISMVS XXX

Quibuscunq; accessiones fiunt, quacunq; hora febris dimiserit, si eadem cras occupauerit, iudicium habent difficile.

BRASAVOLVS

QUI febre correpti, tales accessiones habent, quæ eandem horam seruent, cum accedunt, de hora uero recessus febris cura habenda non est, si sequenti die eadem met hora febris occupet, hæc febres longiores sunt, quoniā materiam fixam esse significatur, quæ ad idem tempus aliter non rediret, & ad idem momentum, nisi fixa esset: nam si mobilis esset, alia hora superueniret. quæ uero fixa sunt, illa difficulter eradicantur, uel longo tempore indigent, propterea iudicium difficile est, quia breui non fiet, & in itineribus longis frequentissime discrimina incidunt, diuerticula, flumina, & periculosa præcipicia. Philotheus uero dicit, quod ὁ τῷ ἀφορισμῷ διαγνωστικὸς ὄντι νοσημάτων μικρομελέων, idest præsens aphorismus prolixorum morborum indicatiuus est.

Ὅτι οἱ τῷ ἀφορισμῷ γίνονται. idest, Quibuscunq; accessiones fiunt.] Græce uero dicitur

accessiones *πρόξυμοί*. Hoc addidi, quia recentes legere uidentur exacerbationes, & putant exacerbationes continuis proportionalibus proprie attribui, paroxyſmos aut interpolatis. Certum uero est, non dici ab Hippocrate exacerbationes, & Galenum in omni febre tam continua, quam interpolata aphorismum intelligere, immo exacerbatio est una paroxyſmi pars, ea inquam in qua æger impetuosius à morbo tractatur, quæ consistentiâ, uel status appellatur.

Ἀν ἂν ἄρην ἀφ᾽ ἡ ἡμέρας, idest, Si quacumq; hora febris dimiserit.] Hanc partem per parathesim legendam arbitramur, ut sensus sit, paroxyſmos incidunt (non considerata hora qua finiunt) Vt per hæc uerba id solum inferre uelit, considerandam esse horam qua paroxyſmi, idest accessiones superueniunt: sed horam qua abeunt, non esse considerandam.

Ἐἰς τὴν αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ὄρα λάβει, idest, Si cras eadem hora apprehenderit.] Intellige eadem qua die præcedenti apprehendit, sed de hora terminationis cura non sit. Sunt enim in febribus hæ differentia, quod aliquæ habent accessiones antecedentes, aliquæ subsequentes, aliquæ eandem horam seruant, de quibus nunc agit Hippocrates. ex hoc enim quod eadem hora apprehendunt, necesse est materiã esse fixam, esse crassam, & esse glutinosam, præsertim quando accessiones perseverant, quia si non perseverarent, non esset opus, morbi longitudinem significare, nam si semel tantum eadem hora apprehendisse uideris, firmum iudicium facere nõ potes, at cum accessiones anticipant, signũ est, materiã esse magis mobilem, & cõsequenter ægritudinẽ longã nõ fore. Cum uero postponunt, id ex materiæ paucitate prouenit, propterea citius sanantur. Nec etiam putes quod hæ accessiones si eadem hora apprehenderint, longũ morbum significare possint, nisi signa cruditatis cõmixta sint, & nisi absint symptomata difficilia, quia intensa symptomata morbum abbreviare possunt, ideo Aphorismũ cũ limitatione solum uerus est. Aliqui legunt non cras, sed postridie, tamen & si dicat cras, accessionẽ intelligit illi correspondentem, uel sit eadem die, uel tertia die, uel quarta.

Δύσκειλον, idest, Iudicium habent difficile.] Hæc autẽ iudicij difficultas intelligenda nõ est ut in præcedenti aphorismo, quod iudiciũ malum esse oporteat, quia hoc significari non potest per accessionum apprehensionem, quæ eadem hora fiat: sed cũ Galeno intelligamus, iudicium esse difficile, idest longum fore morbũ, & hæc sit difficultas quæ in iudicio sit. Philotheus & ipse dicit, *δύσκειλον, τὸ τίσι μὲν κινῶνται τὸ νόσημα*, idest iudicium difficile, hoc est quod morbum producit, huius rei causam assignat, quoniã *ἐστὶν ἰσχυρὸν ὄντιν τὸ πρὸ πρόξυμων ἀπὸν*. *εἰ γὰρ ἴω ἀσθενέων, ἀκὴν ἐφύλαξεν τὰ ξίγητα καὶ περιόδον*, idest, Quoniã accessionum causa fixa est, nisi enim esset fixa, ordinẽ nõ seruaret, neq; circuitũ.

GALENVS

SUPPONATUR quispiam prima die cõpisse febricitare hora tertia, & quietuisse quauis alia hora, deinde die secundo eadem hora tertia cõpisse, mox cessasse febrim quacumq; hora, & tertio rursus die hora tertia cõpisse, mox rursus quouis tempore finita febre, cõpisse iterum quarto die eadem hora tertia, & ita deinceps, seruari quidem semper horam tertiam in qua accessio suum facit initium, non seruari autem alias in quibus finitur: hunc qui tali labore morbo necesse est temporibus longioribus ægrotare, horam habentibus inicij accessionis exordinatam. Hoc quidem nos ab experientia comprobatum, dictum fuisse arbitramur. Sunt uero quidam qui tale aiunt esse quod dicitur. Si primo die accessionẽ ægrotus habuerit, exempli gratia hora tertia, & si ita contigerit hora duodecima febris desierit, rursus die secundo hora duodecima cõperit febricitare, morbum aiunt difficile iudicium habiturum, nullam apponentes rationem. Sed neq; id ab experientia comprobari potentes ostendere, non tamen difficile habens iudiciũ, aliter possumus interpretari quam difficulter solubile: adeo quod tale sit, quod ab Hippocrate dicitur, siue quauis die, siue per tertiam, siue per quartam ægrotus habeat accessionem eadem hora, difficulter solubilis est morbus huiusmodi, siue multas, siue paucas accessio occupet horas. Hoc igitur ut dixi, experientia comprobatur, eius uero causam talem esse opinandum est. Quando causa accessionum non fuerit fixa, ac stabilita, non seruare eundem terminum, aut circuitum. Vbi uero firmata fuerit seruare: atque ideo difficulter solubile quod fixum, ac stabilitum, facile uero solubile quic

se quicquid non tale. Firmata enim magnam uim demolientem exposcunt, longo tempore, & per fortiora ac plura factam auxilia.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus casum aphorismi disponit, quod si quis prima die, hora tertia febricitare inceperit, & ita secunda, tertia & quarta & quinta die hora tertia febre corripitur, necesse est febrem esse longam. Sit uero terminus febris quacumq; hora, iudicatq; Galenus, hoc ab Hippocrate dici, quia ita experientia comprobauerit.

SECUNDO Galenus quorundam sententiam docet, qui ita Hippocratem intelligere uolebant, si hodie febris tertia hora apprehenderit, & desinat duodecima hora, cras uero incipiat hora duodecima, morbus erit difficilis. Sed inquit Galenus, hi sine ratione loquuntur, nec pro se ipsis experientiam habent.

TERTIO Galenus docet, illam particulam, difficile habens iudiciū, aliter interpretari non posse quam difficulter solubilis. unde secundum Galenum talis est Hippocratis sensus, cum eadem hora febris apprehēdit, aut omnibus diebus, aut tribus, aut quatuor, quotquot horæ in accessione consumātur, uel pauca, uel multæ sint accessionum horæ, hic morbus est difficulter solubilis & longus.

Quod legitur, non tamen difficile habens iudicium, Græce est ὁ μὴ ἔχει τὸ δύσκειδον, id est, neq; hoc quod dicitur iudicium habens difficile.

QUARTO Aphorismi causam reddit per experientiam comprobatam, quando causa que accessionē facit nō fuerit fixa, idem tempus non seruatur: sed cū causa firmata est, idē terminus seruatur. Omnia autē que nō sunt firmata, facile & breui soluntur. Quæ uero firmata sunt, difficulter soluūtur, & longiori tempore indigent, quia magnā uim exposcūt quæ firmata sunt & cōstabilita, & per fortiora ac plura auxilia remoueri debēt.

Scito illam particulam, firmata enim magnam uim &c. Græce legi, *μοχλίας γὰρ ὡς αὐτοίς*.

Quod etiā legitur, longo tempore, & per fortiora ac plura factam auxilia, Græce est, *ἢ τις ἐν χρόνῳ πλείονι καὶ εἰς βοθημάτων ἰχυροτέρων τε καὶ πλείονων γίνεται*. Quæ uerba hoc modo interpretari debent, quæ in tempore longo, & per auxilia fortiora & plura fit.

APHORISMVS XXXI

Lassitudinem habentibus in febribus, in articulos, & circa maxillas potissimum abscessus fiunt.

BRASAVOLVS

QUI febre correpti sunt si per totum corpus lassitudinem sentiant, hoc fieri non potest, nisi ob aliquem humorē, qui febrem ipsam inducit, & in tanta copia abundat, ut per corpus expansus omnia membra aggrauet, & lassitudinem faciat; cum hæc materia consumi non possit, ad aliquem locum à natura transmittitur. At inter nostri corporis partes articuli, & maxillæ facile recipiunt, propterea hæc materia circa maxillas, aut articulos mota, & in his partibus firmata, abscessus inducit.

Τοῖσι κοπιώδεσι ἐν τοῖσι πυροῦσι. id est, Qui lassantur in febribus, uel lassitudinem habentibus in febribus. In secundo huius uoluminis libro, aphorismo quinto, de lassitudinibus ante morbum, & ante febrem disseruit Hippocrates, quo in loco edocebat, spontaneas lassitudines morbos prædicere, & nos simul cum Galeno de triplici lassitudine sermonem habuimus, ulcerosa, tensiua, phlegmonosa, ita enim Græci uocāt has lassitudines *ἐλακώδεις, τλιώδεις, φλεγμονώδεις*. hic Hippocratē de lassitudinibus sermonē habere uidetur, quæ ex febribus fiunt. Sed hæc febriliū lassitudines quia esse nō possunt nisi materiae muculosas partes occupauerint, propterea ad spōtinas lassitudines eas deducere oportet. Scito igit̃ ex febre duplicē lassitudinē oriri posse, una est quæ ex caliditate præter naturā fit, corpus nostrū afficiēte & molestāte, sine aliqua materia: & de hac nō intelligit Hipp. qd̃ abscessus fiūt. Altera lassitudo est, quæ ex materia febrē faciēte, & nostri corporis membra aggrauāte inducitur: & de hac uerus est Aphorismus, lassitudinē habētibus in febribus

in febribus in articulos, & circa maxillas abscessus fiunt. In febribus autem aliqua lassitudines sunt, quæ eas antecedunt, & hæc futuram febrem prædicunt: aliqua simul cum febre fiunt, & hæc significat materiã ad crîsum, uel ad membra transmutari, aliqua simul sequuntur, ex quibus significatur materiã ad membra & ad iuncturas iam esse transmutatam, & licet Aphorismus in omni harum lassitudinũ uerus esse uideatur, Græcus tamen cõtextus de hac solum uerba facere uidetur, quæ cū febre est. nam dicit *το πῶδες σὺν τοῖσι πυρετοῖσι*. idest, in febribus (si ita dici posset) lassitudinarijs, hoc est, quæ simul lassitudinem habent. nam & febres multæ sunt absq; tali lassitudine. hanc uero lassitudinem Celsus lib. secundo cap. septimo nõ longe à fine, sensum lassitudinis uocat. ita enim ipse hunc Aphorismũ latine reddit. Si lassitudinis etiã sensus in febre est, uel in maxillis, uel in articulis, aliquid abscedit.

Es *ἀρθρα*. idest, Ad articulos.] Tu uero per articulos, omnis corporis iuncturas intellige, tam pedum, quam manuum, coxarum, brachiorum, & omnium partium.

Καὶ περὶ τὰς γνάθους. idest, Et circa maxillas.] Vel circa mentum, quia & in maxillis, & in adenosis partibus circa mentum hi abscessus decumbunt. Scitoq; & si de maxillis Hippocrates specificare uideatur, tamen id uerum est in omni parte adenosa; quia materia potissimum à membris principalibus ad adenosas partes transmittitur.

Μάλιστα. idest Potissimũ, uel maximẽ.] Quia semper ad has partes nõ transmittuntur, sed quandoq; resoluuntur, quandoq; ad exitus uias transmittuntur, quandoq; ad alias partes quæ non sunt maxillæ uel articuli. Ad maxillas uero præsertim materia illa transmittitur, quæ ad cerebrũ eleuatur, quod cum impotens sit ad eam materiã per uias aliquas quæ corpus exeunt pellendam, ad maxillas tanquã ad suam cloacam expellit. Ad hæcq; membra potissimum putridarum febrium materiã expellitur, nisi aliud quoddam membrum sit uel debilius, uel nimis angustum, uel nimis latum, uel nimis concuum, uel nimis rarum, uel sit inferius, ad quod facilius materia decumbat, eæ enim omnes sunt causæ cur materia aliqua ad membra descendat.

Αἱ ἀρσάσεις γίνονται. idest, Abscessus fiunt.] Id enim uocabulum *ἀρσάσεις* digressio- nem significat. cum uero partes abscedunt, digredi uidentur: & ideo Theodorus & Leoniceus recte interpretati sunt *ἀρσάσεις* abscessus, in quibus abscedunt & abiniciẽ digrediuntur partes. Philotheus uero duplicem considerationẽ facit, propterea dicit quod *σὺν τῷ δὴ πῶδες* in hoc aphorismo est, *ὁ μὲν ἀπὸ κινήσεως φανερῶς, ὁ δὲ ἀπὸ πύματος*. idest, hæc quidem consideratio à manifesto motu, illa autem à spontino. factaq; hac distinctione, docet quomodo ad has partes materiæ decumbant à manifesto motu prius, deinde quomodo à spontino. dicit ergo prius, *εἰάν τις κωπαδὴ φανερῶς ἀπὸ τῆς ἐξωθεν κινήσεως, ἢ ἀπὸ πυρετοῦ, ἢ πῶδες ἀρθροῖς καὶ περὶ τὰς γνάθους αἱ ἀρσάσεις γίνονται. καὶ ἢ πῶδες ἀρθροῖς μὲν, διὰ τὸ δυνάμει εἶσιν, καὶ θερμῶν γίνονται τῆς θερμότητι πύματος ὄντων τῶν ἄλλων. εἰ δὲ καὶ ἀπὸ πύματος τῆς ἄλλης, ἢ τῆς κεφαλῆς ἀναφροσύνης πῶδες τὰς γνάθους ἀρσάσεται ὅσα τὸ εἶναι αὐτὰς πᾶν ἀδύνατος, καὶ μὴ δύνασθαι ἀπὸ δυνάμει εἰς ἐπὶ τὰ μόρια τῶν τοῖσιν χυμῶν*. idest, Si quis igitur à motu manifesto, qui de foris est, laborauerit, in principio febris, ad articulos, & ad maxillas abscessus fiunt: & ad articulos quidem, quoniam lata spatia sunt, & caliditate calefacti materiã attrahunt. Si uero materia tenuior fuerit, in caput subblata, ad maxillas firmatur, quia sunt ualde debiles, & non possunt talem humorem ad alias partes transmittere. Hæc de motu manifesto Philotheus dicit. de motu uero spontino inquit, *καὶ ἢ πῶδες ἀπὸ πύματος ὅσους, ἢ πυρετοῦ τὸ αὐτὸ γίνονται, ὅσα τῶν αὐτῶν αἰτιῶν, καὶ μάλιστα ὅταν ἀπύματος κωπαδὴ πῶδες πᾶσι δύνανται, ὡς πᾶσι ἐπὶ ἀμφοτέρω ἢ κωπαδὴ ὁλόγῳ δύνανται ἰπποκράτης*. idest, & in spontinis lassitudinibus, in febribus hoc idem fit propter eandem causam, & potissimũ quando spontinæ lassitudines ob multitudinẽ fiunt. Quamobrẽ de utraq; lassitudine sermo Hippocrati est. Tamen nos ipsum in spontina solũ intelligimus. In hoc autẽ Aphorismo secundũ Orisabũ plura alia uerba insunt, quàm in Hippocratis Aphorismis scriptũ sit, nam post illam partẽ, Qui per febres lassantur, ijs in articulos & maxillas potissimũ abscessus decubunt: sequitur in suo codice, si uero ex abscessibus febres fiunt, eruptione soluantur. rationemq; reddit, quia natura superfluitates in locum debiliorem transmittit, articuli uero, quia frigidi, debiliores sunt, & quia mouentur & humidi sunt. Intelligit uero per articulos, talos, quos dicit esse (nescio an sit error librarij) calidos & humidos: datq;

datq; exemplum, si misceas simul æs, plumbum, aurum, & argentū uiuum, & petas quo decurrant. Respondet, aurum ad argentum uiuum, ad æs plumbum, quod illi aptum est, & ita humores alij ad similia decurrunt, alij ad debilia. Hippocrates in libro De humoribus hunc Aphorismū in febribus longis intelligere uidetur. nam dicit Per longas uero febres, in articulis & iuncturis, uel secundum maxillas potissimū abscedit. At alia res est longitudo febris, quam lassitudo febrilis. Ideo illa sententia in libro De humoribus Hippocratis alter aphorismus est, quam hic descriptus.

GALENVS

DICTVM prius est quod lassitudinum, nonnullæ quidem in multis accidunt motibus, quæ simpliciter & proprie labores nominantur: quidā uero neq; multis, neq; uehementibus acti motibus lassitudines pati consueuerunt, tales itaq; labores, non labores simpliciter, sed spontaneos labores nominare consueuerunt. Amborum autem ipsorum communis est locus perpeffus, hic uero est totum genus in corporibus musculorum. Qui uero ex motibus labores accidunt, ipsis adest proprium peculiare caliditas, articularum, quare in his nihil mirum ad articulos abscessus decumbere, ut qui unā cum musculis laborauerint, atq; ultra modum cōcaluerint. Spontaneis autē laboribus, una solatione fluctiones, ut decumbant ad articulos euenit, sicuti & omnibus alijs ferè morbis qui per abscessus iudicantur, cum latiora ipsorum spatia prompte se habeant ad suscipiendas. Rariores igitur in illis abscessus sunt, in laboriosis plures, & præcipue cum labor spontaneus fuerit, & ex his maximè quibus ex multitudine labor inest. Erit igitur in aphorismo sermonis hæc summa. His qui quomodo cūq; in febribus lassitudinem habent, ad articulos, & circa maxillas præcipue abscessus fiunt. Hoc uero contingit propter eam quæ est in febribus caliditatē, relata multitudine ad caput, mox inde suscipientibus illis qui circa maxillas adenes existunt, sicuti qui circa inguina, & alas sunt, quando ad illas partes multitudo peruenerit.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus significata huius uocabuli lassitudo, quam Græci *κόπῃ* uocant, distinguit. Sunt aliquæ lassitudines, quæ ex multis motibus fiunt, & hæ simpliciter & proprie *κόπι*, idest lassitudines appellantur. sunt & aliæ lassitudines sine multis motibus, & hæ non simpliciter lassitudines uocari debent, sed spontaneæ lassitudines, de quibus secundo libro aphorismo quinto intellexit. utraq; hæ lassitudines communem locum habent, in quo fiunt, musculi scilicet & musculosæ partes, lassitudines uero ex multis motibus non solum simpliciter lassitudines dicuntur, sed etiam habent hoc nomen caliditas articularum. In istis mirum non est quod materia ad articulos decumbens abscessus faciat, nam articuli cum musculis laborant, & præter modum concalescunt.

Quoties in hoc commento inuenies labor, labores, laborum: corrige, & legas lassitudo, lassitudines, lassitudinum, græce enim habetur *κόπῃ*, *κόποι*, *κόπων*. & licet hoc uocabulum *κόπῃ* laborem etiam significet, tamen in hoc loco pro lassitudine potius interpretandus est, quamuis & labor lassitudo sit.

Quod legitur, Qui uero ex motibus labores accidunt, ibi deest hæc particula, pluribus, ut ita legi debeat, qui uero ex motibus pluribus labores accidunt. nam græce est, *ὅτι δὲ ἐκ κινήσεων πλείοσι γίνονται κόποι*.

Quod sequitur, Ipsis adest proprium, peculiare, licet in Aldino contextu, & in meo antiquo ita præcise legatur *πρὸς εἰς αὐτοῖς ἰδίῳ ζῆλον*, tamen in alio cōtextu hoc modo habetur, *ἰδίῳ καὶ ζῆλον*, idest proprium & peculiare cū particula copulatiua, quod magis conuenire uidetur.

SECUNDO, cum Galenus docuerit, quomodo abscessus in lassitudinibus ex multo labore factis consequantur, deinde prosequitur quomodo in lassitudinibus sponte factis accidunt. In his enim non fiunt, quia partes ob laborem incaluerint, sed ob id fiunt, quia articuli sunt partes, spatia magis apta ad suscipiendam materiam habentes.

Quod legitur, Cum latiora ipsorum spatia, tu lege, quod latiora ipsorum spatia, Græce est, *ἢ ὑπερχείλας*.

Et quod legitur promptu, Græce est *ἄντηθ' αἴως*, idest aptissime.

TERTIO Galenus morbos illos, in quibus non sunt lassitudines, his comparat in quibus sunt lassitudines, docens, in istis rariore esse abscessus, sed in morbis, si quibus sunt lassitudines, plures sunt abscessus, & præsertim si lassitudo spontanea fuerit.

Quod dicit, rariore igitur in illis abscessus fiunt, intellige in alijs morbis in quibus non sunt lassitudines: uel intellige, quod his qui non laborarunt, rariore fiunt abscessus, in laboriosis uero plures.

Deniq; Galenus Aphorismi causam reddit, sed solum reddere uidetur, cur materia ad maxillas decumbant: quia ex febris caliditate, materiæ caput petunt, deinde deorsum feruntur ad mentum, sicuti fit quando materia ad inguina & alas descendit: quia illuc materiæ multitudo peruenit, quæ ibi proxime sita est.

APHORISMVS XXXII

Quibuscunq; resurgētibus ex morbis si quid laborauerint, hic fiunt abscessus:

BRASAVOLVS

ACCIDIT plerunq; aliquibus hominibus qui ex morbis eleuantur, ut aliqua corporis parte doleant. Tu statim iudicare debes, in illa parte futurum esse abscessum. quia materia in morbo relicta, illa est quæ illuc decumbit, & ad illam partem dolor trahit, immo ob dolorem pars inflammatur, & debilior efficitur, propterea materia facilius in eam descendit.

ὁπόσοισι ἀνίσταμθίσι ἐκ τῶν νόσων, idest, Quibuscunq; resurgētibus ex morbis.] Hoc intellige præsertim in febribus, quamuis & in alijs morbis uerum sit. hi autem sunt conualescentes, & uere ex his morbis conualescentes, licet in abscessus incidant, tamen ex præcedenti morbo sanantur. unde intelligimus ueram esse conualescentiam ratione morbi qui adfuerat, licet materia aliqua relicta sit, quæ abscessum facit, tamē non est amplius apta præcedentem morbum inducere. Et ideo Philotheus dicit, μὴ πάλιν δὲ τῶν κελσῶν δεξιά μιν, ἀλλ' ἐχροντο τὰ πρὸς τὴν ἐγγύστατον ἀριστερήν, idest, Non perfecte autē crism facientes, sed superflua derelicta habentes.

ἢν τὴν πόνον,] Quamuis aliquis contextus legat πόνον, sed hæc est dialecton differentia. Illa autem uerba ita latine reddi possunt, si quid laborauerit, idest aliqua corporis pars, uel membrum aliquod laborem patiat, idest dolorem, uel molestiam, hic enim lassitudinem non intelligo: quia Hippocrates amplius non utitur uocabulo κόπῃ, sed utitur uocabulo πόνῃ, quamuis Galenus in præcedenti Aphorismo, in præsentī, & in consequenti lassitudinem intelligere uideatur, nam in præcedenti de lassitudine in morbo, in præsentī de lassitudine post morbum, in sequenti de lassitudine ante morbum, ut suo loco ostendemus. Vel igitur lassitudinem intelligamus, uel laborem, idest dolorem, nihil refert, quia in his omnibus uerus est Aphorismus. At Philotheus dicit πόνον δὲ ἀκροσίου, ἢ τῶν σφοδρῶν κίνησιν, ἢ τῶν βλάβων, idest, per laborem uero intelligere oportet, uel motum uehementem, uel nocumentum.

Ἐν ταῦθ' αἱ ἀκροσίου γίνονται, idest hic abscessus fiunt.] In hac inquam parte in qua labor est, uel sit lassitudo, uel dolor: sed & si dolor sit, lassitudo est. Quid uero intelligere oporteat per, hic, à Philotheo exponitur, articuli, & maxillæ, nam dicit ἐκείσε δὲ οἱ ποῖς ἀρθροῖς καὶ πρὸς τὰς γνάθους, ἢ γὰρ ὀδῶν, πρὸς τὴν πρὸς τὰς ῥινομαξίλας, ἀλλ' ἐκείσε δὲ τῶν ἐμπροσθεν ἄρθρων ἀριστερίου, idest, Illuc autē in articulis & ad maxillas, dolor enim destillatione excitat, sed in illam partem ob eam quam superius diximus causam. Orbasius autem intelligit, hos de quibus in aphorismo sermo est, non esse perfecte sanatos; quod si simpliciter intelligit, uerum est: si intelligat ab illa ægritudine à qua tunc liberantur, uerum non dicit, quamuis id uerum sit quod per continuum cibum, quem hic insumit, malus humor derelictus augeatur, & materia in debiliorem locum propellitur. Quem aphorismum in dies experientia uerum esse comprobamus, præsertim in autumnō, quamuis & omni alia anni parte quandoq; contingat.

Hippocra

Hippocrates in libro De humoribus hunc aphorismū describere uidetur, inquiens, qui uero recens ex morbis conualescent, si manus pedes, statim parte aliqua doleant, intus abscedet. ut in hoc loco Hippocrates in statutis partibus id assignet, quod in aphorismis simpliciter in omni parte intelligebat

GALENVS

SI QUIDEM labor, & uehementem significat motum, & dolorem, & lationem, sicuti prius dictū liquet, quod & laborare, & pluri uti motu significabit, & aliquē habere uel dolorē, uel lationem, & quidem in nonnullis qui ex morbo reualescūt apparet, quando humores morbum facientes non satis fuerint expurgati, sed quasdam reliquerint superfluitates, cum laborantem, siue dolentem partem quampiam habuerint, illuc morbum decumbere, cum labor quidam habeat causę rationem, dolor uero signi. Nam in uehementioribus motibus, & uires fiunt imbecilliores, sicuti & caliditas maior accenditur, dolor autem iam fluctatione decumbente perficitur. Hoc igitur, ut diximus, est signum abscessus qui fit. Caliditas autem, atque imbecillitas ad locum affectum prouehit superfluitates. Utroq; igitur, ut diximus, modo audire possumus uerbum laborare. Toti tamen sermoni qui nunc ab Hippocrate fertur alterum magis conuenit significatum, siquidem antea de laboriosis febribus locutus, deinceps autem rursus inquit: Sed & si quid antea laborauerit. Videtur enim prior aphorismus, cuius intium, lassitudinem habentibus in febrī, de lassitudinibus morborum habuisse sermonem. In eo autem qui nunc proponitur, de his qui fiunt in conualescentibus, in sequente uero de illis qui morbum antecedunt.

BRASAVOLVS

PRIMO in hoc commento Galenus, quid significet hoc nomen, labor, ostendit: sua uero lingua utitur uocabulo $\pi\acute{\iota}\nu\theta$, & non illo $\nu\acute{\sigma}\pi\theta$, quo in præcedenti Aphorismo utebatur. Ideo nos illud semper lassitudo interpretabamur. Tria uero per hoc uocabulum labor significatur, motus, dolor, & latio. Eodem modo labor nosse hæc tria significat, unde cū in aliquo qui reualescat humores expurgati non sint, fedit aliquæ superfluitates sint relicte, cum is aliquam partem laborantem habuerit, uel ob motum, uel ob dolorem humores in hanc partem decumbunt, & labor est causa, dolor uero signum: quamuis & dolor aliquo modo causa dici possit, in uehementioribus etenim motibus uires imbecilles fiunt, & caliditas maior accenditur, & dolor ex humore decumbente perficitur. propterea dolor est signum abscessus, tamē quia ob dolorem, humores etiam in illam partem in maiori copia decumbunt, ideo causa dici potest. is autem locus imbecillis fit, & simul caliditas ad locum magis attrahit.

Quod legitur, Illuc morbum decumbere, græce non legitur, morbum, sed apostema, dicit enim græcus contextus, $\epsilon\kappa\epsilon\sigma\tau\epsilon\ \delta\epsilon\ \rho\alpha\sigma\kappa\acute{\iota}\eta\sigma\eta\ \delta\epsilon\ \rho\eta\sigma\eta\mu\alpha\tau\alpha$, idest illuc accessum decumbere.

Quod legitur, Sicuti & caliditas maior accenditur, illa particula sicuti, superflua est, in Aldino enim contextu, & in alijs non ponitur. In meo autē antiquo posita erat, sed ab antiquo quodam obelo confossa est.

SECUNDO Galenus docet, illud uerbum laborare utroq; modo intelligi posse, & pro motu, & pro dolore: tamen Galeno magis arridet, quod in labore intelligatur, qui est dolor & lassitudo. quia in præcedēti aphorismo de labore qui lassitudo est pertractat, & hoc in ipsa febre iam uigente. In sequenti uero Aphorismo de his laboribus agit qui ante morbum fiunt, ut merito in præsentī Aphorismo de laboribus qui in conualescentibus fiunt, sermonem habeat, & in omnibus idem modus laboris sit, is inquam labor qui lassitudo est, de qua & in præcedenti Aphorismo, & in quinto secundi libri uertim differuimus.

Quod legitur, in eo autem qui nunc proponitur, græce est $\delta\ \delta\epsilon\ \nu\acute{\omega}\ \pi\theta\kappa\acute{\iota}\mu\lambda\iota\theta$, idest hic autem qui nunc proponitur, uel hic autem nunc propositus. In media serē commentiparte, quod legitur cum labor quidam habeat causę rationem, legendum est cum labor quidem, græce enim est $\mu\lambda\lambda$.

Sed & si ante morbum aliqua parte doluerit, hic morbus firmatur.

BRASAVOLVS

DE lassitudine in morbis aphorismo trigesimo primo differbat, de ea quæ post morbum fit in præcedenti locutus est. In isto autem de illa tractat, quæ morbum antecedit. Nempe priusquam morbus aliquis, uel febris aliqua contingat, & hic cui contingere debet aliqua corporis parte doleat, morbus in hac parte firmatur, quoniam materiæ morbum facientes illuc decumbunt, & ibi firmatæ abscessus inducunt. Intellige uero dolentem partem, quocumq; doloris genere. Hanc eadem intentionem, quam superius proposuimus, Philotheus habet inquit: *οἱ μὲν πρὸ τέρτου δινοῦ ἀφορισμοί, ὁ μὲν εἰς, οὗ καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν τοῖς κατὰ δεξιὰ πνεύμασι, πρὸ δὲ τῆν ἐν τοῖς νοτοῖς καὶ πῶν διελγῶν. ὁ δὲ μετ' αὐτὸν, πρὸ δὲ τῆν ἐν ἀριστερῶν. ἔτ' ὁ δὲ, πρὸ δὲ τῆν πρὸ κεντρικῶν ἐν νόσῳ καὶ πῶν.* idest duo aphorismi qui ante hunc, unus quidem cuius initium est, lassitudinem habentibus in febribus, de lassitudinibus in morbis disputauit. Aphorismus uero qui ipsum sequitur, de his quæ in refectio nibus, seu instaurationibus fiunt. Iste autem, de lassitudinibus morbum præcedentibus.

Ατὰρ ἢν καὶ πρὸ πεινοῦτος τὴ ἢ. idest, Sed & si ante doluerit aliqua parte. De uero dolore intellige, uel de labore, si aliqua parte intenso motu laborauerit, uel in illa parte dolorem habeat, uel ex quocumq; genere lassitudinis, lassitudinem sentiat: nam ut Hippocrates in libro De humoribus dicit, corporis partes qua morbus est, maximè laborant, namq; eò tendit.

πρὸ τῶ νόσῳ, uel νόσῳ. idest, antequam ægrotet. Quod intelligere oportet ante ipsam ægritudinem, uel ante febrim, uel ante abscessum qui fieri debeat, & ideo Philotheus exponens quid intelligendum sit per hanc particulam, & si ante doluerit aliqua parte, dicit, *τὸ πρὸ εἰν καὶ πρὸ τῶ νόσῳ, ὡδω ἢ τὰ ἀφ' ἧρα, ἐκείσε γινετ' ἢ ἀπίσασε,* idest, Hoc est, si & antequam ægrotet, articuli doluerint, illuc fit abscessus. Vnde & Hippocrates in libro De humoribus dicit, quin etiam si quid ante morbum doleat, eò sistetur, & abscedet, quæ admodum cecidit Perinthijs tussibundis, anginosisque, ut Hippocrates in abscessibus intelligere uideatur, & nihil aliud hunc morbum qui in loco dolente fit, quam abscessum; quamuis postea addiderit, quod hæc mala faciunt & febres.

Εν τῷ δὲ νόσῳ σφελῆ. idest, Illic morbus firmatur. Nam praua materiæ quæ in hoc corpore est, illuc tota decumbit, & ut Philotheus dicit, *ἐλπίς δὲ ἢ ἀπίσασε γινετ' ἢ καὶ σφελῆ. ἐκείσε γὰρ ἐσφάλλεται ὅσα τὸ πᾶν. ἢ ὕλως.* idest, Spes est per abscessum iudicium fieri, illuc enim ob materiæ crassitudinem, residet.

GALENVS

SIUE quis uelit connectere duobus prioribus sermonibus illum qui nunc dicitur ad Sunius aphorismi integritatem, siue seorsum unum quemq; scribere, nihil differt: nam & cõmunitas eorum ostensa est, & singulorũ proprietates in sermone præposito. Dicitur autem & à nobis adhuc breuibus. Quando in morbo sensus aliquis lassitudinis fuerit, expectare oportet abscessum aliquem ad articulos fore, præsertim iuxta maxillas. Simili modo si quis ex morbo relatus parte aliqua corporis laborauerit, uel ante quam ægrotaret; nam plurimũ solet ad talia decumbere, in illis uidelicet morbis, in quibus speratur abscessus futurus, neq; morbus per excretionem antea iudicandus. Dicitum est igitur & in præcedentibus de talium morborum dignotione, sermo uero uniuersus in commentarijs de crisi bus, siue iudicij est explanatus.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus hunc aphorismum, cum duobus præcedentibus iungi posse, & unum fieri edocet.

SECUNDO, hos tres Aphorismos refert.

Quod legitur, Quando in morbo sensus aliquis ægritudinis fuerit, adde ægrotanti: nam græce dicitur, *ὅταν ἐν νόσῳ ἡ ἀπὸ πῶν ἀείδουτος ἢ σφελῆ καὶ μόνον.* idest, Quando in morbo sensus aliquis fuerit ægrotanti.

Tertio

TERTIO Galenus docet, quando ad locum illum dolorosum materia decumbet, quando inquam speratur abscessum futurum, & quod morbus per euacuationem non sit iudicandus, antequam fiat abscessus, quoniam euacuatio illa causa esset quod non fieret abscessus. Denique docet & prius de talium morborum dignotione dictum esse, & vniuersalibus in libro De crifibus.

APHORISMVS XXXIII

SI à febre habito tumore non existente in faucibus, strangulatio repente superuenierit, letale est.

BRASAVOLVS

ID QVOD ab Hippocrate in hoc Aphorismo dicitur, tale est: si quis febre correptus sit, & strangulatio repete fiat, idest modus quidam strangulationis, ut idem perferat, quod his accidit qui strangulantur, tamen in faucibus nullus tumor uideatur, tu hunc moritum iudicato: quonia illa suffocatio ab intentiori adhuc anginae specie fit, aut ab aliqua materia in pulmone, uel pulmonis canna, uel alia spiritali parte fixa, ut stragulari uideatur. Sed hoc potissimum ex illis partibus in quibus, angina firmat: quia non fit repentina strangulatio nisi in gutture. Philotheus uero dicit, quod σημαλωκος εστι ο πρωτον αφορισμος, υψ ποδι κωιτηχης διαλεχτω, idest praefens Aphorismus significatiuus est, & de angina disputat, unde & ab Hippocrate lib. tertio Prognosticorum lectio decima octaua, de angina uerba faciente dicitur, Angina grauissima est, ac celerrime interimit, quae cumq; neq; in ceruice, neq; in faucibus conspicua aliquid efficit, plurimum uero doloris infert, ac spirationis difficultatem, haec enim eodem die, & secundo, & tertio, & quarto strangulat.

Ην πρω πυρρω εχρωλω, idest, Si à febre occupato. Vel si ei quae febris apprehendit, uel intensa sit febris uel remissa nihil refert, tamen in intensa, quia maiori & uehementiori respiratione indigent, quae fieri non potest, quia strangulantur, citius intereunt: & etiam Hippocrates in Epidemiorum libris hoc modo loquendi uti consueuit, à febre habito, quando de aliquo sermo haberetur, qui intensiori febre correptus erat. Celsus li. secundo, ca. sexto, ubi de indicijis mortis agit, hunc Aphorismum ita refert: neq; is seruari potest, qui sine ullo tumore febricitans, subito strangulatur, aut deuorare salutem suam non potest.

οιδηματ μη εοντ εν τη φαρυγγι, idest, Tumore non existente in faucibus. Nota hic si tumor non sit in faucibus, & strangulatio fiat, necesse est in loco magis periculoso fieri: quonia supponitur uel ore aperto tumorem uideri non posse, uel (ut Oribasius dicit) digito non posse tangi. Scitoq; Theodorum, & Leoniceum hoc uocabulum οιδηματ simpliciter interpretatos esse, tumores, & hunc more secuti sunt omnes ferè latini interpretes, immo Hippocrates ipse in eo significato οιδηματ capit. Tamen post Hippocratem tumor uocabulum est magis amplum, quam οιδηματ, nam tumor apud medicos quatuor species complectitur, phlegmonē, erysipela, scirrhum, & oedema. est uero oedema tumor laxus, quem Arabes uadimiā uocant, à pituita factus & tenui pituita: quia ille qui fit à pituita crassa, tenaci, & glutinosa, uel ab atra bile, σκίρρτ à graecis, à latinis durities, ab Arabibus sephiros nuncupatur. Si uero tumor sit à bono sanguine, à Graecis φλεγμονη, à latinis inflammatio dicitur. At si tumor à bile fuerit, uel à sanguine tenui & feruido, uel à sanguinis bilioli, & bilis miscella, à graecis ερυσίπelas, à latinis ignis sacer nuncupatur. Hippocrates in hoc loco non utitur uocabulo oedema, ut solum tumorem laxum significet, qui proprie oedema nuncupatur, à pituita subtili factum: sed omne genus tumorum intelligit à quocumq; humore factum, ut alias consueuit, quando utitur hoc uocabulo οιδηματ, licet quispiam erysipelam tumorem non iudicabit, quia tumidam eleuationem non faciat. Ad rem igitur nostram, omne genus tumoris in hoc loco intelligere oportet, quod adeo releuat ut spiritus meatus ita obstruere possit ut strangulatio sequatur. Ideo hi authores non ab re tumorem simpliciter interpretati sunt. Intellego uero tumorem, non qui non addit, sed qui non uideatur, nec tangi possit. Ideo à Philotheo dicitur, εστι τι επειδεν ε φαινεται το πρω αφορισμω, idest propter id, quoniam passio sensibiliter in gut-

turæ non uidetur. Sæpe etiam dubitauimus, quid esset φάεγγξ apud Hippocratem. ex hoc loco sumi potest, talem partem esse, in quam aperto ore intueri possimus, & uidere nunquid hic tumor in eo sit, qui strangulationem inducere possit. est uero pars illa gulæ, quam latini fauces appellant, ingressus inquam in canales, ut melius interlegendum commentum exponemus.

Πνίξ ἀεφνης ἀνὰ χύηται. idest, Suffocatio, uel strangulatio repente fit. Ii suffocantur, uel strangulantur, qui inspirare & expirare non possunt, ut illi faciunt, qui in aquam decidunt: suffocantur, quia aqua canalem illum ingreditur, per quem aer trāsire deberet, & impedit ne trahatur, & adeo pectoris partes implet, ut proprium musculorū motum, & pulmonis motū qui à musculorū motu fit, tollat. Si strangulatio hæc in homine qui febre correptus sit, repente fiat, uel sit hæc febris intensa, uel remissa, δανάσιμον, idest mortale uel delictet signū est. hoc enim iudicamus quia si intensa sit febris, magna indiget respiratio- ne. Si parua, etiā secundū eius caliditate respiratio indiget. Philotheus & ipse cur mor- tale sit, causam edocet, primo causam strangulationis hoc modo describens γινεται δὲ ἂ πνίξ τρὸς τὴν ὄρε, ἢ τὴν ἀρχαίαν ἀρτηρίαν τῆς ἐν τῷ μύτῳ φλεγμονῶντων ὅν τῶν πνεύματι ἀνὰ τὴν ἀκρότην ἐμφραξάντων τῶν ἐξ ὄρου, καὶ τῶν ἐξ ὄρου τῶν πνεύματι, καὶ δὲ τῶν, ἡνασιμον, idest, strangulatio aut hoc modo fit, spiritalis canna musculis inflammationē patietibus in termino ipsius, & ex his exitu & ingressu spiritus obstructis, & ob hoc mortale. statim uero idem Philotheus aliam causam refert iniquens, ὅτι πυρετὸς ὑπόπνευξ, καὶ τὸ δάδθξ ζεῖη τῶν καὶ τὰ ψύξεως χύηται ἢ τῶν τῶν ἐξ ὄρου ἀεφ. ἀδύατον ἢ τῶν γινεσθαι δὲ τῶν πνίξ, καὶ δὲ τῶν, ἡνασιμον, idest, Quod febris supponitur, & profunditas feruet, tunc frigiditate indi- get ab aere, qui defors est: impossibile aut hoc fieri ob suffocationē, propterea mortale. Strangulatio uero à multis & diuersis causis fieri potest, his etiā omīssis quæ extrinsecæ sunt, ut aqua, & laqueus. nam ob multam pulmonis plenitudinem quādoq; cōsequitur, uel ob multam cauitatū repletionē, uel quia motus pectoris uoluntarius impeditur, ut in apoplexia fit, uel ob debilitatem uirtutis mouētis pectus, uel ob abscessum in epiglotta, uel ob illius partis obstructionem, tamen (ut Galenus dicit) strangulatio repente nun- quam fit nisi ex tumore, qui guttur occupauerit.

GALENVS

LICET quidem & simpliciter audire initiū aphorismi in quo ait, Si à febre habito, tanquam ita dixisset, si homini febricitanti tumore non existente. Licet autem & cum maiori aliqua significatione, quemadmodum solet in Epidemijs scribere, non sim- pliciter quouis modo febricitatem ostendens, cum dicit, Febris ipsū habebat, sed de eo cui magna insit febris, ita loquens. Contingit autem & sine magna febre, strangulatione repente superueniēte, hominem interire. Ineuitabilior autem, & citior mors adeo quod neq; ex inopinato unquam homo saluatur, cum uehemens febris detinet agrotantem. Indiget enim huiuscemodi febris (ut in sermonibus De difficili anhelitu fuit à nobis o- stensum) inspiratione abundantanti. Fit uero nedum abundans, uerum omnino pauca stran- gularis, Neq; enim aliud est strangulatio, nisi interitus subitus propter defectum inspi- rationis, qui fit ex angustia alicuius instrumenti, ex his qui obseruāt respiratio. Nam talis angustia ipsorum seorsum in eo genere est, quod anhelitus carentia nominatur, quæ & ipsa fit, uel propter imbecillitatē potentia illius, quæ mouet thoracē, uel propter frigiditatē uitalis principij. Strangulatio uero omnino fit ex angustia. angustia autē uel repleta intermedia regione quæ inter thoracē est atq; pulmonem, aut pulmonis cauer- nis, uel aliqua inflammatione totum occupante uiscus, uel asperam arteriam, uel eam partem quæ est ueluti caput eius, quam nominant guttur, quæ etiam inflammatio fieri aliquando solet in præiacente spatio, quod fauces appellant. Nam & Homerus ita nomi- nauit iniquens. Per fauces autem uinum impellebatur, spacium illud laxius quod inter gulam & guttur præiacet nominans fauces. Videtur autem & nunc Hippocrates hanc eandem partem eodem modo quo etiam Homerus nominalle. Dicit igitur, tumore nō existente in faucibus: tanquam possibile sit ore multum ad aperto partem ipsam diligen- tius inspicere, quod in gutture fieri nequit. Fiet igitur sermo uniuersus huiusmodi. Si à febre habito strangulatio repente superuenerit citra tumorem fauces occupantem, le- tale est. Prisci etenim per tumorem, & inflationem idem intelligebant. Neque nos

latet

fatet triplicem esse tumorum differentiam. Vel enim sunt cum dolore quos iuniores inflammationes nominant, uel absq; dolore duri, quos græci scirrhos uocant, uel sine dolore, & molles, quos iidem græci œdemata, idest inflationes appellant, & propterea ab antiquo usu recesserunt, ut qui non omnia præter naturam incrementa sub uocabulo inflationis complectantur. Cum igitur fauces sine tumore apparuerint, strangulatio autem repente superuenerit, solius gutturis est huiuscemodi passio. Strangulatur (ut dixi) & propter morbos alios, quos paulo ante dixi. Repente autem strangulatur soli gutturi inest. Morbus enim, quem græci peripneumoniam uocant, non repente strangulat ægotantes, uerum paulatim ab initio incrementum suscipiens, usq; ad propriam consistentiam in qua talem causam affert. Et si quod tuberculum, & abscessus in pulmone sit, hæc quoq; passio diuturna est. Sicuti & spacium inter pulmonem, atq; thoracem pure repletum, sæpius hominem strangulat, abscessu scilicet in ipsum dirupto, qui scilicet & ipse in longo tempore fuit constitutus. Asperæ quidem arteriæ inflammatio difficultatem spirandi aliquam efficere potest, strangulationem uero non potest propter magnitudinem meatus in ipsa latioris, & tunicæ tenuitatem. Impossibile si quidem est corporis adeo tenuis inflammationem spatium effatu dignum replere. Reliquum igitur est guttur quod subitam potest facere strangulationem, quoniam in ipso angustatur pulmonis meatus. Et musculi anteriores una cum ambiente tunica inflammationem patientes, uiam spiritus ualent intercludere. Nominant autem medici quidem talem dispositionem, non per, s; synanchen, sed per c, cynanchen, quibus placet faucium inflammationem per, s; synanchen nominare. Nonnulli uero & iuxta synanchen, & iuxta cynanchen nominant. Iuxta synanchen quando adiacentium faucibus partium inflammatio fuerit, iuxta cynanchen autem quando extra guttur. Ex his igitur quæ dicta sunt rationabile est talem dispositionem gutturi aliquem inferre dolorem, & uidetur Hippocrates eius manifeste meminisse in libro prænunciatio, hisce uerbis. Fauces dolentes tenues cum quadam difficultate strangulantes uelociter exitium afferentes. Nunc uero dolentes non dixit, siue quia in his quæ dixerat ante poterat subintelligi, uel quia etiam iam absque dolore aliquando dictam putauit in præcedente sermone fieri posse strangulationem, & si omnino potest esse sine dolore strangulatio, & talibus causis potest hoc fieri, possibile est multitudine humiditatis, & pituitosæ præcipue, madefaciente tunicam gutturis interiorem, aliquem fieri absque dolore tumorem. Possibile etiam est aperientibus ipsum musculis resolutis, meatum reddi angustiorē. Contingit autem & utrunq; coniungi. Sed neq; impossibile est quin propter superfluum siccitatem musculi gutturis intrinseci supra modum extenti meatum reddant angustiorē. Qui uero sint hi musculi, & quomodo claudant guttur, ostensum est in tractatu, qui de uoce inscribitur.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, per hanc particulam, à febre habito, simpliciter intelligi posse habentem febrem, uel magna sit, uel parua hæc febris: uel posse intelligi ut in libris Epidemiorum, quando hoc loquendi modo utitur, à febre habito, intensam febrē intelligit. letale est tam in parua febre quam uehementi: sed citius & sine euitatione in magna febre interit, quoniam inspiratione magna indiget. hi uero qui strangulantur, paucam inspirationem habent, propterea citius intereunt.

Quod legitur, Ineuitabilior autem, & ocyor mors, adeo ut neq; ex inopinato unquam homo seruetur, græce est, ἀφικτότερον & καὶ δάτω ὀδυάται, ὡς μὲν ἐκ τῆς ἀδύτης ποτὲ σὸδῶναι. Tu in his uerbis considerato illam particulam, ex inopinato, eam esse quæ græce habetur ἐκ τῆς ἀδύτης præter expectationem & opinionem: quæ particula & si opinionem significet, tamen significat & admirationem, nosq; potius hoc modo interpretemur: Neq; præter admirationem unquam homo saluatur, nam si saluatur is qui febrem intensam habet cum strangulatione, hi qui hunc saluari uident, admirantur.

SECUNDO docet, strangulationem esse subitum interitum propter defectum inspirationis, qui defectus ex angustia instrumentorum respirationis inferitur. hæc autem angustia, anhelitus carentia appellatur, quæ anhelitus carentia, uel sit ob imbecillitatem potentiae quæ mouet thoracem: uel ob frigiditatem uitalis principij, idest cordis. Strangulatio uero ex angustia consequitur, quæ sit, Vel repleta intermedia regione, quæ inter thora-

cem est, atq; pulmonem, Vel plenis pulmonis cauernis, Vel aliqua inflammatio, ne totum occupante uiscus, Vel occupante asperam arteriam, Vel guttur, Vel fauces. Intelligit autem hic Galenus per fauces præiacens spatium in ore, unde summæ partēs huius asperæ arteriæ, uel huius canalis animæ (ut Plinius uocat) ubi arteria ad lingvæ radices & tonsillas coniungitur, à græcis φάρυγξ dicuntur, à latinis uero fauces, & ita Galenus hic intelligit, qui Homeri testimonium adducit dicentis, uinum per fauces im pelli, & cibos percurrere, ut apud Homerum deprehendere possis, φάρυγξ esse fauces, quoniā utitur hoc uocabulo φάρυγξ, estq; talis pars, qualem in homine os apertum habente uidere possumus, & conspicerē an in illa parte inflāmatio sit, an nō sit. Sed λάρυγξ, idest, guttur inspicere nō possumus. Intelligit uero per λάρυγξ spatium illud & animæ canalē quem græci asperā arteriā, nos in proposito aphorismo guttur uocamus, quoniā si quis febre deprehensus sit, & tumor in faucibus non uideatur, & strangulatio repente fiat, letale est; quia in λάρυγξ, idest gutture abscessus est. Tamen & si hæc duo uocabula id significēt, quod à nobis dictū est, apud alios antiquos auctores & Philosophos uario modo usurpata reperiuntur, & adeo cōfusā habere significata, ut unum pro alio sumatur. Tamen Aristot. tertio Ethicorū lib. accipit uocabulū φάρυγξ pro canali, per quē tendit cibus, ubi de Philoxeno Erexio uerba faciens, dicit, quod precabatur, ut à dijs gruis φάρυγξ haberet. uerba eius hæc sunt *διὸ καὶ ἠύξασί τις Φιλόξενος ἐλπίσθαι φάρυγξ ἂν, τὸν φάρυγξ αὐτοῦ μακροτέρου γράψαι γρηῖστα*, idest, propterea & Philoxenus quidā Erixius qui cū esset uorator, optabat ipsi pharyngā, idest fistulā cibalem longius fieri grue. & Aristophanes dicens *λαρυγγίω, καὶ νικίω παράξω*, idest uoce & clamore Niciam perturbabo, ostendit, quod larynx asperam arteriā significet. Quæ omnia à Iulio Polluce secūdo lib. sui Onomastici abunde pertractantur. Cum Galenus Homeri auctoritatē refert, inquitens per fauces aut uinum impellebatur: Leonicensio, uel potius à librarario, in his Homeri uerbis, duo alia uerba, quæ à Galeno de illa auctoritate referuntur, omīssa sunt. uerba aut hæc sunt, Cibiq; percurrerebant, hoc enim est Homeri carmen, φάρυγξ δὲ θύεσσυτο οἶνον, ἡωμοίτ' αὖ θράμιοι, idest Per fauces autem uinum impellebatur, & cibi percurrerebant.

TERTIO Galenus docet, antiquos idem intellexisse per tumorem, & inflationem, adducitq; triplicē tumorum differentiā, Aliqui sunt cū dolore, qui à Recētibus inflammationes dicuntur: alij absq; dolore & duri, qui scirrhi à græcis, ab Arabibus Sephiros, à latinis durities appellātur: alij molles sine dolore fiunt, qui œdemata à Græcis, nos tumores laxos, uel tumores molles, uel (ut Leonicensius interpretatur) inflationes nuncupare possumus; unde ab antiquo usu recesserunt, ut qui non appellent omnia præter naturam incrementa, inflationes. In hoc aut loco pensiculate consideranda sunt uerba Galeni, & Leonicensi interpretatio, illa enim pars, quam Leonicensius interpretatur, prisca etenim per tumorem, & inflationem idem intelligebant, græce legitur *ἀσώτως γὰρ ὀνόμαζον οἱ παλαιοὶ τὸ, τε οἰδημα, καὶ τὸν ὄγκον*, idest, (Si uerbum uerbo reddamus) eodem modo enim nominabant prisca & œdema, & oncon. Quid autem sit œdema, superius docuimus, tumorem inquam laxum, uel mollem, sed uocabulum ὄγκος, tumorem proprie significat, idest (ut Galenus in principio illius libri quem inscribit *περὶ τῆς φύσεως ὄγκων*, idest, De tumoribus præter naturam definiuit) eleuationem in latum, longum, & profundū, unde id proprie quod nos tumorē uocamus, Græci appellant ὄγκον, eleuationē scilicet præter naturam, nam eleuatio secundum naturā non est ὄγκος, ut est sua eleuatio in homine ualde crasso. ὄγκος enim cumulum significat, eleuationē, & acutum, idemq; apud nos significare certum est. & Hippocrates quoq; librū fecit *περὶ ὄγκων*, idest de tumoribus. Immo cū apud Galenum, Paulum, Aetium ὄγκος inuenietis, semper tumorem interpreteris, quāuis Leonicensius inflationem uertat. Atre uera inflatio, potius à flatu inducitur, uel nomen est per uulgi ora uagans, sed nō latinū pro tumore. Cū uero ὄγκος, idest tumor in tres species distinguatur, in *φλεγμόνας*, idest inflammationes, in *σκιρξον*, idest duritiē, & in *οἰδήματα*, idest inflationes secundū Leonicensiū, secundū nos, tumores laxos, ex hoc cognosci potest, quod œdema secundū græcos est species ὄγκος, idest tumoris. & ideo Græci, qui tēpore Galeni scripserūt, & circa rem medicam uersati sunt, ab antiquo usu recesserunt. quia græci antiquiores, & præsertim Hippocrates

Hippocrates, sub hoc uocabulo οἰδημα tumorem omnem præter naturam intelligunt; sed Græci posteriores non intelligunt sub hoc uocabulo οἰδημα omnem tumorem, sed tantum laxum tumorem. Scitoq; ubi Græcus contextus habet οἰδημα, uel οἰδηματ^ο, uel οἰδηματ^α, Leoniceñ semper inflationē, inflationis, inflationes interpretari; nos aut̄ potius interpretandū putamus tumores laxos, uel œdemata nō mutato uocabulo. In summa hoc Galenus edocere intendit, quia Hippocrates in Aphorismo dicit οἰδηματ^ο, id est, œdemate, œdema aut̄ apud posteriores Græcos est una species ὄγκος, id est, tumoris, at pro ueritate aphorismi, non solū mortis signum est si sit œdema, sed etiā si sit alter tumor, propterea docet, quod apud antiquos idē significatur per οἰδημα, quod per ὄγκος, id est, tumorem, licet posteriores οἰδημα speciem ὄγκος, id est, tumoris faciant.

Quod legitur, uel absq; dolore duri, adde coniunctionem, & uel absq; dolore & duritiā cōtextus Aldinus legit ἢ χωρὶς ὀδύνης καὶ σκληροί. At antiquus cōtextus, qui apud nos est, non legit καὶ σκληροί, sed ἢ σκληροί, ut sensum faciat uel sine dolore sunt duri.

Quod legitur, Quos ijdem Græci œdemata, adde particulā proprie, hoc modo, quos ijdem Græci proprie œdemata uocant. Contextus enim Græcus ita habet, προσαρθῶνται δὲ καὶ τῶτος οἰδηματ^α ἰδίως.

QUARTO Galenus docet, si fauces sine tumore uiderimus, & suffocatio repente superueniat, hæc passio solius gutturis est. Certum enim est, quod & uiri propter alios morbos strangulantur, sed repentina strangulatio solius gutturis est, nam peripneumonia cito strangulare non potest. Abscessus, uel tuberculū pulmonis cito non strangulat. Plenitudo spatij inter pulmonem atq; thoracem cito non strangulat. Asperæ arteriæ inflammationo non strangulat, sed anhelitus difficultatem parit. Gutturis inflammatio, aut tumor possunt cito strangulare, & cyananche appellatur, quia in gutture pulmonis meatus angustatur, qui meatus & in ore est latior, & cum pertingit pulmōnem; hocq; in loco quatuor anginae species enumerat, de quibus tertio libro abunde differuimus.

Quod legitur, Et si quod tuberculum & abscessus in pulmone fit, Græce habetur, καὶ ἢ πύμα, καὶ ἀπόστημα ἢ πύμα γίνεται. id est, & si quod phyma, & abscessus in pulmone fit, Leoniceñ interpretatur πύμα tuberculum, sed est tuberculum quod cito augetur (ut inquit Celsus) & ad suppurationem accelerat.

Quod legit, Apostemate in ipsum disrupto, hæc particula Disrupto Græce est ῥαγέντος, ac si impetū notet. Antiquus codex quē habeo legit συβραγέντος, quod oppositū est, sed hæc particula signata est, & ab antiquo quodā uiro in margine scriptū est ῥαγέντος.

Quod deinde sequitur, Qui scilicet & ipse, in Græco codice illa particula, Scilicet, non adest.

Cum in principio huius partis legitur, Strangulatur ut dixi, lege strangulatur enim (ut dixi) Græce enim est πνιγόνται μὲν γὰρ ὡς ἐφ' ἡμῶν.

QUINTO Galenus rationale putat, hanc dispositionem gutturi dolorem inferre, immo Hippocratem in libro Proretheticorum adducit, qui id sentire uidetur. Ratio autem cur in hoc Aphorismo huius rei nō meminerit, est, uel quia subintelligi poterat, uel quia existimabat quandoq; fieri posse stragulationem absq; dolore, nam si pituita ad interiorem gutturis tunicam descendat, in ea tumore absq; dolore inferre potest. Nihil etiam impedit ex resolutione aperiētium musculorū, meatum angustiorē fieri, & utriq; contingere potest, immo & ob nimiam intrinsecorum musculorū liccitatē supramodū extensorum potest meatus angustior reddi; hicq; omnes casus sine dolore contingunt.

Quod legitur, in libro prænuntiatiuo, Græce est ἐν τῷ προῤῥητικῷ.
Quod legit, possibile est multitudinē humiditatis, lege multitudine, fuit error librarij.
Quod legitur, Aliquem fieri absq; dolore tumorem, lege aliquem fieri in ea absq; dolore tumorem. nam Græce est γινέσθαι τοῦ πνῶ ὄγκου ἀνόδινου ἐν αὐτῷ.

Quod legitur, possibile est etiam aperientibus ipsum musculis resolutis, hæc particula resolutis in meo antiquo contextu legitur ῥυαλυθέντων, sed in margine correctus est, & legit παχυθέντων; & ita Aldinus codex legit παχυθέντων, ac si dicere uelit, crassioribus redditis, & non resolutis; quia resolutio non nisi extorte meatum angustiore red dit, licet id facere possit.

Cum prope finē legit, sed neq; impossibile est quin, ppter superfluā liccitatē musculi

gutturis intrinseci supra modum extenti, meatum reddant angustiorem. In codice Greco hæc pars in plurali est, & non in singulari, ita enim dicit, *ἐν ἀσθματι δὲ εἰς δὲ ὑπερβάλλουσαν ξηρότητα τῶν σφόνδν τῶ ἀρυχτος μὲν ὑπὸ πλείον ταύτητων σφωβλίαι τὴν πύρον*, id est, Sed neq; impossibile est, propter exceedentem siccitatem musculorum gutturis intrinsecorum supra modum extensorum meatum reddi angustiorem.

APHORISMVS XXXV

SI à febre habito collum peruertitur, & uix potest deorare sine ullo tumore, letale est.

BRASAVOLVS

IN eodem ferè casu, & in eodem discrimine illi sunt, qui in hoc aphorismo cōtinentur, sicuti illi erant qui in præcedenti cōtinebantur. Si quis ergo febre correptus sit, et illi adeo collum peruertatur ut uix deorare possit, tamen nullus tumor appareat, letale signū est: quoniā in ipsa gula, uel in musculis, qui gulæ præiacēt, inflāmatio facta est, quæ talis fuit ut colli partes contraheret, & uertebrae suo loco dimoueret; uel est tāta harum partiū siccitas, ut collū peruertat, & cōuulsionem ex inanitione, quæ mortalis est, facit. Celsus libro secūdo, capite sexto hunc aphorismū ita refert, Cuius in eodem febris, corporisq; habitu ceruix cōuertitur, sic ut deorare æque nihil possit, seruari non potest.

ἢ ὑπο πυρετῶ ἐχρημάτω, id est, Si à febre habito. Hic & isto modo loquendi utitur (Galeno teste) ut febris intensiōne notet. præcedens Aphorismus in febre etiam remissa uerus erat, hic uero nō nisi in intensā, uerus est, quæ & in remissa quodæq; letale signū sit.

ὁ τράχηλος ὑπερστροφῆ, id est, collū peruertitur. Theodorus, Leonicens, & noster antiquus codex ita legunt; Aldinus uero, Hagonensis, & multi alij contextus alio modo habent, scilicet *ὁ τράχηλος ὑπερστροφῆς*, id est, Collū repente peruertitur, unde sicuti in præcedenti Aphorismo particula repente, ponebatur, ita in hoc, illis ponendā esse uisum est. Tamen hic Aphorismus sine particula repente intelligi debet. Collum uero multis de causis peruertitur, & à procatartictis & extrinsecis. ut si quis percussatur, uel in terram cadat, uel alio quodā ictu peruertatur, & à causis intrinsecis & corporalibus, & ideo de hac re loquens Philotheus dicit, *ἢ ὑπὸ προκαταρτικῶν αἰτιῶν, ἢ ὑπὸ προσηγμένων, καὶ προκαταρτικῶν μὲν, ὡς ὑπὸ βρυγμάτων, ὑπὸ προσηγμένων δὲ ὡς ὑπὸ φρυμάτων ὄγκων*, id est, uel ab euidentibus & extrinsecis causis, uel à præcedentibus, intrinsecis & corporalibus. & ab extrinsecis quidem, ut ab eruptionibus, à corporalibus & ab intrinsecis uero, ut à tuberculis, & tumoribus. Sed ut adrem breui descendamus. Gula uertebri colli inhaeret, & musculos habet, qui & inflāmari, & in tumorem uerti possunt: si inflāntur, secundū illam partem in qua inflāmatio fit, musculi uertebrae trahunt, & in illā partem collū peruertitur. Itaq; strāgulantur, unde Oribasius dicit, tale quid accidere naturæ in istis, quale accidit oculo, per quē si trahas corrigiā foris, totū claudis, nam in ipso etiam tanquā uertebrae subiunguntur. Ergo siue sursum ascendat uertebra, siue inferius, siue in dexteram, siue in sinistram, strangulat. Hæc autem fieri non possunt, nisi uel in gula, uel in musculis gulæ præiacētibus abscessus fiat, qui etiam sit effatu dignus. Sit autē hæc peruersio uel in dexterū latus, uel in sinistrū, uel æqualiter ad utraq; latera, adeo ut cōcauit extra sit, biliositas intus. Has autē peruersionū species, egregie Philotheus enumerauit, inquit, quod collum peruertitur *ποτὲ μὲν ἐπὶ ὑπὸ τῶ βάθος, ἢ καλεῖται λόρδωσις. ποτὲ δὲ ἐξω, ἢ καλεῖται κύφωσις. ποτὲ δὲ ὑπὸ τῶ δεξιᾶ, ἢ ὑπὸ τῶ ἀριστερά, ἢ καλεῖται σκολίωσις*, id est, Quandoq; quidē intus in profundū, & regibbositas uocatur: quandoq; autē extra, & gibbositas uocatur: quandoq; uero in dexterā, uel in sinistrā, & obliquitas uocatur. Reperiuntur ergo apud Græcos κύφοι, uel κύρτοι ἀπὸ κυρτώσις, uel etiam ὕβοι, quos Latini gibbos appellat, & λόρδοι, quos regibbos uocant, & σκολιωμένοι, quos obliquos nominare consueuerunt, & quamuis hæc passiones in dorso fiant, tamen ut Philotheus dicit, *γίνεται δὲ τὸ τῶ πάθος ὁ καὶ εἰς τὴν σπονδυλῶν ἐπιπέδω*, id est, fit autē hæc passio, quæ

καὶ μόγις κατὰ πίνειν δύνανται, id est, & uix deorare potest, (& species anginae est, uel etiam deorare non potest, quod magis mortale est. At si uix possit, tamen aliquo modo possit, non est adeo mortale, cum enim hoc accidit ut deorare non possit

non possit, necessario accidit aut ob inflammationem, quæ in gula est, uel in gulæ musculis, & hoc in intrinsicis. nam illa quæ in extrinsicis fit musculis, si magna sit, oculis extrinsece percipitur. potest tamen et hoc deglutienti impedimentū a siccitate prouenire, quæ adeo illas partes exsiccauerit, ut cōtrahantur. Quod in his ut plurimū qui ex longa ægritudine moriūtur, accidere uidemus: immo quandoque adeo exsiccātur, ut quæ bibūt, ueluti in caniciū tubū descēdere uideātur. Consideraq; Hippocratē in præcedenti, et in præsentī aphorismo mira arte procedere. nam in præcedenti de gutturis tumore sermo nē habuit, quē cynanchē uocauit, & qui difficultatē anhelitus inducebat, quā strangulationē nūcupauit. In præsentī uero aphorismo de tumore gulæ, aut musculorū gulæ agit, quē uocat cynanchē, & trāsglutienti difficultatē parit: tamen utrūq; inferre possit, et anhelitus scilicet & trāsglutienti difficultatē. tamen & affectio, quæ in hoc aphorismo continet, species anginæ est, sicuti præcedēs erat anginæ species. κατὰ πίνειν est etiā deglutire, sed Theodorus, & Leonicensus, ut comedēdi actū denotarent, deuorare interpretati sunt.

οἰδηματὸς μὴ ὄντος. idest, Tumore non existente.] uel sine tumore scilicet qui uideatur: nam opus est intrinsicū tumorem adesse, qui oculis non discernatur, aut siccitatem ipsam id efficere. Si uero tumor uideatur, deglutienti impedimentū non sequitur: & si adsit, paruū est, & tumor in exteriori parte collū peruersum apparere facit, cū tamē non sit, utiturq; Hippocrates hoc uocabulo οἰδημα communiter, ut in præcedenti Aphorismo fecit, ut idem significet quod ὄγκος, non autem proprie pro tumore laxo.

θανάσιμον. idest, Letale signum est.] quoties hæc apparebūt, collum inquam peruertere, cum illis conditionibus quæ sequūtur, ut uix deuorare possit, & nullus tumor extrinsece uideatur. Philotheus huic aphorismo talē rationem assignat, εἰάν οὐκ ἔδωκεν ἀπὸ τοῦ στόματος ἡ σάτυροι μῦς ἢ αὐτὸς ὁ στόμαχος, φλεγμαίνουσι, καὶ φλεγμαίνοντες διασπείρουσι τὴν πρᾶξιλον ἐπὶ λάρυγγι. ἔλασσι γὰρ τὸς σπασμὸς τῶν σπονδυλῶν πρὸς ἑαυτὸς, τὸ τῶν οὐκ ἐλευθέρων ἀπὸ τῶν ἐσω τεινομένων, ὡδῶσι τὴν φλεγμονῶν, καὶ ἀρθρίβεται ὁ οἰσφαγος, ἐκ δὲ τοῦ οἰσφαγος, καὶ ἡ πρᾶξιλα ἀρτηρία, ὡς τε μὴ δυνάσθαι κατὰ πίνειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ δὲ πνιγμός, καὶ θάνατος ἀγγίνεται, ἀδελφὸς οὖν δυνάσθαι τῆς φλεγμονῆς. idest, Si igitur intrinsicè gulæ musculi, uel ipsa gula defluente materia impleantur, inflāmātur, et inflāmāti collū peruertūt, secundum regibbositatē. trahūt enim uertebraū cōiunctiones ad seipsos. his igitur tractis, & intus extensis, inflammationem expellunt, & cibalis cāna constringitur. ex hac autem cibali canna, & spiritalis canna, ut homo transglutire non possit, & hinc suffocatio, & mors superuenit, inflammatione scilicet permanente. Cum uero hæc causa, quā adduxit Philotheus ex materia sit, aliam assignare uoluit ex ptra siccitate, inquiens, ἄλλως τε ὅτι περὶ τοῦ στόματος, καὶ τοῦ στόματος ὡς τε πνιγρότητι αὐτῶ, καὶ διασπείρου τὸ πρᾶξιλον ἐπὶ λάρυγγι, ὅπῃ καὶ ὀλεθεῖται. idest, Aliterq; quod febris adest, & talis ut siccitate sua & per uersionem collī faciat; quod etiam perniciosum est.

GALENVS

NON etiam adiecit hic locum, in quo inquit, Tumore non existente, sicuti in præcedenti aphorismo gutturis meminuit, inquiens, Tumore non existente in faucibus. Nos uero dicemus alterum duorum, uel ex communi audiendum esse in faucibus, uel in omnibus collī locis. Cum enim in nullo horum apparuerit, neque ore aperto in faucibus, neque extrinsecus tumor, hominem uero contigerit non posse deuorare, casus est exitialis: qui fit ex inflammatione aliquando musculorum, qui gulæ præiacent, aliquando gulæ ipsius. Est enim quædam societas partibus his per neruos, ac ligamenta, & ad spinalem medullam, & ipsas ambiētes membranas, ac præterea ossa uertebraarum, quæ his extrinsecus adiacent. Extentis itaque ad partes inflammatas, & ligamentis, & neruis trahi uertebra, uel intra, uel ad latus est necessarium: siquidē in altera nerui propagine fieri tentationem contigerit ad latus, si uero in ambabus ad extra. Plenius autem de istis dicemus, librum De articulis exponentes, in quo ait fieri spingē uersiones tuberculis crudis intra ipsam constitutis. Igitur in libro illo & gibbos fieri dixit tentis intra uertebraarum partibus, non solum recuruationes, & obliquationes. Et in secundo quidem libro Epidemiarū, de proposita nūc in aphorismo angina uerba faciens, inquit, Erāt autē anginam patientiū tales affectus, collī uertebrae intro uergebant, et extra apparebat collum habere cauitatem, & hoc tactum dolebat. In hoc itaq; sermone

unam ostendit uertebrae euerfionem ad intra factam, in praesenti uero aphorismo, generaliori utens sermone, inquit, Si collum euertatur. Verbum enim euerfi, eam quae est ad ad quod praeter naturam euerfionem, ostendit omnem rectitudinis uertebrarum. In secundo autem libro Epidemiarum sermone adiecit, Et hoc tactum dolebat. Hic uero nihil de dolore dixit, atqui necessarium ad eadem dolorem unam eam quae collum obtinet inflammationem, & hic eam quae fit propter siccitatem excedentem tentionem, tractum, & euerfionem partium tantummodo ostendit, & propter hoc ipsum casum inquit esse exitialem, cum alter qui prouenit ex inflammatione non sit omnino exitialis, qualis erat prior, cui coniuncta erat strangulatio, Neque enim est aequale periculum, si homo stranguletur, & uix possit deorare: uerum si propter excedentem siccitatem id accidat, & collum euerfi, & uix posse deorare, letalis est casus, & praecipue cum uehemens est febris, ut uerba illa, Si a febre habito, etiam in hunc sensum audiantur, ob hanc autem febrem ipsam, & iam immodicam fieri par est in membris siccitatem, & duplicem habebit febris uehemens ad mortem rationem, & quia signum erit quod fiat euerfio propter siccitatem, & deorandi difficultas, & quoniam & ipsa aliquid afferet, ut una ex causis perducentibus ad mortem.

BRASAVOLVS.

PRIMO Galenus causam reddit, cur in hoc Aphorismo locum non adiecit, quando dixit, tumore non existente, sicuti in praecedenti aphorismo fecerat, in quo dicebat, tumore non existente in faucibus. duasque assignat causas, uel quod intelligatur ut in praecedenti Aphorismo, tumore non existente in faucibus: uel hunc locum simpliciter in omni colli parte intelligamus, tumore non existente, in aliqua scilicet colli parte, tumore inquam, qui uideri possit: nam neque extrinsece uidetur, neque intrinsece, etiam si os multum aperiat. quoties hoc accidit, & deglutire non potest, exitiale signum est: quoniam quandoque fit ex inflammatione musculorum, qui gulae praeciunt, quandoque ipsius gulae.

Quod legitur, sicuti in praecedenti aphorismo gutturis meminit, lege faucium meminit, & non gutturis, nam Graece est *ὡς πρὸς τὴν τῶν πρὸ ὀφθαλμοῦ ἀφορισμῶν τῆς φάρυγγος ἐμνημίνοισιν*.

Quod legitur, Musculorum qui gulae praeciunt, Graece est *τῶν προβλημῶν μὲν τῶν σωματικῶν*, haec particula *προβλημῶν*, qua Leoniceus interpretatus est praeciunt, In antiquo contextu, quem habeo, legitur *προβλημῶν*, quamuis antiquus quidam supra syllabam *προ*, scripserit syllabam *προ*.

SECUNDO Galenus docet, in his partibus, gula inquam, musculis suis, & uertebrae, affinitatem quandam esse, quae affinitas per neruos est, & ligamen ad spinalem medullam, & ad uertebras, adeo ut cum extenduntur ligamenta & nerui ob inflammatas partes, uertebrae ad intra, uel ad latus trahuntur. Si enim una neruorum propago trahatur, ad latus peruersio fit: si uero in utrisque neruorum propaginibus fiat, ad intra fit peruersio. Sed in expositioe libri De articulis, ipsius Hippocratis, de his plenius loquimur: quoniam & gibbos, & recuruationes, & obliquationes, ex his uertebrae contractis fieri docet.

Quod legitur, Si quidem in altera nerui propagine fieri tentioem contigerit ad latus, Graece est, *ἐὰν μὲν ἐν τῷ πλὴν ἐπὶ τῶν ἀποφυσισμῶν τῶν νῶδων, τῶν τῶν συμβαλῶν γίνῃται, πρὸς τὸ πλάγιον*. ubi uides legendum esse in altera neruorum in plurali, quia in unaquaque parte multi sunt complantati nerui: & id uerbum *ἀποφυσισμῶν*, quod Leoniceus propagine interpretatur, complantationem significare uidetur.

Quod statim legitur, Si uero in ambabus ad extra, Graecus contextus legit ad intra, nam dicit *ἐὰν δὲ κατὰ ἀμφοτέρους, εἰς τὰ ἐξωτά*. Tamen Aldinus codex legit *ἐκ τῶν*, id est, extra, & eodem modo antiquus noster contextus legebat, sed a uiro quodam docto correctus legit *ἐξωτά* per *ν* & non per *κ*. Rarissime tamen & difficulter extra fit, frequentius uero & facilius ad intra, tamen & ad extra fieri nihil impedit.

Quod legitur, & gibbos fieri dixit, Graece est, *καὶ τῆς κνῶσεως ἐφ' ἧν γίνῃται*, id est, & gibbositates fieri dicit.

Quod dicit, Non solum recuruationes, & obliquationes, Graece est *τὸ μόνον τῆς λόφωσεως τε καὶ σκολιῶσεως*. Vocabulum uero *λόφωσεως* non solum recuruationem significat, sed

cat, sed etiam uertebrarum luxationem. Meusq; antiquus contextus loco huius particulae *σκολιώσεις* legit *κυφώσεις*, utrunq; tamen uocabulum gibbositatem significat.

TERTIO Galenus docet, quod in hoc Aphorismo ab Hippocrate dicitur, in secundo Epidemiarum quodammodo repeti. Nam & in hoc libro de ista angina sermonē habet. At hæc differentia est, quia in secundo Epidemiarum, de euerfione ad intra facta solum agit, in hoc autem aphorismo uniuersalius loquitur, & euerfionem tam ad intra, q̄ ad extra intelligit. etenim hoc uerbum euerfi, quicquid præter rectitudinem collocatum sit, significat. Alia differentia est, quia in secundo Epidemiorum dicit, & hoc tactum dolebat, in hoc autem Aphorismo nihil meminit doloris, tamen necessarium est esse dolorem cum inflammatione colli. Est uero hæc angina, de qua Hippocrates mentionem facit in secundo Epidemiarum, parum ante segmentum quartum de uenis.

Quod legitur, Euerfionem ostendit omnem rectitudinis uertebrarum, Græce scriptum est, *ἐκτροπὴ ἀπασαν διὰ τὴν σπονδύλων ὀρθωείας*, uocabulum *ὀρθωείας* rectum cursum, uel rectum incessum significat.

Quod etiam legitur, & hic eam quæ fit propter siccitatem excedentem tentionem, priuquam legi debeant hæc uerba, in quibus quartum incipit, quod à Galeno edocetur, desunt duo uerba, quæ sunt *πλὴν ἐ*, idest, præterquam si, deinde sequitur, & hic eam quæ fit propter siccitatem excedentem tentionem.

QUARTVM quod à Galeno docetur hoc est, diximus quod in secundo Epidemiorum libro de dolore mentionem fecit, hic uero nihil de dolore meminit, quia in inflammatione dolorē esse intelligitur: nisi dicere uelimus, quod hic de tentione loquatur, quæ ob excedentem siccitatem consequitur, & ideo inquit casum exitialem: quoniã alter casus, qui ex inflammatione provenit, semper exitialis non est, sicuti erat præcedens cui strangulatio coniungebatur: unde non est æquale periculum si homo stranguletur, & si uix deorare possit. Sed si ob siccitatem excedentem hic casus accidat, ut collum cœretur, & uix deorare possit, letalis est casus, & præcipue cum febris intensa sit, quod per illam particulam significatur, à febre habito. nam ut in præcedenti Aphorismo docuit, hic loquendi modus, à febre habito, apud Hippocratem febris uehementiã significat.

QUINTO docet, Ratione febris siccitatem intendi, & uehementē febrem ad mortem duplicē rationem habere. Primo quia exsiccans colli euerfionē, & deorandi difficultatem parit. Secundo quia & ipsa aliquid afferet ut una ex causis ad mortē productibus, nempe ipsa febris per se sola absq; ullo symptomate, mortis causa esse potest.

Quod prope finem legitur, & deorandi difficultas, Græce habetur *καὶ τὸ κατὰ πίνει μόνος*, idest, & hoc quod est, uix posse deorare, ut Galeni commentum Hippocratis contextui correspondeat,

APHORISMVS XXXVI

Sudores febricitanti si inceperint, boni, & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & undecimo, & quartodecimo, & septimodecimo, & uigesimo, & uigesimo septimo, & trigesimo quarto. Hi enim sudores iudicant morbos. Qui uero non ita sūt, laborem significant, & morbi longitudinem, & recidiuam.

BRASAVOLVS

DE bonis, & malis sudoribus, idest, his qui bene & male iudicāt, in hoc Aphorismo sermo habetur: unde Philotheus dicit, *περὶ κριτικῶν σημείων, τὰ τῶν ἰσθμῶν, διαλεχθεῖσα νῦν ὁ ἰπποκράτης*, idest, De iudicatorio signo, hoc est de sudoribus Hippocrates nūc disputat. Nēpe sudores oēs copiosi scilicet, & perseverātes, q̄ incipiūt tertio die, septimo, nono, undecimo, quartodecimo, decimoseptimo, uigesimo, uigesimoseptimo, trigesimo quarto, oēs inq; sudores, q̄ his diebus sūt, boni sunt. nã morbos iudicāt. i. bñ finiunt. Qui aut̄ in alijs diebus sūt, boni nō sunt, nec bene iudicāt, sed uel morbi longitudinē, uel recidiuā significāt. Si uero diaphoretici sint, mortē etiã significāt: & ratio in præoptu est, quia sudores in diebus decretorijs incipiētes, egritudinē ad bonū terminaturā significāt, igiŕ boni sunt. Si aut̄ in alijs diebus nō decretorijs fiāt, boni nō sunt, q̄ egritudinē laborē

laborem aliquem habere oportere significant. Sunt uero plures alij dies decretorij boni, in quibus si incipiant sudores etiam boni sunt, sed Hippocrati omnes enumerare non placuit. Satis enim illi fuit omnes enumerare, qui ut plurimum uidentur. Id diximus, ne præter trigessimū quartū diem bonos sudores esse non posse arbitraris. immo & boni sunt in quadragesimo, & sexagesimo, et in pluribus alijs diebus in egritudinibus diuturnis. Sed hoc raro contingit, tamen nonnullæ chronicæ per sudorē terminantur. Vnde Hippocrates in hoc Aphorismo de morbis acutis ex decidētia solum pertractat, & non de diuturnis, qui supra quadragessimū diem terminum habent: quia hiraro per sudorem iudicantur. Idem iudicauit Philotheus, nam intentionē Aphorismi ponens, quod scilicet Hippocrates de iudicatorio signo, id est, de sudoribus disputat, postea addit, *καὶ ποδὲ ὀξέων νοσημάτων*, id est, & de acutis morbis. Causam uero, cur de acutis morbis sermonē habeat Hippocrates, in expositione his uerbis assignat Philotheus iniquens, *ὅτι δὲ ποδὲ ὀξέων νοσημάτων ὁ λόγος γίνεται ἐπιπορεύεται, ὁ ἄλλος ἐκ τοῦ ἐπιείχους, τὸς ἰσοῦστας ἀγαθὸς ἔσται ἢ γ. καὶ ε. ἀπὸ φαινομένων. τὰ γὰρ ὀξέα τὰ σὺν ἰσοῦσται κενόμικτα, τὰς ποδὲ τῆς ἡμετέρας ἰατρικῆς πλὴν κείνων ἔχει*, id est, Quod autem de acutis morbis hic sermo Hippocrati sit, manifestum est, ex eo quod dicit, sudores bonos esse qui in tertio, & quinto apparent. Acuti enim morbi cum sudore iudicati, iudicium diebus imparibus magis habent. Non contentus hac causa Philotheus aliam assignat iniquens, *ὅτι τὰ ὀξέα σὺν ἰσοῦσται κενόνται, τὰ δὲ χρόνια ἢ ὀξὴ ἰσοῦσται πεφύκασιν λυέσθαι, ἀλλὰ ἢ ἰσοῦσται ἢ ὀξὴ ἀρρημάτων*, id est, Quod acuti morbi per sudorē iudicantur. Diuturni uero per sudores solui natura non consueuerunt, sed per concoctionem, & per abscessus.

ἰσοῦσται πυρεταίνοντι ἢ ἀρρῶνται ἀγαθοί, id est, Sudores febricitanti, si incepterint boni. Tuq; de perseverantibus sudoribus intellige. est autem sudor humorum subtilissima & tenuissima pars, & præsertim sanguinis, in uapores conuersa, & per carnis & cutis porositates exiens, immo & in aquæ speciem exiens, & ideo ab Arabibus definitur, esse sanguinis aquositate. Sudor uero multis modis consideratus, nobis potest ansam iudicandi bonum, uel malum præbere. Vnus est modus, si ipsum consideremus secundum dies in quibus fit: de hisq; in hoc aphorismo pertractat, et bonos, atq; malos dies, in quibus sudores fiunt, edocet. Alter modus est, si sudorē penes eius quantitatem consideremus, an paucus, an multus sit. de multo sudore Aphorismum fecit Hippocrates, per multum uero sudorē, sed in cōcoctione & declinatione factum, morbi finē iudicamus, per illum uero qui in principio uel augmēto sit factus, morbi longitudinē prædicimus. Si autē paucus sit sudor, nondū perfectā esse coctionē percipimus, & uias nondū esse apertas, de hoc autē plurimo sudore Aphorismo quadragesimo primo huius libri aget. Alius modus est, si secundū eius qualitatem sudorem consideremus, quæ qualitas diuersa est secundū quod penes diuersas qualitates cōsiderari potest. Sunt uero qualitates ad sensus pertinentes, ut quādoq; per colorem iudicemus sudores, quia uel luteus, uel albus, uel niger, uel nullo modo linteus tingit, et quādoq; sanguineus appareat, ut de Christo seruitore nostro legitur dū in horto oraret, & ita humorē superabundantem ostēdit, quia sudor ex omni humore decidī potest. Per odorē præterea sudorē iudicamus, quia uel male olet, uel non male olet: uel erugineū odorē habet, uel acidū, uel acrē. Itaq; cum de humoribus iudiciū ferimus, per saporē iudicare possumus, sed medicus iubeat assistentes mulieres illas esse quæ gustēt, an amarus, an dulcis, an insipidus, an saluus, & an acer sit, itaq; de humore iudiciū feremus, tamen ut plurimū saluus est sudor. Adde per mollitatem & lubricitatem, quæ ad tactum pertinēt, de sudore iudicium ferri posse: per caliditatem & frigiditatem de sudore considerationem facimus, ut is aphorismum qui statim sequitur, ostēdet. Ex parte etiam corporis in multarum rerum cognitionem ex sudore deducimur: nam si in toto corpore sit, unum iudicamus: si in parte, aliud, immo Aphorismū deinceps habebimus, ubi sudor, ibi ægritudo. Tempora etiam coctionis supra sudorem iudicare faciunt: quia ante coctionem unum, post coctionem aliud iudicamus. Hippocrates uero de his sudoribus uerba facit qui in febre contingunt, quia rarissimi alij morbi præter febrem per sudorem sanantur. Et etiam sudores sunt qui ab intrinseco fiunt hi de quibus intelligit, non de his qui ab extrinseco inducuntur: quia illi qui ab extrinseco ueniunt, iudicium ferre non possunt, nisi hoc, is qui facile ex motu sudat

sudat, meatus apertiores habet, quam qui non sudat. Scitoq; ipsum de his sudoribus loqui, qui in diebus quos enumerabit, incipiunt. nam sunt decretorii dies morborum, qui per sudorem terminantur. Nec illud te prætereat, nostrum antiquum contextum pro huius aphorismi inscriptione, hunc titulū habere, *πὸν ἰδρώτων* idest de sudoribus.

Τριταῖοι καὶ πεντηταῖοι. idest, Tertiani & quintani.] Qui tertio die, & qui quinto die incipiunt, in medio uero quartum diem omittit, qui tamen decretorius est. nam re uera & ipse quartus iudicatorius est, & forte à librario omisus, qui Hippocratis librum scripsit. uel quia morbi accelerantes in tertio principium faciunt, retardantes in quinto incipiunt: uel quia morbi acuti, de quibus sermo est à bile ortum habent. bilis uero de tertio in tertium mouetur. ideo uel tertio, uel quinto, uel septimo, uel nono, uel undecimo bonos sudores fieri dicit, Philotheus & ipse huic dubio ita respondet inquiring, *πὸς δὲ οὗ λέγοντες, ὅτι οἱ σπύχοι πνεῦσι ὀφέδω εἰσι, ἢ ἐν τῇ τεταρτῇ λείνονται, καὶ διαστὰ ἐκ ἐμνήδῃ τῆται ἰπποκράτης. λέγουσι, ὅτι οἱ σπύχοι διὰ ἀμοιβῆς λείνονται, ἢ διὰ ἰδρώτων. ἢ τῶν οὗ δὲ πὸν ἰδρώτων οὗ ὁ λόγος αὐτῶν, καὶ εἴη ὅτι ἐκ ἐμνήδῃ αὐτῶν.* idest, Ad dicentes uero quod febres conclusæ acutæ sunt, & in quarto iudicantur, & propter quid harum non meminerit Hippocrates. Dicimus, quod conclusæ per defluxum sanguinis iudicantur, non per sudores: & ob hoc ipsius, scilicet quarti, non meminit. Tamen non habetur solutio perfecta illius dubij, quare non meminerit quartæ diei, nisi in febre conclusa. At contra ea quæ à nobis prius dicta sunt dubitare posses, quia deinde quartumdecimum diem, & uigesimalum enumerat, qui sunt dies pares. Scito cum undecimum transeunt in computatione dierū per hebdomadarū horas, tertiusdecimus est ferè medium, & quartusdecimus illius termini motus bilis: sed hæc diffusius in libro De diebus iudicatorijs, à Galeo traduntur, quam opus sit à nobis in præsentiarum referre. Iudicauit tamen & Oribasius, quartum esse quidem iudicatorium, sed rarius per sudorem. Si uero petas cur primum & secundum diem non enumerauerit, Oribasius dupliciter respondet, Primo philosophicè, quia primus, & secundus numerari non possunt. nam apud Græcos duo non sunt numerus: tertius uero est numerus quia in ipso reperiuntur par, & impar. primum igitur, & secundum non numerauit, quia primus & secundus non sunt numeri, ideo numerari non possunt. Secundo medice respondet, quia tertio die omnes typicæ ægritudines, ut est tertiana, cognoscuntur. nam si primo die commouetur, & diem interpolatum habuerit: & tertio die commota fuerit, significat tertianam: sic & quotidianam quotidie demonstratur. quartana uero quæ uno die commouetur, & duos dies interpolatos habet, significat quomodo unum tempus finitur, alterum initium habet. Idem Oribasius dubitat, quare dies impares sunt boni, pares mali. Respondet, esse rationem in Astrologia. Aliter respondet, quod deus impari numero gaudet. Sed non decet philosophum hoc modo respondere. Nos igitur dicamus, si sudores contingant, humor biliosus maxime peccat, qui subtilis est, & de tertio in tertium mouetur, usq; ad quartumdecimum diem in quo mutare incipit, quia secunda septimana inter decimūtertium & decimum quartum diem finem habet.

Καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἑνναταῖοι, καὶ ἐνδεκαταῖοι. idest, Est septimo die, & nono die, & undecimo die.] Omnes inquam qui per hos dies impares incipiunt, boni sunt. Oribasio autem uidetur: si sudor tertio die incipiat, quinto perficiat: si quinto incipiat, septimo perficiat: si incipiat septimo, nono perficiat. & re uera de inceptioe sudoris in his diebus uerba facit, & non de termino, & de tali inceptioe, quæ primitiuā causam non habeat.

Καὶ δεκάτερον καὶ δεκαταῖοι, καὶ ἑπτακαίδεκαταῖοι. idest, Et decimoquarto, & decimoseptimo die.] Hi etiam sunt iudicatorij, & si in his diebus sudores incipiūt, signum est quod perseverabunt, & bonum iudicium facient.

Καὶ ἐκκοσμοῖ, καὶ ἐκοσμοτεταρταῖοι, καὶ ἐκοσμοβδμηαῖοι. idest, Et uigesimo die, & uigesimo quarto, & uigesimo septimo.] Hi quoq; sudores qui in his diebus incipiunt, boni sunt. Hanc lectionem habet antiquus noster contextus, sed Aldinus, & alij plures, & antiqua translatio habent diem uigesimalum primum.

Καὶ τριακοταῖοι, καὶ τριακοσποταρταῖοι. idest, Et trigesimo die, & trigesimo quarto. Leonicensius trigesimalum non legit, sed bene Theodorus, & noster antiquus codex, at in antiqua translatione etiam legitur, trigesimalo primo die: quem diem habet etiam con-

textus Hagonensis dicens, *καὶ τριακῆς πρώτης*: tamen hic dies iudicatorius non uidetur, & ideo nos ipsum omittendum putamus.

Οὗτοι γὰρ οἱ ἡμέρας τῶν νόσων λεγόμενοι. idest, Hi enim sudores morbos iudicant.] Hi inquam qui in diebus enumeratis incipiunt, & causa est, ut inquit Philotheus, *ὅτι πᾶσι λεησима σημεῖα, καὶ συμπτώματα, τῶν λεησμοῦν ἡμέρας ἀρχιδται διέλε*, idest, Quoniam iudicatoria signa, & symptomata diebus iudicatorijs incipere uult.

οἱ δὲ μὴ ἔτι γινόμενοι. idest, Qui autem non sic fiunt.] idest non incipiunt in his enumeratis diebus: sed incipiunt in alijs diebus intermedijs.

τῶνον συμμεινόμενοι, καὶ μὴ τῶν νόσων, καὶ ἐπιπροσποσμοῦ. idest, Laborem significant, & longitudinem morbi, & recidiam.] Nam cum in alijs diebus qui decretorij non sunt, illi motus fiunt, symptomatici sunt, & materierum non regularum à natura, quæ in diebus non iudicatorijs inordinate mouentur. Hippocrates in libro De crisi, uel de morborum decretorio, hunc aphorismum ad uerbum ferè ponit, inquit, Sudores febrienti bus tertianis, quintanis, septimanis, nonarijs, undenarijs, quartanis & decimanis, unis & uigesimalis, trigesimalis ue, morbos sistunt si fiant. Qui uero tales non sunt, labores portendunt. Hinc uidet nec quartum hic ab Hippocrate numerari, nec uigesimalum poni, sed uigesimalum primum.

GALENVS

NON sudores tantum, sed alui excrementa effatu digna, & urinæ multæ, & iuxta aurem abscessus, uel aliquem alium articulum, in dictis diebus optime apparent. Sermo enim in uniuersum est talis, Iudicatoria signa, ac casus, in diebus iudicatorijs incipiant, & sermo iste dictus sufficiebat. Verum Hippocrates non de omnibus ipsum fecit iudicatorijs. Sed de sudoribus tantum, & nobis memoriæ subiecit iudicatorios dies, qui sunt intra quadragesimum. Morbi enim istis diuturniores, non admodum solènt per sudores iudicari, sicuti neq; omnino per excretiones, sed uel per concoctionem, uel per abscessus. Quod uero non omnis numerus dierum sit ad iudicandum idoneus, experientia manifeste demonstrat, & quispiam admiraretur illos qui aſunt, nullam in illis esse differentiam: melius enim ex his quæ apparent manifeste, eos discere differentiam. Causam uero eius quod fit per multum ocium considerare, quod nos in tractatu De diebus iudicatorijs, egimus, id quod ad artis referat utilitatem in primis Commentarijs transigentes, causas autè ipsorum tentantes in tertio perquirere. Non parua autem est de diebus scriptis in aphorismo discordia, quum alij alios pro arbitrio scribant. Nos uero illa secuti, quæ ab ipso Hippocrate scripta sunt, & in Prognostico, & Epidemijs, & ipso libro Aphorismorum, ipsorum fecimus cõnumerationem. Verba autem quibus de hisce diebus Hippocrates scripsit, habes omnia in tractatu De iudicatorijs diebus, & de iudicijs collecta. Nunc uero à tertio incepti, qui anticipat quartum in breuioris temporis morbis, & post hunc quintum scripsit uno die quarto tardiores. Sic enim ferè in omnibus exemplaribus inueniet, quum quartus dies in aphorismo non sit scriptus, quamuis hic dies sit primus iudicatorius. Verum tamen ipsum nunc prætermisit, uel ipse Hippocrates, uel qui primus librū scripsit. Si uero omnino Hippocrates illum præterijt, hanc ob causam existimo illud fecisse, quoniã morbi plurimi per acuti, qui cum sudore iudicantur, tertio, & quinto die, magis quàm quarto iudicium suscipiunt. Rariores enim sunt, qui die quarto iudicantur, & hoc à me plurimum fuit inuentum per experientiam, ob hoc ipsum quarète, quoniam dies quartus fuerat ab Hippocrate in aphorismo prætermisus. Hic autem uidetur accidere, quoniam morbi peracuti primam statim accessionem uehementissimam habent, & reliquis illis proportionales per diem tertium. Didicimus autem quod in uehementioribus accessionibus iudicia fiunt, & quod morbi qui in diebus imparibus accessionē habent, citius iudicant, qui uero paribus tardant. Atq; ideo si etiam in principio aliquis morbus incitatur, hoc magis accidit in diebus imparibus: si tardare debeat, ad dies pares uehementiores accessiones transferuntur. Hæc itaq; habeo dicere de die quarto. In fine autem aphorismi, nonnulli trigesimalum primum diem, nonnulli trigesimalum quartum scribunt. Scimus autem hos in dierum iudicantium numero contineri, & fortasse trigesimalum quartum maiorem uim habet, non tamen quadragesimi meminit: quoniam hunc principium morborum longorum existimat, qui non

ad modum per sudores iudicantur. Nam & trigessimūprimum & trigessimūquartum, & ante ipsos uigessimūseptimum raro inueniemus per sudores iudicare.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus aphorismum ad alia ampliā, quā in his diebus per modum euacuationis apparent, unde non solum sudores, sed & alui excrementa copiosa, & copiosa urina, & abscessus iuxta aures, & ad articulos: omnia hæc si in diebus iudicatorijs fiāt, & in aphorismo præscriptis, bona sunt: Si uero in illis diebus numeratis non fiant, mala sunt. Ideo hic Aphorismus uniuersaliter in his omnibus præscribi poterat. Sed in hoc aphorismo de solis sudoribus tractare Hippocrati placuit, imò addit quod de his solum uerba facit, qui citra quadragesimum diem sunt: non tamen quin etiam supra quadragesimum non terminentur per sudorem, sed ut plurimum supra quadragesimum per coctionem, uel per abscessus finiunt. Si uero dubites cur alij dies non sint ad iudicandum idonei, aliam causam non attulit, præter eam quod experientia ipsa istud edocuit. Causam uero in libro De diebus iudicatorijs exposuit, quam (quia nimis diffusa est) referre non placuit. Quod legitur, Melius enim ex ijs quæ apparent manifeste, eos discernere differentiam, illa particula Eos, superflua est. nam Græce dicitur, *ἀμεινον γὰρ ἐκ μὲν τῶν φαινομένων διδασκεσθαι τὴν εἰσφορὰν.*

Quod legitur, Id quod ad artis refert utilitatem, nonnulli recentes hanc partem corrigere uoluerunt, dicentes, id quod artis præcellit usum; tamen Galenus id potius dicit quod Leoniceus interpretatus est. Græce enim habetur, *τὸ μὲν ἐς τὴν χρείαν τῆς τέχνης εἰσφέρειται.* id est, id quod ad artis refert utilitatem.

Quod etiam legitur, Causam autem ipsorum tentantes, à nonnullis recentibus demittitur illa particula Ipsorum: quam tamen Galenus in suo codice posuit, inquit, *τὰς δὲ αἰτίας αὐτῶν.* id est, Causas autem ipsorum.

SECUNDO inquit Galenus, in referendis his diebus qui hic ab Hippocrate numerantur, magnam discordiam apud antiquos fuisse: sed ipse promittit, se Hippocratem in Prognosticis secuturum, in Epidemijs & in Aphorismis: hic uero à tertio incipit, qui in morbis breuibus quartum præcellit, & ad quintum transit, qui est tardior quarto.

Quod legitur, Qui anticipat quartum; Græce habetur *πρὸ λαμβανόντος τὴν τετράδα,* id est affumente quartum. nam tertius in breuioribus modis, quarti officio fungitur.

TERTIO Galenus de die quarto dubitat, qui primus inter iudicatorios est; tamen uidetur omisus; dicitur; uel fuisse Hippocratem, uel eum qui primus Hippocratis librum scripsit. Tamen & si Hippocrates data opera quartum diem, hanc fuisse causam iudicat Galenus, quia plurimi peracuti morbi qui cum sudore iudicantur, tertio & quinto die magis quam quarto iudicium habent, ut experientia comprobauit. Et ratio in promptu est, quia morbi peracuti primam accessionem uehementissimam habent, & alias per diem tertium consequentes. Iudicia uero in uehementioribus accessionibus fiunt; & morbi, qui per dies impares mouent, citius abeunt. Qui uero per pares, tardius: propterea morbi qui magis citi sunt, per dies impares mouentur. Si uero longus morbus fieri debeat, uehementiores accessiones in diebus paribus fiunt.

Quod legitur, Et hoc à me plurimum fuit inuentum per experientiam, ob hoc ipsum quarente. Græce habetur, *καὶ μοι ἔπειθ' ἐξ ἑγῆται πάντων σφοδρὰ, διὰ αὐτὸ ἔπειθ' ἐντήσαντι.* id est Et à me hoc inuentum fuit uehementer propter hoc ipsum dubitante. non adest uero illa particula Per experientiam, quam Leoniceus addidit.

QUARTO animaduertit, in fine aphorismi ab aliquibus legi trigessimūprimum diem, ab aliquibus trigessimūquartum, Imò nos & Græcos contextus & Latinos habemus, qui simul & trigessimūprimum & trigessimūquartum legunt; tamen iudicat forte maiorem uim habere trigessimūquartum diem.

QUINTO Galenus causam refert, quare diem quadragesimum omiserit, quoniam chronicorum morborum initium est, qui per sudores non multum iudicatur, imò non solum quadragesimus raro per sudores iudicat, sed & trigessimūprimum & trigessimūquartum, & ante hos uigessimūseptimum, raro uidit Galenus per sudores iudicare.

Frigidi sudores, cum acuta quidem febre mortem: cum mitiori autem, longi-
tudinem morbi significant.

BRASAVOLVS

VTINAM non uidissem superioribus diebus huius aphorismi sententiam ueram
esse in Antonio Augusto cōsobrino carissimo. Is enim frigido sudore madebat, & acuta
febre correptus erat, & ea met die qua frigidi sudores cœpere, obiit. per hunc enim
frigidum sudorem caloris naturalis extinctio significatur. nam uehementia morbi calo-
rem superat, aut saltem est dispositio extinctioni caloris naturalis propinqua. Si uero fe-
bris acuta non sit, sed mitis, morbus erit longus. quia hic sudor à frigida materia, uel à
multa, uel à frigida simul & multa conficitur, quæ ad coctionem inepta est. Celsus se-
cundo libro capite quinto de signis longæ ualeitudinis uerba faciens, locum specificat,
inquiens, protinus tamen signa quædam sunt, ex quibus colligere possumus morbum,
& si non interemerit, longius tamen tempus habiturum, ubi frigidus sudor inter febra
non acutus, circa caput tantum, & ceruices oritur. ut hinc habeas, sudorem istum, qui
longitudinem morbi ostendit, circa caput & ceruicem potissimum uersari: quod re uer-
a ita esse experiētia probat. At capite sexto eiusdem secundi libri idem Celsus pro pri-
ma aphorismi parte inquit, sudor quoq; frigidus in acuta febre pestiferus est. Hippo-
crates præterea in libro De crisi, hunc aphorismum ferè posuit, inquiens, sudores frigi-
di cum febre graui si fiant, mortiferi sunt; cum leniore, morbum producant.

οἱ ψυχροὶ ἰσθῶντες. id est, Frigidi sudores.] Intellige quos medicus, & assidentes uere
frigidos esse percipiant, non autem ipse æger, quia de ipso cura non est: imò quanto mi-
nus ipse frigiditatem sentit, tanto citius mortem portendunt: nam solet æger in hoc ca-
su, etiam linteorum frigiditatē perquirere, & intus calore intensissimo peruritur. Si ue-
ro quispiam acuta febre correptus, in uetō detectus maneat, uel aqua frigida madescat,
uel flabello autetur, & frigidus sudor contingat, qui tunc exire accidat, ex hoc mors
iudicanda non est, quoniam sudoris frigiditas, ex qua futuram mortem iudicamus, ab
extrinseco fieri non debet, sed à febre ipsa, quæ uires imbecillas huic ægro reddiderit:
quamuis Philotheus in principio suæ commentationis à frigida materia fieri dicat in-
quiens, ψυχροὶ ἰσθῶντες γίνονται ὃν ὄφεισι πυρετοῖς, τὸ χυμὸν ψυχροτάτω ὄντι, καὶ μὴ νικηθῆναι
τῆς ψύχειας αὐτῶν ἐπὶ τῆς πολλῆς θερμασίας, οἱ πνεῦν καὶ ὀλιγοὶ εἰσι. Frigidi sudores in acu-
tis febribus fiunt humore frigidissimo existēte, & multa caliditate frigidum ipsum uin-
cere non potente, qui quidem & perniciosi sunt.

Σὺν μὲν ὄφει πυρετῶ γινόμενοι. id est, Cum acuta quidem febre facti.] Quia febris acu-
ta requiritur, si hic sudor mortem prædicere debeat. nam cum adsit acuta febris, quæ ca-
lidissima est (intellige uero peracutā uehementissimam febrem) hæc inquam simul cum
frigido sudore esse non potest, nisi ingens materia, & naturæ pugna & controuersia in-
ter sit, imò & naturæ defectus. nec opus est, quod hæc febris acuta, & frigidus sudor, per
duas solas, aut tres horas egros sollicitent, sed per tempus perseuerare oportet, imò usq;
in mortem semper intēditur, & hic sudor est signum mortis, febris uero (ut in commen-
to uidebimus) est signum & causa, quia corpus nostrum dissoluit. Cum uero præter nau-
turam uideatur, quod febris acuta sit, & frigidus sudor contingat, propterea Oribasius
istud in dialecticum dubium reuocauit inquiens, Quæstio nobis oritur, si regula est dia-
lecticorum, duo contraria in uno tempore in eodem subiecto esse non posse, quomodo
dicit Hippocrates acutam febrem, quæ est calida frigidos sudores emittere? Respondet,
hoc dubium esse prætermisum ab omnibus interpretibus aphorismorum, Domino in-
quam, Pelope, Lyco & Rufo. Sed Galenus respondet, & suæ rationi acquiescit Oriba-
sius, de qua re in Galeni commentatione disseremus. Sed & ipse Philotheus huius du-
bii causas reddere conatur, inquiens, εἰ δὲ τῆς εἰπι, καὶ πῶς γίνονται ἐπὶ τῷ πῶντι χυμῷ
ὄφει πυρετοῖς; λέγουμεν, ὅτι πολλὰ καὶ ἄρισ χυμοὶ σπινθηροῦ δυνάμει πῶντι πυρετοῖς. id
est, Si uero quis dixerit: & quomodo à tali humore febris acuta fit? Dicimus quod fre-
quenter & crudus humor putrefactus, acutam febrem inducere potest. Tamen si bene
consideremus

consideremus, Philothei dubiū circa aliud uerfatur, quàm Galeni, & Oribasii dubiū fecerit. Apud Oribasium quaeritur, quomodo in febre acuta, quæ ex calidissima materia fit, frigidi sudores consequantur: Sed Philotheus in principio suæ commentationis frigidos sudores ex frigidissima materia fieri edocuerat, postea dubitat, quomodo à tali humore, scilicet frigidissimo, acuta febris fieri possit. & respondet, putredinem in causa esse, tamen post hanc causam, aliam assignat, quæ optime Galeni dubiū & Oribasii dissoluit, inquit, *ἀλλ' ὡς τὸ φθιλέχεται ἐν ταῖς φλεψὶν εἶναι θερμὸν χυμὸν, ποιοῦντα ὄξωσιν τὸν δὲ ψυχρὸν χυμὸν ἐκτὸς εἶναι, ὃς καὶ ἀναλύει τὸν ποικίλον ἰσοδύνατον. ψυχρὸς δὲ ὅστις τὸ μηδ' ἀλλ' ὀλίγω ἔστιν ἐν θερμότητι.* idest, Contingit in uenis calidum humorē esse, febrem acutam facientem, frigidum autem humorem extra esse, qui & dissolutus sudores facit: frigidus autem, quoniam à caliditate non calefiunt. Cuius rei idem Philotheus exemplum assignat inquit, *καὶ ἐστὶ ἄλλο φαινόμενον ἐν τῇ λευκίᾳ, ὃ γὰρ ἢ λιγὸν καταλωμῶσιν ἀντὶ ἀναλύει, καὶ ἐκ ἀνάγκης δὲ, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ θερμῶν δάλλει.* idest, Et hoc manifestum est in glacie: sol enim ipsam irradians dissoluit, non tamen statim etiam quod defluit (scilicet à glacie) calefacit. Nobis præterea graue non erit causas omnes referre, cur in ægritudine acuta sudores frigidi exire possint. Vna causa est, caloris debilitas, & materia multa. ideo ab hoc calore quæ tenuis est, ad calidum immutari nō potest. Alia causa est materia uenosa, quæ sub forma sudoris expellitur: naturales spiritus illi sunt qui calefaciunt corpus, tamē ob hanc uenosam materiam adeo resoluuntur, ut partes calefacere non possint, unde illa materia quæ per modum sudoris exit, frigida est. Si uero dixeris cum materia quæ febrem facit putrida sit, & putredo caliditatem secum ducat, quomodo in tali febre sudor frigidus esse poterit? Respondemus, omnino adesse putredinalem caliditatem, & præter naturam, sed tanta non est, quanta est naturalis caliditas. Tamen ut rem ipsam, de qua agitur, edoceamus, hi frigidi sudores in hac febris acutæ potius ex uirium debilitate fiunt, quàm ex alta re, quia naturalis calor deficit, & corpus relaxatur, propterea sudor exit, & inordinate, & frigidus, & is qui sudat an sit frigidus an non sit, non per sentit.

Θάνατον. idest, Mortem. Hoc enim mortem significat acuta febris, cum qua sit frigidus sudor. Ex hoc uero ne putes, calidum sudorē ex opposito salutem significare, quia multi in febrium acutarum initijs cum debilibus uiribus frigidus sudore madent: at in fine uisæ frigidus efficitur, quia per relaxationem sudor irregulatus exit, & in eodem uitæ fine, ob caloris defectum in frigidari necesse est.

Σαυὲ δὲ ἀπὸ τῆς φ. idest, Cum mitiori autē.] scilicet febre, unde ex hoc notatur mitiorem febrem contra acutam distingui, ideo acutum intensum significat, mite uero remissum. Erit uero mitior febris, quæ à pura biliosa materia non pendebit, sed uel à mixta materia, uel pituita, uel atra bile. In hac mitiori febre opus non est quod sudor ob debiles uires frigidus sit, quia ob id etiam frigidus esse potest, quoniam materia quæ febrem facit crassa erit, & glutinosa, & adeo densa, ut calefactioni inepta sit. Et si dixeris, per sudorē exire non posse nisi attenuetur, & attenuari non potest nisi calefiat. Respondemus, omnino calore aliquo indigere, sed non tanto, qui caliditatem usque ad extra seruare possit. Scito tamen multo maiorem esse frigiditatem illam, quæ in acuta febre fit, quàm istam quæ in mitiori inducitur. imò illa in acuta febre, tanta est, quod in medicorum digitos mortiferam quādam frigiditatem imprimit, quæ per aliquot horas in digitis perseverat. posset etiam in mitiori febre ex materiae multitudine esse, licet non sit crassa.

Μῆκος νόσος σημαίνει. idest, Longitudinē morbi significant.] Quia cum materia crassa sit & multa, in molli febre cito digerit & resolui nō poterit. propterea morbus longus erit. Hic uero intellige quod uires consent. nam si non cōstarent, non possent tam diu morbum etiam molliorem sustinere, quod ad coctionem peruenirent.

De sudore uero & bono & malo, primo Prædictionum ab Hippocrate & Galeno pertractatur. De sudore malo peragēs inquit, pessimus sudor est, si frigidus egrediatur, & circa caput tantummodo, uultum, & ceruicem. hinc Celsus accepit loco præadducto quinto capite secūdi libri, deinde prosequitur Hippocrates, hic enim cum acuta quidem febre mortem, cum mitiore morbi longitudinē indicat. Galenus uero in illius partibus commento docet, in acuta febre frigidum sudorem, quomodo cūque exeat, uel per totum corpus, uel per caput solum, ceruicē, & collum, semper mortem significare. Si ue-

ro circa has partes solum, etiam si calidus sit sudor, malus est, quia syncopem minatur. Et hoc in primi Prædictionum commento Galenus ostendit in mitiori febre, nos vires bonas esse supponere, & usq; in materiæ coctionem perdurare posse, nam dicit. Si vero mitior febris est, poterit facultas non absumpta prius ab acuta febre, spatio tēporis praeuos concoquere humores.

GALENVS

QUOD quidem ita fiat, sæpius experientia docet. Causa uero huius exploranda. Nam plurimam mihi uidetur habere dubitationem, quomodo febre calidissima hominem detinente, sudor fiat frigidus. Quod igitur in alijs partibus corporis sit necessarium, esse uehementem caliditatem: ex alijs uero sudores frigidos euacuari, est manifestum. Essent enim calefacti, si ex partibus calidissimis efferretur. Euacuantur autem ex cute sudores, quam frigidam esse contingit: quum tamen ea quæ sunt sub ipsa, comburuntur. Nam quibusdam humoribus putrescentibus, ostensum est, febres acutas fieri: huius uero putrescentis sæpius quidem in toto corpore, sæpius uero in uasis folis. Quum uero hæc aliquando duo contigerint, & humores qui sunt in uasis putrescere: eam uero quæ solida corpora regit naturam, quæ secundum Hippocratem est calor naturalis, uel extinguui omnino, uel proximam esse extinctioni, quæ quidem ex his euacuatur, frigida sentiuntur. Eam uero quæ fit ex putredine caliditatem, nihil prohibet uehementissimam esse. Atq; ideo signum exitiale, ostēdens in animalis corpore humorum multitudinem superabundare, tantam habentium frigiditatem, ut neq; à calore natiuo, neq; à febrili calefiant. Tepidis quidem existentibus febribus contingit saluari hominem, concocta in tempore multitudine humorum, atq; euicta à natura. Acuta enim febris causa est, & signum perniciosissimum. Causa quidem, quia prompta est dissoluere corpora. Signum autem, quoniam humorum multitudinem esse frigidissimam ostendit, ut quæ neq; à calore febrili transmutetur. Febris uero quæ non est acuta, sed mitior, permittit tempore longiori à natura multitudinem concoqui, quum non anticipet dissoluere hominem: non est autem signum adeo perniciosum, sicuti uehemens febris. Contingit enim in tepida febre, & si modice frigida multitudo fuerit, incalefactam permanere.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus dubitat, quomodo possibile sit sudorem fieri frigidum, quum febris calidissima sit. Respondet, ex alia parte exire sudorem, in alia uero esse caliditatem: nam causa febris, quæ est putrida materia, calida est intus, uel in toto corpore, uel in uasis. Si in uasis, id est uenis & partibus putrida materia existens, calida sit: naturalis uero calor extinctus sit, uel extinctioni proximus, illa quæ per sudorem euacuatur, frigida sentiuntur, & caliditas putredinalis est ualde intensa: propterea hoc signum mortis est, quia significatur tantam humorum copiam abundare, ut neq; à natiuo calore, neq; à febrili calefiant. Si uero hic dubites, igitur febris nō est naturalis calor mutatus in igneum, quia Galenus hic in febriente duos calores ponit, febrilem & naturalem. Nos uero respondebimus, & si alibi dicat febrem esse calorem naturalem mutatum in igneum, non it tamen inficias, calorem naturalem sibi semper esse potētia, aliter febriens in pristinum statum nunquam reduci posset.

Quod legitur, Nam quibusdam humoribus putrescentibus, à nonnullis recentibus demitur illa particula Quibusdam: quum tamen in omnibus Græcis Galeni codicibus inueniatur dicentibus, *σηπομύλιον γὰρ τῆν τίνων γυμῶν.*

Noraq; naturalem calorem in hac parte à Galeno uocari τὸ ἔμφυτον θερμόν, ac si dicat Complantatum, innatum atque ingenitum.

Quod etiam legitur, Tantam habentium frigiditatem. In Aldino codice ita habetur *ψυχρῶν ποσῶν*. sed in antiquo quem habeo, scripta erat illa particula *ψυχρῶν*, & illa *ποσῶν* deerat. Sed antiquus scriptor, & re uera doctus, particulam illam *ψυχρῶν*, obelo signauit, & in margine scripsit illam particulam *ἄβύβον*, in contextu addendam: propterea hanc partem ita legamus oportet, ostendens in animalis corpore humorum multitudinem superabundare tantam, ut neq; à calore natiuo, neq; à febrili calefiant. Nece opus est addere illam particulam, Habentium frigiditatem: quoniam & si non sint frigidissimi, sed multi, id faciunt.

SECUNDO Galenus secundæ aphorismi partis causam reddit, quod in tepidis, & mollioribus febribus in tempore coctis humoribus homines saluantur.

Quod legitur, Concocta in tempore multitudine humorum: Græce non dicitur, humorum, sed ψυχρῶ. inquit enim, ἐν χροῶ τοῦ ψυχροῦ πλῆθους περιβλήντο. idest, in tempore multitudine frigidi (scilicet humoris) concocta. In Aldino codice legitur, ἐν χροῶ πλείονι, idest, in multo tempore.

TERTIO primæ partis aphorismi rationem perficit Galenus, inquitens acutam febrem esse causam & signum mortis: causam quidem, quoniam caliditate sua corpora dissoluit. Signum uero, quia ostendit humorum multitudinem frigidissimam esse, ut quæ nec à calore naturali, nec à calore febrili, qui præter naturam est, transmutari possit.

Philotheus idem cum Galeno sentit, inquitens, quod in acutis febribus febris ipsa est καὶ ὡς σημεῖον, καὶ ὡς αἴτιον. ὡς σημεῖον μὲν, ἐπειδὴ θερμανθῆς ὁ τοιοῦτος χυμὸς, μὴ τε ἕως τοῦ ἐκφύσει θέρμασις, καὶ τε ἕως τοῦ ἐκφύσει θέρμασις, καὶ τε ἕως τοῦ ἐκφύσει θέρμασις. ὡς αἴτιον δὲ, θανατοιομὸν ἐπὶ πλείονι κεπαλῶσι τῶν δυνάμεων. idest, & tanquam signum, & tanquam causa: tanquã signum quidem, quoniam talis humor calefcens, neq; à naturali calore, neq; à præternaturali ad coctionem omnino tempore indiget: diu autem non extenditur, quum febris acuta sit, & hinc fit mors: tanquam causa uero, mortale, quoniam potentiam dissoluit.

QUARTO Galenus secundæ partis aphorismi rationem perficit: quia mitior febris hominem non dissoluit, ideo permittit ut longiori tempore hic humor concoquatur.

Quod legitur, Febris uero quæ non est acuta, sed mitior. hæc particula Sed mitior, Græce legitur ἀλλὰ μέτρου, idest, sed mediocris.

APHORISMVS XXXVIII

Qua parte corporis sudor est, ibi significat morbum.

BRASAVOLVS

VEL in toto corpore, uel in parte una, uel in pluribus simul sudorẽ uiderimus, quæ non semel fiat, sed frequentius, & perseveret, iudica eo loco morbum latitare, quoniam tu oculis & tactu causam morbi instantem & urgentem uides. Causa enim est (ut Philotheus dicit) ὅτι ἐκείσιν ἔστιν ἡ ἕλη, ἢς καὶ μὲν τὸ πρὸς ὀρχημῆς αὐτὸ ἰσθμῶτας ποιεῖ ἐν ἑστῆ παρὰ χροῶν μολεῖν. idest, Quoniam illic est materia, cuius excurrentis pars quædam in patiente parte sudores facit.

καὶ ὅθεν ἐν τῷ σώματι ὁ ἰσθμῶτας. idest, Et qua parte corporis sudor est.] Additur in Græco contextu hæc coniunctio Et, qua continuatio cum præcedenti aphorismo notatur, in quo de sudore sermonem habuit Hippocrates: dicēs uero, qua parte, idest qua cunctæ parte, quia si in omni parte sit, in toto corpore erit ægritudo. Intelligeq; uel ægritudinem quæ iam actu molestet, uel quæ præsentẽ causam habeat, ut facile induci possit. Sudor uero potest nobis peccantem humorem denotare, qui ægritudinem inferre aptus est. Hoc autem ex his indicijis de sudore iudicabimus, de quibus in præcedenti aphorismo mentionem fecimus.

ἐκείσιν ἔστι τὸ νόσημα. idest, Hic significat morbum.] scilicet in hac parte, ex qua sudor emanat, qui perseverans sit, & non sit factus per motum, uel per calorem extrinsecum, uel aliquam extrinsecam causam, sed sponte exeat. At si dixeris, quum morbus sit operationũ læsio, hic operationes læsæ non uidentur, quamuis sudor emanet. Respondemus, intrinsecas operationes esse læsas, & aptas esse ut lædantur, quia aphorismum non solum in actu, sed etiam in potentia intelligimus. Si præterea dubites de his, qui morti propinqui sunt, in quibus natura ad caput sudorem compellit, tamẽ ibi non erat morbus, si posuerimus febrem ex natura in pectore factam interficere. Responde, necessarium esse pro eo tempore morbum in capite esse, & morbi causam, uel (ut dicunt recentēs) non perseverat. At quia uidemus semper usque in finem perseverare, ideo ibi morbum esse fateamur.

SI PER totum animalis corpus morbus extenderetur, ex toto etiam æqualis fieret seuacuatio. Fiunt enim sudores, uel natura humiditatē superfluum euacuante, quando & optime iudicium fit, uel quando non cōtinetur in corpore morbi ratione, sed siue hoc, siue illo modo fiant, membrorum patientium humiditatem euacuant.

BRASAVOLVS

CVM aphorismus solum de corporis partibus loqui uideatur, primo Galenus hoc idem in toto corpore uerum esse diiudicat: quia si per totum corpus morbus extenderetur, euacuatio ex toto corpore æqualiter fieret.

SECUNDO docet quomodo sudores fiant: fiunt primo quando natura superfluum humiditatem euacuat, ad quas bonum iudiciū sequitur, uel quando ratione morbi hæc humiditas superflua in corpore non reperitur, quæ expellatur, sed tamen expellitur humiditas humoralis, quæ non est humiditas aquosa, quæ per sudorem exit. At quomodo cunctæ exeant, uel primo uel secundo modo, semper patientium humorum humiditatem euacuant. Ac si Galenus dixerit: duplex humor est, unus qui fit ex superflua humiditate in corpore existente; alter hac humiditate non existente, quia non continetur in corpore, *ἢ τὸ μὴ εἶναι ἐν τῷ σώματι*, id est uel non reperitur in corpore ob morbum qui exiccauerit. Si quid uero exeat, est alia humorum humiditas, quæ non est illa superflua. Oribasius uero ita distinguit, Sudor uel uniuersalis est, uel particularis: uniuersalis est duobus modis: uno modo, quia est abundans materia; altero, quia non est uirtus ualida. Particularis item fit trisariam: primum, si est abundans aliqua materia: deinde, si est ibi uirtus debilis; tertio, quia locus qui suscipit, patit: sicut & nunc Hippocrates dicit. Hæc Oribasius.

APHORISMVS XXXIX

ET qua parte corporis calor, aut frigus, ibi morbus.

BRASAVOLVS

INTER hunc aphorismum & præcedentem cōtinuatio esse uidetur, quod per cōiunctionem Et, ostenditur, non solum sudor exiens patientem locum ostendit, sed etiam quacumque parte corporis calor aut frigus extiterit, quæ perseueret, & quæ sint effectus digna, in hac parte iudicari esse morbum: & si in pluribus partibus, uel toto corpore hoc sit, in pluribus partibus, uel toto corpore est morbus: nam per has qualitates, uel caliditas sit, uel frigiditas, significatur partem illam à naturali temperie excedi, præsertim si insignes sint hæc qualitates; aliter morbum ibi esse non significant. At si dixeris, quomodo significatur ægritudinem hic esse, quia potius caliditas & frigiditas ægritudines sunt, quia malæ qualitates. Respondemus, esse quidem ægritudines, sed etiam significare ibi esse illam ægritudinem ubi apparet.

καὶ ὅπου ᾗ τὸ σώματι ἢ θερμὸν ἢ ψυχρὸν, id est, & qua parte corporis calor, aut frigus.] Adde quæ intensa sint & perseuerent, nec sint facta ab extrinseca causa.

ἢ τὸ μὴ εἶναι ἐν τῷ σώματι, id est, ibi morbus.] In eo loco scilicet, in quo sint caliditas & frigiditas. Posset tamen aphorismus hoc modo intelligi, si quis sit qui morbi mineram cognoscere cupiat, partes illas consideret, quæ magis calidæ sunt, uel magis frigidæ: in illis inquam est morbi minera. Et eodem modo in præcedenti aphorismo intelligendū sit, ubi sudor, ibi est morbi minera. Hippocrates in libro De crasibus, hunc aphorismū ad uerbum ferè posuit, dicens, Corporisque parte quacumque calor uel frigus, illic & morbus inest.

GALENVS

QVACVNDVE parte corporis insignis caliditas, aut frigiditas fuerit, hic morbum necessarium est esse: hoc siquidem exiit à temperie naturali, quæ sanitas est.

BRASAVOLVS

ADDIT Galenus particulam *ἐν τῷ σώματι*, id est insignis, quia si esset parua caliditas, morbum non significaret: & præterea causam reddit cur ibi morbum esse significetur, quoniam inquit, exiit à naturali temperie caliditas & frigiditas insignes, quod est esse ægrum: habere uero temperiem, est esse sanum; sanitas etenim in temperie sita est.

An uero

An uero hæc qualitates à medico etiam perferri debeant, uel nõ perferri. Respondemus, hoc non esse opus, sed fati esse quod ab ægro sentiantur, & medico referat: tamen & is æger mente constare debet.

APHORISMVS XL

ET ubi in toto corpore mutationes, & si corpus refrigeretur, uel rursus calefiat, uel color alter ex altero fiat, longitudinem morbi significat.

BRASAVOLVS

VIDETVR & in hoc aphorismo cum præcedentibus continuatio quædam inueniri, sed talis ut de re altera hic pertractetur: solum enim de morbi longitudine infertur, ubi in uniuerso corpore mutationes appareant: mutationes inquam tales, quod corpus refrigeretur, deinde rursus calefiat, & color mutetur, ut ruber in pallidum, & aliæ similes mutationes fiant, quæ ostendunt materiam facientem morbum uariam esse, & adeo diuersam, ut non possit facile & breui tempore exhauriri: propterea ad illam cõcoquendam & resoluendam longo tempore indigemus: unde morbus diuturnus fiet, ut ostendatur has mutationes intelligendas esse, ægritudine iam præsentem. Celsus capite quinquagesimo secundi libri de signis longitudinis morbi differens, inquit, Aut ubi corpus modo frigidum, modo calidum est, & color alius ex alio fit, ubi hunc aphorismum ad uerbum interpretari uidetur. Imò & ipse Hippocrates in libro De crisi, eundem aphorismum ad uerbum ferè refert, inquit, Corpus si modo calefeat, modo frigescat: colorq; si de alio in alium mutetur, morbum longum portendit: quod non mirum est, ut inquit Philotheus, quia *εἰ ἐπὶ τῆ μεταβολῇ τῆ το σώματος ἐκ τῆς κρύσεως, μὴν ἢ νόσου σημαίνει, ἢ ποτὲ ψύχεται, καὶ αὐτὸς θερμαίνεται τὸ σῶμα, ὅπου δὲ συμβαίνει ἡ δυσκρασία, πολλὰ πλείον, μὴν ἢ νόσου σημαίνει.* idest, si simplex mutatio tēperaturæ corporis, prolixum morbum significat: hoc aliquando scilicet frigescere, aliquando rursus calefcere corpus: quæ res est composita interperies, multo magis longitudinem morbi significat.

καὶ ὅπου ἐν ὅλῳ τῆ σώματι μεταβολαί. idest, Et ubi in toto corpore mutationes.] Tu ad omnium contrariorum mutationes ampliatio, quæ ratione diuersarum materierum fieri possunt, & nõ solum de caliditate & frigiditate & coloribus, sed in humiditate etiam & siccitate intellige, in mollitie & duritie, & in alijs omnibus, quæ breuitatis gratia ab Hippocrate omiffa sunt. Opus autem est intelligere per totum corpus, uere totum: quia non esset opus longam ægritudinẽ sequi, si in una corporis parte talis mutatio fieret: tamen si in una parte sita esset, ratione illius partis longa ægritudo fieri posset: & tunc Hippocrates exponendus est in toto corpore, idest in quacũq; totius corporis parte. An uero ita intelligendus sit Hippocrates, ut hæc mutationes repente consequantur, ut recentes in suis contextibus legunt: nos nõ uidemus uel quod hic Hippocrates uel in libro De crisi, particulam Repente, addiderit. Et Celsus qui hunc aphorismum interpretatus est, non posuit particulam Repente, dum ipsum refert: propterea non intelligimus has mutationes repente fieri. Sed in tempore breui, & frequentes esse, adeo ut calefiat, deinde refrigeretur, iterumq; calefiat, & sint eruclationes ab intrinseco: quoniã aliquis hyemis tempore uento expositus frigescit, deinde calidarium ingrediens calefcit: si iterum uento exponatur, frigescet, & in calidarium rediens calefcet. Ob hoc autẽ non dicetur longum morbum significari, etiam si esset æger is qui immutatur, quia ab extrinseco fit, & non ex diuersitate materiæ.

καὶ ἢ τὸ σῶμα ψύχεται, ἢ αὐτὸς θερμαίνεται. idest, Et si corpus refrigeretur, uel rursus calefiat.] Vel interpreteris, Et modo corpus refrigeretur, modo calefiat, ut notetur uarijs uicibus fieri debere, & perscueranter: non potest uero calefieri, & refrigerari corpus nisi materiæ sint diuersæ, & una sit calida, alia frigida, quæ simul complicatæ prolixum morbum faciunt: una enim alterius coctionem impedit. Nam ratio est, quæ probatur febrem ex pituitoso humore factam breuiorem esse, facta ex bilioso & pituitoso simul: id autem est, quando febres non simul inuadent: illa inquam, quæ est ex bile, & illa quæ est ex pituita, tunc enim cum natura est occupata ad concoquendam bilem mouetur pituita, & natura ab illa coctione diuertitur, unde ægritudo producitur. Nec illud argu-

mentum

mentum contra hoc quicquam suadebit, quod tertiana notha breuior sit, quam pituitosa febris; ideo breuior sit febris ex cholera & pituita, quam ex sola pituita. Ad argumentum enim respondendum, in tertiana notha bilem & pituitam ad unam formam redacta esse, quod in praescripto casu non est, in quo pituitam & bilem diuersis temporibus tanquam diuersos humores suas accessiones inducere supponimus.

ἢ ἡ δὲ μεταβολὴ ἐκ τῆς ἑτέρας γίνεσθαι. idest, Vel color alter ex altero fiat. Id est colorum transmutationes adeo ita fiant, ut modo sit pallens, modo ruber, modo luteus, quibus materierum diuersitas significatur, nempe diuersae materiae diuersos in nostro corpore colores, sapores, & alias qualitates inferunt. Vnde & Philotheus dicit, colores *ἑσπασκίαι ποίησις ἐπονται.* idest, efficaces qualitates sequuntur.

Νόσον μὴ σιμαίνει. idest, Morbi longitudinem significat. Id est nulla alia de causa fit, nisi quia ob praedictas mutationes, materiae difformitas significatur & multitudo, quae prolixum morbum parit: quum enim materia difformis est, longum morbum facit, tum quia multitudinem auget, tum quia vires profertur calorem dissoluendo, tum quia naturalis calor diuertitur; ne ita bene agat, sicuti ageret, si materia conformis esset, & homogenea. Est vero longus morbus si vires robustae sint, uel modo sanetur, uel denique moriatur; sed si vires debiles sint, hic necessario moritur. At si materiae solum essent difformes, & non multae, in sanitatem restitui posset. Docet uero Philotheus, morbum prolixum fieri ex diuersitate harum dispositionum, quia natura has dispositiones diuidat in partes, *καὶ τὴν μὴ μαχρὰν, ἢ ἐπὶ αὐξάνεται.* idest, Et una pugnante, altera crescit.

Quod legitur, Alterum ex altero, illa particula Ex, significat post, sicuti & Auerois & omnes Aristotelis interpretes quum Graeci, tum Latini, in primo De physico auditu libro, quum illam propositionem interpretantur, ex priuatione fit forma, idest post priuationem fit forma.

GALENVS

VARIAE dispositiones diuturniores sunt, quam quae sunt uniusmodi, quum non possit natura in paruo tempore multas conficere dispositiones.

BRASAVOLVS

GALENVS aphorismi causam reddit, quia uariae dispositiones sunt diuturniores, quam illae, quae uno modo sunt, quia natura in paruo tempore multas dispositiones destruere non potest. In principio Commentii deest particula Semper; nam legi debet, Variarum dispositiones semper; quia Graece legitur, *αὐ ποικίλαι ἐστὶν αἰεὶ γινώσκονται γίνεσθαι.* idest, Variarum dispositiones semper diuturniores fiunt.

Quod in fine legitur, Multas conficere dispositiones: Graece est, *καταργώσονται τὰς πολλὰς ἐστὶν αἰεὶ.* Leonicensius interpretatur multas conficere dispositiones. Nos potius interpretamur, Multas destruere dispositiones, nam uerbum *καταργώσονται*, destruo etiam significat. Conficere autem uerbum est ambiguum.

APHORISMVS XLII

SVdor multus ex somno factus absque causa manifesta, corpus uti pluri cibo significat. Si uero cibum non accipienti hoc accidat, scire oportet quod euacuatione indiget.

BRASAVOLVS

QVI plurimum sudat dormiens, sine aliqua extrinseca causa, ut qui non sit in calidario, nec sit nimis tectus, sed id per se agat, hunc nimis comedere iudicatio: nam ex pluri cibo plures humiditates gignuntur, quae à naturali calore, qui in somnis intus redactus est, ad cutim expelluntur; & ita per modum sudoris exeunt. Si uero haec sudoris copia in homine accidat, qui non multum comederit, hunc multis humoribus plenum esse iudicabis, qui hunc sudorem inducunt; propterea is qui dormiens sudat, & non ex causa manifesta, nec pluri cibo usus est, euacuatione indiget. Hippocrates, hunc sudorem in homine sano fieri intelligit, non in aegro; & ideo id quod ex hoc loco habet est prognosticum signum, & etiam docet praeseruare à morbo; quia euacuantes, quando quispiam euacuatione indiget, à morbo, & plerumque à morte praeseruabimus, unde & idem Hipp. de homine sano loquens

loquens in libro De crisi, inquit, Sanus si multum sine causa sudet, morbum significat: si per aestatem, minorem; si per hyemem, maiorem eodem accessurum. Ideo cum hos sitiores uidebimus, ne febrem aut aliam ægritudinem incidat, euacuare debemus. nam si non euacuabimus, ægrotare opus erit: propterea in eodem loco addit, Quem si per se consistere sinas, per inferna ueluti ramenta demittet: si pauca, morbus pusillus & breuis erit; si multa, magnus & longus.

ἰσχυρὸς πολὺς ἔξ ὕπνου γινόμενος. idest, sudor multus ex somno factus.] Bene multus, quia si paucus esset, nihil significaret, uel esset nullius momenti: cum uero multus est, necessario à multa materia fiet. Sed cum supponamus huc comedere, iudicandū est, quod ex pluri cibo proueniat, quem insumit, quàm pro uictu insumere deberet, & pro sanitate seruanda. Sed dubitabis, an hic sudor tam de die quàm de nocte in somno fiat. Respondendum, si etiam in die dormiamus, his qui multum comedere profluit sudor, imò & in uigilia etiam profluit, sed non ita facile, quia naturalis calor non est intus contractus ut ad cutim facile expellere possit. Hippocrates uero uigiliae non meminit, quia in uigilia ex multis causis sudor fieri potest. Vnde & Philotheus dubitat propter quid, in somnis dixerit, inquit: *διὰ τὴν δὲ εἴη ἐξ ὕπνου; ὅτι ἐν τοῖς ὕπνοις οἱ ὄργασται πᾶσαι αἱ φουσκεὶ δυνάμεις, καὶ τότε τὰ ἀγροστέα ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀποκρίνεται*. idest, propter quid autem dicit ex somno: quoniam in somnis omnes naturales potentiae operantur, & tunc inutilia ab utilibus discernuntur. Sunt uero multae causae, quare somnus sudores abundantiores faciat, quàm uigiliae. una est naturalis caloris contractio, qui ob hoc fortior redditus materias ad sudorem aptas facilius extra transmittere potest. Sudor enim (ut Galenus in ultima parte libri Artis medicinalis edocet) omnes euacuationes sedat, praeter sudorem: & ratio est, quia illo tempore à naturali calore per totum corpus nutrimentum transmittitur, cum quo sunt humiditates, quae per sudorem exeunt: & ideo haec est altera causa, cur in somnis magis sudamus, quia nutrimentum per totum corpus distribuitur, & nutrit: propterea humidae materiae ad sudorem aptae, quae in insensibilibus cutis meatibus sunt, tunc facilius expelluntur. Et alia causa ex hoc sumitur, quia cum omnes aliae excretiones in somnis retineantur, illae magis abundant, quae ad sudorem pertinent. Adde, in uigilia quia naturalis calor ad cutim extenditur, multae materiae egrediuntur & resoluuntur, quae in somno condensatae per uiam sudoris expelluntur.

ἀσθενὴ φανεροῦς αἰτίας. idest, Sine manifesta causa.] Hoc quia nimis tectus non sit, nec cæbaria multum calida comederit, nec insensibiles meatus, quos poros uocant, multum apertos habeant, nec debiles sint eorum uires: quoniam ob hoc posset per relaxationem sudare, & manifesta causa haberetur. Nec repletionis signa appareant, quoniam si adessent, manifestam causam haberemus.

τὸ σῶμα σημαίνει, ὅτι πλεῖον τροφῆς χρεῖται. idest, Corpus significat, quod pluri cibo utatur.] Quoniam altera causa reddi non potest, quàm cibi multitudo. Ex cibi enim multitudine multi humidi uapores cutim petentes eleuatur: qui condensati per modum rotis exeunt. Imò addens ad humores, qui in corpore sunt uapores multiplicanti, & sudor consequenter emittitur. Vbi etiam multus cibus ingeritur, multi humores fiunt, qui plurimi sudoris causa existunt. Vnde & Philotheus dicit, *καὶ γὰρ αἱ τροφῆς, μάλιστα δὲ αἱ θερμαὶ θερμαίνουσι τὰς ὕλας, καὶ λεπυρῶσιν αὐτὰς, καὶ ἀπὸ δυνάμεωσιν αὐτὸ ἐκτὸς, καὶ ἰσχυρῶσιν ποιεῖσιν*. idest, Etenim cibi, potissimum uero calidi, materias calefaciunt, & attenuant ipsas, & impellunt ad extra, & sudores faciunt.

ἢ ἢ ἢ τροφῆ μὴ λαμβάνοντος ἔξ ὕπνου γίνονται. idest, Si autem in cibum non accipiente hoc fiat.] scilicet sudor profluat, in homine qui pluri cibo non utatur, tamen fiat sine causa manifesta (sicuti prius dictum est) opus est hunc materiam multam in corpore repositam habere, quae est sudoris causa. In Aldino codice haec particula *ἔξ ὕπνου γίνονται*, legitur *ἔξ ὕπνου*. i. hoc patitur: tamē in aphorismi intellectu quicquid horū legatur, nihil refert.

εἰδέναι ὅτι λεγόμενος δένεται. idest, Scire oportet quod euacuatione indiget.] Aldinus contextus legit, *σημαίνει ὅτι λεγόμενος δένεται*. i. significat quod euacuatione indiget. quicquid autem legatur, ad rem ipsam nihil refert. Indiget autem euacuatione, ne ægritudinē incidat. nā ex hoc sudore plethora. i. humorū abūdantia significat. Quod si dicas non uideri indigere euacuatione, quia sudor ipse euacuatio est, quae pro his humoribus euacuandis satis esse uidetur.

uidetur. Respondemus, omnino esse unam euacuationem, sed non est plena, nec tanta, quanta indigemus, quoniã subtiliores partes solum euacuamus, quæ insensibiles meatus facile exire possunt; crassiores uero partes intus remanent, & hæc maiori potentia indigent, si expelli debeant. Si uero dubites propter quid is qui nimis comedit euacuatione non indiget? Respondemus ob id, quia quod de nouo assumitur, alijs humoribus ad huc mixtum non est, propterea ex sola abstinentia resoluitur. hoc autem in humoribus fieri non potest, qui per longum tempus collecti sunt; nempe nisi euacuentur, non possunt per inediam resolui.

GALENVS

NONNULLI ita scribunt aphorismum, Sudor multus ex somno factus sine causa manifesta. Alij uero, sine aliqua alia causa: uerum hæc etsi non adijciantur, miles in mille sermonibus ab ipso prætermissa intelliguntur, quia hæc etsi non dicantur, tamen subaudiuntur à nobis, ut qui semel ab ipso didicerimus, quod qui à causa extrinseca non ex dispositione corporis casus proueniunt, nullam faciunt certam præcognitionem, hoc itaq; semper oportet meminisse. Quod uero in præsentia aphorismo docetur, in uerbo, multus, adiecto maxime existit. Si enim sudor multus non esset, posset & propter uirium imbecillitatem, & corporis raritatem accidere. Ipsius uero multitudo, altera duarum causarum fit, uel propter ciborum qui sunt recenter assumpti immoderantiam, uel illorum qui antea. Quod si propter recenter assumptos, prohibere oportet ne plures assumant: quod si propter prius assumptos, euacuare.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus illam particulã, sine causa manifesta, duobus modis legi suadet, uno modo sine causa manifesta, alio modo sine aliqua causa: tamen & si hæc non adijciantur, cum sint millies ab Hippocrate dicta, ea repetere non est opus, sed continuo subintelliguntur. quoniam quæ ab extrinseco fiunt, nullam certam præcognitionem facere possunt.

SECUNDO Galenus notat, id uerbum multus, ideo positum esse, quia si paucus sit sudor, & ex imbecillitate uirium, & ex raritate corporis prouenire potest. Si uero sit multus, uel est propter cibos recenter assumptos, uel propter eos qui antea assumpti sunt: si propter assumptos recenter, prohibere ne amplius assumat: si ob prius assumptos, euacua. Qui nihil aliud sunt, quàm humores coaceruati. Vnde & Oribasius hunc aphorismum commentari uolens, hac distinctione utitur, sudor aut ex repletione, aut ex inanitione fit. ex repletione, aut cibi, aut humoris. & Philotheus dicit multum sudorem in somnis fieri, ἢ γὰρ ὅτι πολλὸν προφύει, ἢ ὅτι πρὸ ἀνάπαυσης. idest, Vel ob multum cibum, uel ob superfluitates. At superfluitates nihil aliud sunt, quàm id quod Galenus uocat cibum antea assumptum.

APHORISMVS XLII

Sudor multus, calidus, uel frigidus superfluens, frigidus magis, calidus minus, significat morbum.

BRASAVOLVS

SUPERIUS dictum est, Vbi sudor, ibi ægritudo. & ideo si in quocũq; tẽpore morbi, præter quàm in die iudicatorio sudor multus appareat, considerandum est, an frigidus, an calidus sit. nam quilibet sudor morbum significat, sed frigidus intensiorem, calidus minus intensum. unde in omnibus ægritudinum temporibus indifferenter ab Hippocrate sudoris frigidi ad calidum comparatio fit. à materia etenim frigida frigidus fit, à calida calidus: sed frigida materia à naturali calore minus uinci potest, quàm calida, propterea frigidus sudor morbum magis significat, quàm calidus. uocat autem Philotheus & hunc aphorismum σημασιον, idest significatiuum.

ἰσθὸς πολλὸς θερμὸς ἢ ψυχρὸς. idest, Sudor multus calidus uel frigidus.] scilicet morbi significant, quoniam ubi sudor, ibi ægritudo. Theodorus Gaza non uidetur hanc aphorismum

rissimi partem recte interpretatus esse. Ipse enim hoc modo interpretatur, modo calidus, modo frigidus, sed ea quæ sequuntur ostendunt, quod separatim de calido, & separatim de frigido loquatur, non de calido, & frigido, quæ in eadem ægritudine diuersis temporibus successiue fiunt, quoniã ubi id fit, est signum mortis, sed de calido sudore in uno, & de frigido in altero, uel in eodem homine, sed in diuersis temporibus, & in diuersis ægritudinibus intelligere oportet. Oribasius dicit multum sudorem illum esse qui hoc significet, & nō paucum, quoniã ex paucō sudore iudicium nō fit. Meus antiquus con-
textus legit, ἢ καὶ ψυχρός, idest uel & frigidus, addit enim illam particulam καὶ. Philo-
theus uero non habet particulam ἢ, sed legit calidus & frigidus: quod non probō. Leo-
nicenus, & alij multi contextus prius calidum quàm frigidum legunt, sed Aldinus con-
textus primo legit ψυχρός, quàm θερμός, idest frigidus quàm calidus, sed hoc ad rem
ipsam nihil facit.

ἀεὶ ῥέων. idest, Semper fluens. Non superfluens, ut Leonicens interpretatur, magis
probe interpretatur Theodorus, assidue fluens, quamuis eum errorem librario potius
quàm Leoniceno attribuendum iudicemus. dicitur uero, semper fluere, ut significetur
de sudore in quocumq; morbi tempore sermonē fieri. Philotheus uero ita dicit, ἰσίου δ,
ὅτι ἴσα τῷ ἀεὶ ῥέων, τὴν ἐπίμονον ῥύσιν τῷ ἰσοῦ τῷ ἐδήλωσε. idest, Sciendum autem quod
propter hoc, semper fluens, constantem sudoris fluxum ostendit.

ὁ ψυχρὸς πλείων. idest, Frigidus magis] scilicet morbum significat, quia etiam superius
dicebat, frigidus sudores cum acuta quidem febre mortē, cum mitiori uero morbi lon-
gitudinem significare. tamen non est opus, ex hoc dicto statim inferre, calidos sudores
esse bonos, quoniã simpliciter dictum est, ubi sudor, ibi morbus est. Fit uero multis de
causis frigidus sudor, quandoq; ex defectu naturalis caloris, ut in febribus acutis quan-
doq; contingit, quando ægri sunt prope mortem: uel ob multam frigidam materiã, uel
ob crassitiem suam, uel quia materia uenenosa est. Sed quomodo cūq; sit, semper peior
est hic sudor, quàm calidus, & morbum longiorem esse ostēdit. Cuius rationē assignat
Philotheus iniquiens, ἵνα τὸ πάχον ἐπὶ ὕλης καὶ τὸ δυσδιαφόρητον. ὅπως μὲν λευκῶσμβιοὶ ὄντες
συναιροῦνται. idest, Propter crassitiem materiæ, & difficilem ut discutiat. Sic enim colo-
rati existentes, significant.

ὁ θερμὸς ἐλάττωσιν νόσον σημαίνει. idest, Calidus minus morbū significat. Nam facta com-
paratione calidi ad frigidum, frigidus semper intensiorē morbum in eadem specie mor-
bi significat, facta etiam in omnibus morborum paritate: quoniã si quis posuerit per-
acutam febrem patientē, & talem quæ duceret in mortem cum sudore calido: alter uero
febre lenta deprehensus esset cum sudore frigido, peior esset in hoc casu calidus sudor,
quàm frigidus. At paria paribus reddentes, semper frigidus sudor calido peior erit, quo-
niam eius materia coctiōi magis rebellis esset, quàm materia sudoris frigidi. Vnde Ori-
basius dicit, frigidus sudor ex pituita est, & ideo longiorem ægritudine significat, pro-
pter ipsum humorem, qui tarde extenuatur. Calidus ex bilioso est, ideoq; minorē ægri-
tudinem significat, eo quod celerius finitur. Notatq; frigidum & calidū naturaliter de
sudore non fieri, nisi aut frigidus sit, aut calidus: tamē alias etiam qualitates habet, quia
male olens, & non male olens. Philotheus uero dicit, breuiorem morbum signifi-
care calidum sudorem. ἵνα τὸ δυσδιαφόρητον ἐπὶ ὕλης ἢ δὴν ἢ φανθὴ χολή, καὶ τὸς δυνάμεις
ἰσχυρῶσες φησὶ ἐκινῶται. idest, Propter facilem ad discutiendum materiam, idest ut discuti
possit, quæ flaua bilis est, & potentias robustas esse demonstrat.

At si tu dubitabis, si contingat sudorem & calidum & frigidum fieri, quid porten-
det? Respondemus, si in eodem ægro sit, mortem proximam significat, præsertim
quum uires sunt debiles. At Philotheus dicit, εἰ δὲ ἄμφω νόσων ἐπιπέσῃ τὸ μᾶλλον
καὶ ἥλιον. εἰ μὲν θερμὸς ὑπερκατῆ, βραχυχρόνιον τὸ νόσημα. εἰ δὲ ψυχρὸς, μακροχρονιώτερον. εἰ δὲ
ἴσοι ὄσιν, κακίον μᾶλλον, ἢ ἀγαθόν σημαίνει. idest, Si uero utrinque secundum magis &
minus subsint: si quidem calidus superabundabit, breuis temporis morbum si-
gnificat: si frigidus, longi temporis: at si æqualiter sint, potius malum, quàm bonum
significabitur.

De sudoribus quidem qui in diebus iudicatorijs fiunt dictum est prius. De his uero qui in toto morbi tempore apparent sine iudicatione in hoc ostendit aphorismo. Difficiliores quidem inquiens esse frigidis sudores, minus uero his malos, calidos esse. Indicant quidem utriusque multitudinem adesse, sed alteri frigidam, qui & peiores sunt. Alteri uero calidam, qui & minus illis sunt exitiales.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, Hippocratem superius de sudoribus qui in diebus iudicatorijs fiunt, locutum esse; nunc uero de his agit, qui in toto morbi tempore sine iudicatione apparent.

SECUNDO docet Galenus, peiores esse frigidis sudores calidis, certum enim est, & calidos & frigidis sudores multitudinem materierum in corpore esse significare; sed frigidi frigidam materiam, calidi calidam portendunt. Est autem frigida materia difficilius à natura superabilis, quam calida. ideo & sui sudores magis exitiales sunt, quam sudores materiam calidam.

APHORISMVS XLIII

Febres quæcumque non intermittentes, tertia die fortiores fiunt, magis periculosa. Quocumque autem modo intermiserint, periculum abesse significatur.

BRASAVOLVS

AB HOC aphorismo, quem nunc interpretandum suscepimus, usque in finem serè huius libri quarti, ab Hippocrate de febre, aut de symptomatibus quæ morbum consequuntur, sermo fit. Nunc autem docet, febres omnes continuas, tamen tertianis proportionales, quia tertia die semper uehementiores sunt; hæc inquam sunt, periculosiores, quam intermittentes. Nempe securissimæ sunt intermittentes, continua uero minus securæ, quia nunquam agrum deserunt quin affligatur, & semper habent seuiora symptomata continua, quam intermittentes habeant; & in continuis uires magis deiciuntur, quam in intermittentibus. Adde, quod continuarum materia maiorem directionem habet ad cor, & ideo sunt magis periculosa. Philotheus hunc aphorismum in conclusis febribus intelligere uidetur inquiens, *ἡ τριτὴν ἡμέραν πρὸς σιωχῶν πυρετῶν ἀλλέχεται*. idest, Nunc de conclusis febribus disputatur; nisi per *σιωχῶν* idem quod continuum intellexerimus; aliter, synochus est species una continua febris, cuius minera in uenis propè cor continetur, & putret. In nostro antiquo contextu ante hunc aphorismum præfixus est hic titulus, *πρὸς πυρετῶν*, idest de febribus; & non immerito, quia plures aphorismi qui sequuntur, de febribus, aut de febrium symptomatibus sermonem habent.

τρεῖς ἡμέραι ὁκόσοι μὴ ἀλλέχονται. idest, Febres quæcumque non intermittentes. Sed continua, uel proportionales, uel (ut recentes dicunt) conclusæ. Imò & Philotheus idem intelligit, inquiens, *μὴ ἀλλέχονται γὰρ, οἱ σιωχῶν εἰσιν*. idest, non intermittentes enim quæ conclusæ sunt; imò intelligit ardentem, quia statim subsequitur, *ἀλλὰ σιωχῶν ἐκείνων τὸ κενώσασθαι πυρετῶν*. idest, sed ex ipsis continuis, febres ardentem. Tamen non putamus, Hippocratem ad ardentem febrem uel ardorem arctandum esse, præsertim quia non sunt tertia die fortiores, sed etiam secunda.

διὰ τρίτης ἡμέρας ἰσχυρότεροι γίνονται. idest, Per tertium fortiores fiunt. Vel tertio die, ut Leonicensius interpretatur. Eas uero notat, quæ per tertium fiunt, quia malæ sunt febres magis molestæ tertianis, ut Galenus in libro De morborum temporibus, hunc aphorismum exponens docet. Nota hic dici, tertia die fortiores fieri. tamen si tertia die fiant æqualiter fortes, sicuti prima die, adhuc periculum esse, intelligere oportet. Hoc addidi ob sententiam quamdam recentiorum, quæ dicunt, opus esse tertia die esse fortiores, quam prima die. Sed Hippocrates intelligit potius quam secunda die, ut notet esse tertianas. Propterea in meo antiquo contextu duæ lectiones sunt, una est *ἰσχυρότεροι*, idest fortiores; alia *ἰσχυροί*, idest fortes; imò etiam adest particula Et, *καὶ ἰσχυροί*, idest & tertio die sunt fortes, quales fuere prima die. Hæc inquam sunt magis periculosa. Ideo addit,

Μαλλον ακινδυνοι. idest, Magis periculosa sunt] quam illae quae intermittunt; nam continuatae nunquam sinunt naturam quiescere; certum est enim, morbum qui semper affligit, periculosiorem esse eo qui per temporis spatium intermittit, & cum natura inducias facit. Philotheus uero dicit, esse periculosiores has non intermittentes febres, οτι φθαικνυται παχθη υλη; και αδθγενε δουολμειω; , ακα μλω και οτι ου κμερο; υπδθρω; προφη; υπδ το πανικαυτα, οτω τλω σωιχεασιν η παραξυσμων. idest, quoniam crassities materiae demonstratur, & potentiae debilitas. Sed certe & quod non adest tunc tempus augēdi nutrimentum, ob continuationē accessionum. Aliam causam reddit Philotheus, inquiens; οτι σημαίνουσι λυειον μωρειν φλεγμιναι, τυχον πωδύμονα η ηπαρ. idest, quod significat principalem aliquam partem inflammari, fortasse pulmonem uel iecur.

οτι δε αν προτω σελεσπωσι. idest, Quocumq; autem modo intermiserint.] Non, ut dicunt recentes, de tertio in tertium intermittunt tertianae, de quarto in quartum quartanae, de quinto in quintū quintanae; ut sensus sit, quomodo cūq; intermiserint, idest quocumq; tempore, uel unum diem, uel duos, uel tres intermiserint.

Σημαίνει οτι ακινδυνοι. idest, Significat quod sine periculo sunt.] Nos uero hoc modo non intelligimus Hippocrate, sed eum ex Galeni uerbis exponimus in libro De morborum temporibus, qui hanc particulam intelligit, quocumq; autem modo intermiserint, in illa febre solum, quae de tertio in tertium affligit. Inter has uero aliquae sunt, quarum accessiones per duodecim horas perseuerant, aliquae per quindecim, aliae per decē & octo, quomodo cūq; intermittant, uel per maius spatium, uel per minus, periculum abesse significatur. Imō & Galenus in praesentis Aphorismi commentatione hunc sensum huic parti tribuere uidetur. Nunc uero Galeni uerba adducemus, ne ea longius petere cogaris, quibus non modo docet quod dictum est, sed & quod intermittere est per aliquod spatium a febre liberum esse. Inquit ergo in libro De morborum temporibus: proinde quum Hippocrates dixerit, Febres quae non intermittunt tertio die fortiores, magisq; periculosae sunt, quocumq; autem modo intermiserint, periculum abesse significatur. hoc intermittere de alia parte circuitus qui integritatem transgreditur, capiendum est. non enim iam hoc ait, quocumq; modo se habeant; nam hoc falsum est. quippe cum tertiana febrim deterrima sit, tamen in declinationem quibuslibet manifestā peruenit; & alijs omnibus hac parte synochis dissimiliter; quoniam haec solae febres nec inclinationem sensibus expositam, nec uniuersum circuitum, aliamq; praedictorum differentiam obtinent, sed qualem tertianarum magnitudinis aliquo tempore statum esse dicimus, talem illi habent uniuersum ferē ipsarum decursum. Si igitur, ut diximus, natura periculo uacant, quae ad integritatem desinunt, sicuti in libris De febribus, ostēdimus; non aliud Hippocrates intermittere nominauit, quam ad integritatem finire. Vnde conijcere potes, totum Galeni studium in hoc loco esse, edocere quid significetur per uerbum Intermittere; est autem intermittere, ad integritatē uenire. Integritas uero est, cum inter accessionem & accessionē homo non febricit, quod recentes appellarunt uenire ad infebriam, tamen uidetur Philotheus non intelligere penitus infebriā, per hoc tempus, inquiens, διελειμμα δε απουσειν ου τλω παντελη απουρδζιαν, ακα τλω μωσπουρδζιαν. idest, residuum uero (scilicet temporis, quod inter unam & alteram accessionem interponitur) intelligendum est non omnino priuationem febris, sed imminutionem. Celsus quoq; epite quarto secundi libri, ubi de malis aegrotantium signis tractat, cōtinuas febres periculosas facit, inquiens, Et eas febres, quae quotidie tempore eodem reuertunt, quae uel semper pares accessiones habeant, neq; tertio quoq; die leuentur, quae uel continent, uel per accessiones increfant, per discessionem tantum molliantur, nec unquam integrum corpus dimittant, pessimum est, si ne leuatur quidem febris, sed aequae concitata cōtinuet.

Orbalius dicit, ab Hippocrate dictum esse, tertio die fortiores, quia quam maxime typicae omnes in tertio die cognoscuntur; quodq; sint continuatae magis periculosae quam interpolatae, exemplo ostendit, in homine qui umet equo duobus diebus centū miliaria peragrare uoluerit, si illa successiue pagrabit, equus ualde deficiet. At si quinquaginta perficiat, deinde diem interponat, facilius alia quinquaginta transibit. Quod exemplum ad intermittentes febres deinde aptat; quia natura in die intermissionis uires colligit, ut sequenti die facilius cum morbo praerari possit. Si uero differentiam inter in-

termittentem, & non intermittentem febrem quæ fueris, facile erit assignare. nam non intermittentes semper molestant, intermittentes non semper. non intermittentes à materia fiunt quæ in uenis continetur, intermittentes ab ea quæ est extra uenas. non intermittentiū materia ut plurimum est in loco nobiliori, intermittentiū in ignobiliori, non intermittentiū materia faciliorem habet raptam ad cor, intermittentiū minime. scilicet uia sunt in non intermittentiū symptomata, mitiora in intermittentiū. non intermittentes uires corporis magis deiciunt, intermittentes minus. Si uero dubites an quispiam ex intermittente febre obire possit. Respondemus, non posse obire, ut interpolata est, nisi symptoma aliquod superueniret, quod hoc inferret, unde comparatio fit intermittentiū febrium ad non intermittentes, & infertur esse magis periculosas non intermittentes intermittentiū. Quod intelligere oportet, si omnia sint æqualia, quia in intermittente talia symptomata inesse possent, & in non intermittente abesse; quod intermittens in illo casu esset magis periculosa non intermittente.

GALENVS

QUOD Hippocrates per uerbum Intermittente, accessiones intelligat quæ in quietem febre uacantē desinunt, manifestum fecit in hoc aphorismo, febres illas quæ per tertiam accenduntur, si quouis modo quiesuerint, inquiens esse absq; periculo. Solæ enim illæ quæ in quietem febre uacantem desinunt, periculo carent, etiam si uehementissimam, & satis longam habuerint accessiōem. Si enim adeo breuis fuerit, ut in tertianis legitimis, minori duodenis horis tempore circumscrip̄ta, non modo sine periculo talis est febris, sed etiā cito iudicatur. Si uero longius quàm duodecim horarum occupet tempus, adeo ut ad triginta, uel decem & octo perueniret horas, est quidem & hæc citra periculum. Tanto autē longior, quanto & eius accessio maior extiterit, quàm tertianæ exquisitæ. Non absq; ratione autem eas quæ in quietem febre uacantem desinunt, esse absq; periculo inquit, ut quæ non ex inflammatione aliqua, neq; ex maligna humorum putredine occasionem habeant. Neutra enim harum ad quietem peruenit febre uacantem. Quocūq; autem modo intermiserint, periculum abesse significatur, hoc est, siue uehemens, siue longa fuerit accessio.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, quid significetur per uerbum Intermittente, quod ipse sua lingua dicit *επαλείπειν*, intellige uero per intermittente, accessiones quæ in talem quietem desinunt, ut is qui habet, febre careat, & hoc in presenti aphorismo docuit; unde solæ istæ febres quæ intermittunt periculo carent, etiam si uehementissimæ sint, & longam accessiōem habuerint.

Quod in principio commenti legitur, Quod Hippocrates per uerbum intermittente, accessiones intelligat: Græce habetur, *ὅτι το επαλείπειν ὁ ἰπποκράτης ἰδὲ τῶν ἐπιπυρδῆτων παροξυσμῶν λέγει.* idest, quod hoc quod dicitur intermittente, Hippocrates in accessiōibus intelligat, quæ in quietem febre uacantem desinunt.

Quod etiam legitur, Solæ enim illæ quæ in quietem febre uacantem desinunt, periculo carent. deest una particula ante illā Periculo carēt, quæ est inter has. Grecus enim contextus dicit, *μόνοι γὰρ ἐπιπυρδῆτων ἐξ ἀντὶ τῶν ἐπιπυρδῆτων ἀκίνδυνοι.* idest, solæ enim illæ quæ in infibriā, uel secundū Leonicenū, in quietem febre uacantem desinunt ex ipsis, periculo carēt.

SECUNDO Galenus per intermittentes febres discurret, docens, si fuerit exquisita tertiana, quæ duodecim horas non pertransit, imò in minori etiam tempore desinit, hæc & sine periculo est, & cito iudicatur: si uero sit adeo longior, ut ad decem & octo horas perueniat, citra periculum omnino est: sed tanto longior est, quāto eius accessio maior extiterit, quàm tertianæ exquisitæ accessio.

Quod legitur, Ut in tertianis legitimis: Græce est, *ὡς ἐν τῆς ἀκρίβεισι τριτάταις.* idest, ut in iustis tertianis, uel exquisitis tertianis. tamen & id mihi placet, in legitimis tertianis.

Quod legitur, Si uero longius quàm duodecim horarū occupet tempus, adeo ut ad triginta, uel decem & octo perueniret horas: hoc præcise habetur in antiquo meo contextu, qui ita legit, *ἐὰν δὲ μακρότερόν τῶν δωδεκά ὡρῶν, ὡς τριώδεκτα ἢ δεκάεξτὴ ἢ τεσσαράκων.* Quæ uerba idem præcise significant, quod Leonicenus interpretatus est. Tamen omnia hæc uerba in eodem nostro antiquo contextu obelo confossa sunt: & hoc modo

modo legentem esse
est. si uero longior in a
terius partemq; hanc
postquam in tertianis
Deniq; Galenus h
is absq; periculo esse,
non fieri possunt, neq;
sed ex maligna h
quocūq; modo
significatur.

Quibus febres le

trigintosexta
dum diem excedunt,
sed ut plurimum per
paribus uel tertianis
piora uel de humida
purgicos aut chragi
materie inlunt, quæ
ta sponte apte sunt, ob
naria sunt diuturne
he. idest, diuturne feb
ignis τριτάταις
materie inlunt apte,
lenus per quæ febre
ἀκρίβεισι τριτάταις
ti in acutis per iudores

Triūta & quærit
ficer, quod in partibus
tamen in presenti com
non ad re Philontheu
ἐπιπυρδῆτων ἢ ἀκρίβει
idest, si enim rob
uobscūta hanc commo

ἢ ἐν τῆς ἑξήκοντα
firi antique contextus le
Tubercula: sed solum
hoc multum conuenit
expansibus, & sub ubi
cūta (quæ panes uocant
tamen contextus Aldin
q; inq; uires, ἢ quærit
na Leonicenus uero in
q; ut simpliciter dicitur
diores ad articulos, ut
Tubercula fieri. Sed ad
necquum nostram commo
tubercula, uel ad articulo
quodq; unūq; sit, quon

modo legendum esse ostenditur, *εάν δε μακρότερον, ως ώρων ει τύχη διαδοκτω ιπαρχει*. id est, si uero longior ut ad decem & octo perueniat horas. Itaq; etiam legit Aldinus contextus: putamusq; hanc esse ueram huius partis lectionem, nec particulā Triginta, addi posse: quia in tertianis etiam notissimis accessiones ad triginta horas nunquā perueniūt.

Deniq; Galenus huius partis aphorismi rationem assignat, merito dicens febres illas absq; periculo esse, quę in quietem febre uacantem desinunt, nam neq; ex inflammatione fieri possunt, neq; ex maligna humorum putredine, quę enim uel ex inflammatione, uel ex maligna humorum putredine fiunt, non ueniunt ad infebriam. unde intermittere, quocunq; modo sit, uel breue, uel longum sit spatium, semper periculum abesse significatur.

APHORISMVS XLIIII

Quibus febres longę, his tubercula, uel labores in articulis fiunt.

BRASAVOLVS

IN trigesimo sexto huius libri aphorismo à Galeno docemur, febres, quę quadagesimum diem excedunt, raro per sudorem terminari: tamē non imus inficias id fieri posse, sed ut plurimum per tubercula terminantur, quę in articulis fiunt, imò & in omnibus alijs partibus: uel terminantur per articulorū dolores. Nos frequenter diuturnas febres in psoras ualde humidas terminare uidimus, & quandoq; in aridas, quandoq; in dolores podagricos aut chiragricos. Et horum affectuū ratio in promptu est, quia in febre longa materię insunt, quę nec à uiribus extra per modum crisis trāsmitti possunt, nec ipsę sua sponte aptę sunt, ob crassitiem quam habent, & glutinositatem expelli. ex hac enim materiā fiunt diuturnę febres. nam Philotheo teste, *πυρεσι μακροί γινονται ολι παχησ υς* id est, diuturnę febres fiunt ob materię crassitiem.

ινοσι πυρεσι μακροί. id est, Quibus febres longę.] In his enim febribus potissimum materię insunt aptę, ut expelli possint ad articulos, quia multę & frigidę, ut dicit Galenus: propterea febrem diuturnam parant. In hac enim febre (ut Philotheus dicit) *η απιστη η λελησ γινεται, ωσωρ ποσ οφεισ ολι ιδρωται*. id est, per abscessus iudicium fit, sicuti in acutis per sudores.

Τοσιον η φυματα. id est, In his uel tubercula.] At quamuis *φύμα*, tuberculum significet, quod in partibus adenositis fit, & quod uelocem habet accessum ad maturitatem: tamen in præsentī omne genus abscessus, in quacūq; parte intelligere oportet. Propterea non ab re Philotheus exponit *απσισσ*, id est abscessus: quos ita dicit fieri, *ει γαρ βω μαλαία εισ αντη δυναμωσ, ριπσση ιδη το σδρμα οδω χυμωσ, λαντδύθη φυματα συμβαινε γινεται*. id est, si enim robustę sunt ipsorum potentia, humores in cutim eijciunt, & hinc tubercula fieri contingit.

η ως τα σθρα πνοι ιγγινονται. id est, Vel ad articulos dolores fiunt.] Hęcq; est nostri antiqui contextus lectio, qui non iungit illam particulam Ad articulos, cum illa Tubercula: sed solum particulam illam Ad articulos, cum illa Labores complicat: & hoc multum conuenit: quia *φύματα*, id est tubercula, in articulis non fiunt, sed in inguinibus, & sub alis. Experientia uero nos docet, in diuturnis febribus hæc tubercula (quę panos uocamus) sub alis fieri, in inguinibus, & plerunq; in toto corpore: tamen contextus Aldinus illam particulam Tubercula, cum illa In articulis, simul iungit, inquiens, *η φυματα δε τα σθρα*. Et ita uisus est in suo contextu habuisse Theodorus. Leonicensius uero indifferenter Labores, & Tubercula, ad Articulos coniūgit. Nos igitur simpliciter dicemus, uel fieri phymata per quamcūq; corporis partem, uel fieri dolores ad articulos, ut Galenus in Commēto innuere uidetur, inquiens: Par igitur est & tubercula fieri, & ad articulos superfluitatem decūbere. Nos igitur magis probamus antiquum nostrum contextum, qui legit, *η φυματα, η εις σθρα πνοι ιγγινονται*. id est, uel tubercula, uel ad articulos dolores fiunt. ut horum affectuū unum fieri ostendat: tamen quandoq; utrūq; fit, quandoq; nullum, præsertim quum materię penitus resoluuntur,

aut inconcoctæ euacuantur. At quum fieri contingunt, ideo fiunt, quia natura de robu-
 stiori membro in minus robustum materias transmittit; id uero à natura fit, quia impo-
 tens est per conuenientes uias expellere, ad articulos uero in diuturnis febribus trans-
 mittuntur, ut Philotheus dicit, *ἡ δὲ πλὴν ὑπερχειλίου, ἢ ἡ δὲ πλὴν θέρμασιαν τῶ ἀφθέρου*, idest,
 Propter latum spatium, uel propter caliditatem articulorum. Caliditas enim aperit, &
 ad se trahit; capacitas uero complectitur; & ita fiunt dolores in articulis & labores; nam
 Philotheus duobus uocabulis utitur, *πόνους καὶ ὀδύνας*. Hippocrates in umbilico fere li-
 bri De humoribus, quem Galenus non negat esse Hippocratis, hunc aphorismum fere li-
 pliati, dicens, Per longas uero febres, in articulis uel iuncturis, uel secundum maxillas po-
 tissimum abscedit. Oribasius uero hunc aphorismum alium sensum præbere uidetur,
 quam habeat Hippocrates, hunc scilicet, Si in febribus tumor apparuerit, tunc ostendi-
 tur ægritudinem abscessu finituram, putat igitur iam apparere, & tunc iudicari.

GALENVS

NON semper neq; hoc fit, sicuti neq; quicquam aliud huiuscemodi, sed magna ex
 parte uidelicet contingere uidetur. Causa autem est manifesta. Nam propter mul-
 titudinem, uel crassitudinem, uel frigiditatem humorum efficiētium febres, in longum
 tempus morbi extenduntur, cum longum exigant tempus ad coctionem. Par igitur est
 & tubercula fieri, & ad articulos superfluitatē decumbere. Siue autem per labores, do-
 lores intelligimus, siue læsionem, uterque intellectus habet rationem. Vtrunq; enim
 horum ad abscessus sequitur.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus aphorismum in uerum sensum deducit, ostendens id quod dicitur,
 non semper contingere, quia in diuturna febre materiã resolui nihil impedit, tamen
 plerunque fieri constat.

Leonicenus de uerbo ad uerbum principium Commēti interpretatus est: sed nostra
 lingua pro negatione duas particulas negatiuas non patitur. Dicit autem Græcus con-
 textus, *ὃ ἢ πᾶσι οὐδὲ ὅσῃ*. Leonicensis interpretatur, non semper neq; hoc fit. At
 exponi debet, non semper hoc fit.

SECUNDO reddit causam Galenus, cur ita fiat; nam diuturnæ febres, propter mul-
 tam materiã, crassam, glutinosam & frigidam fiunt; quia eiusmodi materiã multum tem-
 pus exigit ut exhauriatur & coquatur: quum uero non possit per iudicium perfectum
 expelli, par est ut tubercula faciat, & ad articulos decubat, & labores pariat, quoniam
 insensibiles cutis meatus exire non potest.

Quod legitur, Nam propter multitudinem, uel crassitudinem, uel frigiditatem: in mo-
 antiquo contextu adest hæc particula *ἢ γλίσχρον*, idest uel tenacitatem; quæ prædictis
 addi debet.

Quod etiam legitur, Par igitur est & tubercula fieri: deest una particula, scilicet In
 ipsis, nam legi debet, Par igitur est in ipsis & tubercula fieri. Græce enim legitur, *ὡς
 ἕν ἐν αὐτοῖς, καὶ φύματα γίνεσθαι*.

TERTIO Galenus docet, siue per *πόνους*, idest labores, intelleximus *ἄλγηματ*,
 idest dolores, siue *βλάβην*, idest læsionem: utrunq; uerum est: nempe horum utrunque
 ad abscessus consequitur.

Quod legitur, Vterq; intellectus habet rationem, hic deest particula, Quandam legi
 enim debet, Vterq; intellectus habet quandam rationem. Græce enim est, *ἐκαστὸν ἔχει
 τινὰ λόγον*.

Quod etiam legitur, Intelligerimus: Græce est *ἐκαστὸν*, idest intellexerimus.

APHORISMVS XLV

QVibus tubercula, uel in articulis labores fiunt, hi pluribus utuntur cibis.

BRASAVOLVS

PRÆCEDENS aphorismus de tuberculis, & de laboribus in febribus sermonem
 habet. Præfens uero de his quæ in conualescentia fiunt, pertractat: nempe conualescenti

tes, qui uere conualescentes sunt, tamen in ipsis tubercula fiunt, uel articulorum labores incidunt: post longas febres, ij magis comedunt, quam ipsi opus sit. Hoc autem uere conualescentibus accidere intelligit, quia ex diuturna febre uires imbecilliores redditae sunt. Propterea qui multum comedunt, integre concoquere non possunt: ideo multae materiae in ipsis generantur, quae inconcoctae a natura ad illas partes transmittuntur, ad quas transmittere potest. Si ad partes adenosas, uel ad cutem transmittantur, φυματῶν, idest tubercula fiunt. Si ad articulos, articulorum dolores inducuntur. Oribasius exemplum ponit, Sicut oleum (inquiens) in marmore decurrit, & ubi inuenitur, concauitatem retinet se: sic & hi crudi humores in articulis detinentur. Propterea podagricos & articulares arcemus a cibis. Philotheus hunc aphorismum introducere uolens, inquit: ὁ πῦρ ἀφορισμὸς πρὸς τὴν ἀνακομιζομένην ἐκ νόσου ἐργῆται, idest, praesens aphorismus de his qui redeunt ex morbo, dicitur.

ὁ κῶσις ἢ φυματῶν, idest, Quibus uel tubercula. Ita legit antiquus noster contextus. Aldinus uero legit, ὁ κῶσις φυματῶν ἢ τῶν ἀρθρῶν, idest, Quibus tubercula ad articulos. Nobis autem magis arridet antiqui nostri cōtextus lectio, quamuis Theodorus Aldinum cōtextum sequi uideatur: Leonicensis uero nostrum antiquum, hoc dempto, quod ipse non habet disunctionem Vel, ante illam particulam Tubercula, Legamus igitur, Quibus uel tubercula, & labores applicemus ad articulos, quia per totum corpus tubercula fiunt, & in inguinibus & alis: ideo tubercula refringenda non sunt: ut de his solum intelligamus quae in articulis fiunt. Sed ut superius fecimus in praecedenti aphorismo, ita & nunc simpliciter in omni corporis parte tubercula intelligamus, quae fiunt (ut Philotheus dicit) si materia ὑπὲρ τὸ δέον, idest ad cutem transmittatur.

ἢ τῶν ἀρθρῶν πόνοι, idest, Vel ad articulos dolores. Ut haec particula Vel, notet articulos iungi cum laboribus. Tamen Philotheus intelligere uidetur, quod tubercula in articulis fiant, & deinde ex tuberculis dolores, inquit, ὅθεν εἰ μὲν πρὸς τὰ ἀρθρα συνέχθησιν, γίνονται ἀρθρῶσις καὶ ἐκ τῶν πόνοι, idest, quando quidem ad articulos decumbunt, abcessus fiunt, & ex his dolores.

ἐκ πύρετων μακροῦ γίνονται, idest, Ex febris longis fiunt. Haec particula in Leonicensi interpretatione abest: puto librarium fuisse qui omiserit. Particula autem Ex, exponi debet pro Post: ut in primo De physico auditu libro, dicitur: Ex priuatione fit forma, idest, post priuationem fit forma. Fit autem hoc adeo post longam febrem, ut uere sit post, quia febris terminata sit, & hic sit uere conualescens.

ὅντι στίσις πλεῖσις γέγονται, idest, si pluribus utuntur cibis, quia non adest alia causa, cur ista fieri deberent: nam quum uere conualescentes sint, nullos culpatos humores habent. Si uero de nouo culpati humores generentur, alia de causa generari non possunt, nisi quia praeter modum comedunt. Non est autem opus semper, quum nimis comedunt, tubercula fieri, uel articulorum dolores: quia per sudorem, quicquid de nouo fieret, euacuari posset, & per secessum, & per alium quendam defluxum modum. Philotheus totius huius aphorismi causam hoc modo reddere uidetur, inquit, ὅτι ἴσως πᾶσι ἀνάσσει τὸ δυνάμειος αὐτῶν λέγεται τῆ τροφῆς, καὶ τὸ τὰ ἀπέπθουσι, καὶ πλεονόστρια ἀθροίζονται τὰ πρὸς τὴν, idest, quoniam supra proportionem potentiae ipsorum nutrimento uis sunt, & ex hoc non concoquunt, & superfluitates magis superfluas congregant.

GALENVS

DE conualescentibus docet. His enim repletis rationabile est casus plethoricos aduenire, & maxime ob uirium imbecillitatem.

BRASAVOLVS

GALENVS breuibus docet, Hippocratis sermonem esse de conualescentibus. Nam hi multis cibis repleti, quum imbecilles uires habeant, & diuturnam febrem, ab re non est, quod plenitudinis symptomata incidant, quae sunt, tubercula incidere, uel articulorum dolores.

Quod legitur, De conualescentibus docet, hic deest unum uerbum, scilicet ex morbo. Graecus enim contextus ita dicit, πρὸς τὴν ἀναλαμβανομένων ἐκ νόσου διαδοσκει, idest, de ijs qui se ex morbo recipiunt, docet.

SI rigor incidat febre non deficiente, ægro iam debili, letale est.

BRASAVOLVS

QVVM febris non intermittens ægrum adeo molestauerit, ut debilis effectus sit, & rigor superueniat, statim prædicere oportet, hoc esse signum letale & perniciosum, quia natura materias prauas expellere tentat, quas tamẽ expellere non potest, sed ab ipsis potius uincitur, propterea iudicatur extremus uirium casus, & deniq; mors. Galenus in quinto libro De symptomatum causis, quendam rigoris modum à frigida materia factum, & ueteribus ignotum edocere uolens, inquit: Atq; ut huiusmodi rigoris modus parum fuit ueteribus cognitus, ita perniciosus in morbis rigor, ipsis non fuit ignotus; dicente in aphorismis Hippocrate: Si rigor per febrem non intermittẽtem acciderit imbecillo, letalis est. Postea causam assignat, quæ est præsentis aphorismi causa, inquit: Etenim in huiusmodi rigoribus, insurgit quidem natura contra res noxias, quo eas expellat, sed uicta cadit, extinguiturq; atq; hanc ob rem redditur symptoma perniciosum, unde, quia materia expelli incipit, & extra mouetur ab intrinseca parte, ideo fit rigor. Quum uero sit natura debilis, perficere non potest: propterea in medio cursu, magis etiam debilitata sistit: unde consequens est, ut ad hunc rigorem mors sequatur.

ἢν ῥίγος ἐμπύση. idest, Si rigor incidat.] Dicitur est superius, apud Latinos uocabulum rigor, diffentionem neruorum significare, & conuulsionẽ, qua membra rigida afficiuntur, ut Celsus utitur, Plinius, & antiqui Latini. Quum uero Celsus interpretatur uocabulum ῥίγος, semper dicit horror: ut superius aphorismo uigesimo nono docuimus; tamen in præsentiarum Græcum uocabulum insequentes, rigor etiam Latine dicemus. Accidit autem rigor, quia natura materias prauas expellere intendit, tamen ob eius imbecillitatem non potest. Addit deinde,

ῥυρετώ μὴ ἐλαττωμένη. idest, Febre non deficiente.] Quoniam quum fit rigor, ex febre non intermittente febris intermittens fieri cõsueuit. In uero rigore, de quo sermo est, febris non intermittens in intermittẽtem non transit, imò adhuc non intermittens febris perseverat: quia & si factus sit rigor, tamen non est expulsa materia, imò in hac acione uires effectæ sunt magis debiles. Si uero febris cessaret, uel intermittens fieret, etiam si uires debiles essent, indicium sanitatis accipere oporteret. quoniam & si uires respectu huius imbecilles sint, tamen respectu materiæ peccantis & morbi robustæ sunt. Hoc uideamus frequẽter accidere in his, qui ex non intermittentibus febribus in sanitatẽ transeunt. In his enim materia ex uenis extra uenas pellitur, & ita rigores inducuntur, qui prius aberant.

ἢδὲν ἀδυνάτῃ ἐόντι. idest, Ægro iam debili.] Hoc est, quod hic factus rigor, quum febris in eodẽ tenore perseverat, & non minuitur, neq; abiit, tamen iam debilis sit: quia in hoc ultimo nature conatu, in quo ut sibi opem ferat, nocua expellere tentat, adhuc debiliter efficitur. Propterea non ab re addit,

οὐκ ἀσπιμον, idest letale.] Est inquam signum letale, quia adhuc effecta est debilitata natura. Rigor autem ob multas causas fieri potest, & semper letalis est. Vna causa rigoris, est uis contentiua: quãdo adeo imbecillis effecta est, ut membra in suo naturali esse conseruare non possit: unde tremunt membra, & rigorem patiuntur, ad quem mors sequitur: sicuti foliorũ in arboribus defectum quãdo tremunt, eo quod cito cadere debeant, consequi solet: tamen hic proprie non est rigor, quamuis tremor quidam sit letalis.

Alia causa rigoris esse potest, non materia illa quæ febrem faciebat, quia erat in uenis, sed alia noua materia quæ extra uenas recenter mouetur, & quæ rigores inducit. hi uero rigores signum mortis sunt, quia si iam uires imbecilles erant, quando ab una sola materia offendebantur, quanto imbecilliores reddentur, alia materia superueniente: imò sicuti neq; Hercules ad duos, ita nec hæ debiliores uires ad duas materias ualere poterunt. Alia rigoris causa est membrorum motus, qui concussiuus nuncupatur, quo mēbra nocuos humores expellere solẽt: si hi nocui humores expellatur, bonũ est, & hi ægri sanantur: at si uires expellere incipiant, postea sistant, ita ut rigores à materia

mota

mota fiant, & per hoc materia extra corpus non exeat, naturā deficere significat. Vnde hic rigor letalis est, & hic præcise de quo in hoc aphorismo Hippocrates intelligit, quā uis & alij præscripti rigores intelligi possent. Rigor præterea fieri posset, quia spiritus ad cor contraheretur, eo quod in spiritalibus partibus ob aliquam causam resolutio facta sit, & hæc resolutio talis est, ut ad eam plerumq; syncopis consequatur. Vnde & hic rigor letale signum est, de quo rigore aphorismus non agit: tamen & ad ipsum ampliari posset. Philotheus uero rigorem hunc letalem esse ob hoc ostendit, *ὅτι ἰδίῳ ἔσθ' ἵγος, ἢ λεγούτου τὰ πρὸς τὴν ἡμὲν λεγούτου, καὶ ἐν μὲν λεγούτου, πλείον καταλύεται ἢ δυνάμεις ἐστὶ πλείον λεγούτου, εἰ δὲ οὐ λεγούτου, διπλοῦται παντελὸς ἀδυναμία ἢ δυνάμεις, καὶ ἐστὶ δὲ ὀλίγου, ἰδεστὶ* quoniam in rigore, uel superflua euacuatur, uel non euacuatur: & siquidem euacuatur, magis dissoluntur potentia propter euacuationem. Si uero non euacuatur, potentia omnino debilis esse ostenditur: & propter hoc perniciosum. Statim alia ratione utitur idem Philotheus, inquit, *ἄλλως γὰρ ὅτι εἰ λεγούτου τὰ πρὸς τὴν ἡμὲν λεγούτου, ὁ δὲ πυρετὸς μέγας, διπλοῦται πρὸς τὴν ἡμὲν λεγούτου, εἰ δὲ μὴ λεγούτου, διπλοῦται ἀδυναμία εἶναι ἢ δυνάμεις, καὶ ἐστὶ δὲ ὀλίγου θανάσιμου* idest, aliterq; quod si superflua euacuatur, febris uero maneat, humorum abundantia significatur: si autem non euacuatur, potentia imbecillis esse significatur: & propter hoc letale. Orisius hic dubium facit, Cum sæpe uideamus rigores in tertiana, & in quotidiana, cur non moriuntur ægri? Respondet, si febris superuenerit rigor, & debilis fuerit æger, tunc mortale est. Adde tu, in tertiana & quotidiana ægrum non esse in febre, cum rigor accidit, sed in principio febris, & etiam non esse imbecillum: & quādo in tertiana & quotidiana rigores fiunt, febres sunt intermittentes. Causam uero affert Orisius talem cur sit letale, quia (inquit) biliosus humor iam uitalia penetrat & occidit.

GALENVS

NON idem est si quis dixerit, Si inciderit, & si incidat. Verbum enim Inciderit, unum significat rigoris insultum, incidat uero plures. Semel igitur rigore incidente, nōdum liquet, an mors, an iudicatio optima sit secutura. Potest enim & propter uirium imbecillitatem casus esse letalis: potest autem & iudicatio periculosa, bonum tamen habere finem. Sæpius uero fieri rigorem febre non deficiente, & alioquin bonum non est, in uirium autem factus imbecillitate perniciosus. Nam si aliqua euacuatio rigorem subsequatur, quæ nullam faciat intermissionem, propter utrumq; dissolui hominem fit uerisimile, & quia uis imbecillis ferre non potest rigoris agitationem, & quia ab euacuatione dissoluitur. Si uero solus accidat rigor, nulla euacuatione subsequente, utroq; modo casus caret bonitate. Nam & sicuti mala causa uim corporis tanget, & malum signum erit illius indicans imbecillitatem, quæ solita erat noxios humores in rigoribus euacuare, nunc uero hoc non potest efficere.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, in modo loquendi aphorismi diuersitatem esse, quoniam aliqui codices habent *ἰδρῖσις*, idest inciderit: alij habent *ἐπιπῆς*, idest incidat, multumq; differunt: nam inciderit, unum tantum rigoris insultum notat: incidat uero, plures. ideo Galenus magis approbare uidetur, quod legamus *ἐπιπῆς*, idest incidat, ut multi rigoribus insultus annotentur: quia uero solum rigorum insultu facto, an mors cōsequi debeat, an bona iudicatio, prænotare non possumus: nam posset esse letalis ob uirium imbecillitatem: posset etiam iudicatio periculosa fieri, tamen in bonum finem tenderet. At quod rigor in non intermittente febre sæpius fiat, non solum bonum non est, sed in imbecillitate uirium est ualde perniciosum.

SECUNDO Galenus suum intentū exponens prosequitur, inquit, Si euacuatio aliqua rigorem sequatur, tamen intermissionem non faciat, ob utrumq; homo dissoluitur: primo quia uis imbecillis rigoris agitationem ferre non potest: secundo ab euacuatione dissoluitur: & ideo si cum euacuatione aliqua fiat rigor, tamen non cesset febris, malum est, si modo absq; euacuatione rigor incidat. Casus est perniciosus, quoniam est mala causa, & malum signū: causa etenim mala est, quia uires corporis debilitat: malum signum est, quia uirium imbecillitatem ostendit: nempe in rigoribus noxij humores euacuari solent: quod effici non potest in hoc casu, uel quod non efficitur.

Quod legitur, Et quia uis imbecillis ferre non potest rigoris agitationem. id uocabu

lum Agitationem, Græce dicit *ἄν κλονου*. quod interpretari potest, pugnam uel turbationem. In fine ferè Commenti quum dicitur, Illius indicans imbecillitatē. deest hæc particula Extremam. legi enim debet, Illius indicans extremam imbecillitatem. Græce enim est, *ἡνθικανύμλου ἀρρώσιαν ἐχάτω ἐπι*.

APHORISMVS XLVII

EXcreationes in febribus non intermittibus, liuidæ, cruentæ, foetidæ, omnes malæ, & biliosæ. Et si bene exeunt, siue per alui excretionem, siue per urinas, bonæ. Si uero non aliquid eorum quæ iuuant, per hæc loca excernitur, malum.

BRASAVOLVS

NON solum in febribus non intermittibus id uerum est quod hic ab Hippocrate dicitur, imò & in intermittibus & in ipsa sanitate, idest in infebria, liuida excrementa, cruenta, foetida & biliosa, malum quid portendunt; cum febre uero non intermittente deterius quid significant; non enim possent talia excrementa exire, nisi intrinsicè partes male affectæ fuissent. Tamen quo nam modo exeant, considerare oportet; siquidem bene exeant, idest cōmode, eo quod bene ferat æger, & alleuietur, bonum signum est, quia significat naturā expurgari, & has prauas materias uincere. Si uero male exierint, idest facile non toleret, imò nocumenta, fastidia, & dolores incurrat, pessimæ sunt; quia talium materierum multitudinem significant, quæ denicè quum exeunt, interiment, & æger nihil proficiet. Si uero aliquid ex his rebus quæ non iuuat, excernatur: sed potius iuuant, si in corpore perstent, etiam malum est. Intellige autē excretionem per quæcūq; locum exeant, uel per urinas, uel per aluum, uel per uomitum, uel per sputum, uel per nares, nam per has omnes partes materiæ hic enumeratæ exire possunt, uel liuidæ sint, uel cruentæ, uel foetidæ, uel biliosæ, uel secūdam alium affectum dispositæ. Philotheus dicit, quod *ὁ παρῶν ἀφορισμὸς ἀπὸ σημείων μοχθηρῶν χρῆσιμὸν ποιεῖται διαγνώσκειν*. idest præsens aphorismus à prauis signis bonum iudicium facit.

Αἱ ἀπὸ χρέμψιδος, idest excretiōes.] Quæ sunt sputa per os emissa, quibus supra malam peccatoris affectionem significatur; tamen Hippocrates ipse de quocūq; excretionis genere se loqui ostēdit, quia dicit siue per alui excretionem. At particulariter (ut Galenus dicit) de excretionem, quæ per os fit, sermonem habet; propterea illi recentes qui legunt Excretionem, idest excrementa, Hippocratis mentem non attingunt. Nempe potius legendum est Excreationes; quia primo in hac parte de excrementis quæ per os exeunt, sermonem habet.

ἢ πῶς πνεῦσιν μὴ δαλείπουσιν. idest, in febribus non intermittibus.] Quamuis absolute malum sit etiam in intermittibus, & in illo qui febre caret; nam indicatur in peccatore malas affectiones esse, quia excreatus à peccatore proprie fluunt, licet & à capite & à uentriculo quandoq; proueniant; sed tunc maxime sunt excreatus, quando à peccatore uel à pulmone uel à canna pulmonis ueniunt. Oribasius tamē hoc sentire non uidetur, sed potius per excreationes saluam quæ per os decurrat, intelligit; nam (ut dicit) aliud est excreatio, aliud tussis, aliud non excreare, & non tussire; tamen quicquid sit, nos omnia sputa intelligimus, quæ uel à peccatore, uel à pulmone, uel à canna cum tussi exeunt, uel quæ à capite per modum rascationis, uel à uentriculo per uomitum quendam prodire solent. Philotheus simpliciter intelligit, omne genus excretionum per quamcūq; partem exeant, inquires, *ἢ δὴ σύματῳ, ἢ δὴ πρῶτον, ἢ δὴ χωρημάτων, ἢ δὴ πρῶτον*. idest, quoniam ratione symptomatis, & non lege naturæ euacuantur. Deinde sequitur, *ἢ δὲ μετὰ πύσιν ἐκκελεύσιν ἀγαθὰ εἰσι νόμου φύσεως ἐκκελεύσιν, καὶ οὐ βία συμπτῶματῳ*. idest, si uero post concoctionē expellantur, bona sunt; quoniam ratione naturæ expellantur, & non uoluntaria symptomatis.

καὶ πλιδινὰ, idest Et liuidæ.] Quæ in cinericiūm colorem cum nigredine quadam

aut succedine ferè uergunt. Illam enim liuidam carnem uocamus, quæ per cussa fuisse, ob uerberum cõfusione, cum obscuritate quadam pallefcit, & signa illa obnigra liuores appellantur. Quum uero in febre non intermittente liuida sputa apparuerint, praua indicia sunt; nam in spiritualibus membris, mortificatio quædam significatur. Humores enim spiritu priuati, hũc colorem faciunt. Quum deinde per os exeũt, liuorem habent, qui spiritus & naturalis caloris extinctionem ostendit. Vnde & à Philotheo dicitur, *αὐτὸν οὐκ ἐπιλείπει τὸν χροῖον, τὸν δὲ τὸν αἵματι κενώσας, αἵματι φάρυγγος καὶ τραχείας ἀφ' ἧς πρὸς πύλινος γινώσκειται, νεκρωσὶν ἢ μορίων σημαίνουσα.* idest, liuidæ igitur excretiones, hoc est purgationes per fauces & asperam arteriam ante coctionem factæ, illarum partium mortificationem significant.

Καὶ αἵματώδεις, idest Cruentæ.] Quum enim cruenti excreatus in febre non intermittente apparuerint, in pectoris partibus uenam quandam apertam esse significatur, quia de puris cruētis intelligit. Est enim cruor, sanguis extra uenas. Idem sentit Philotheus, *αἵματι αἵματώδεις ὄψα βρωσὶν ἀγγείων.* idest, cruentæ uero ob exfectionem uasis. Si uero dixeris, non uideri uerum, quod in non intermittentibus febribus excretiones cruentæ sint malæ, quia cruenta sputa in laterali morbo sanitatis speciem præstant, & tamen non intermittente febre corrupti sunt, qui morbo laterali laborant. Respondemus, in laterali morbo non esse ueras cruentas excretiones, sed ita mixtas, ut luteum quædam colorem præ se ferant, tamen & in laterali morbo peiores sunt hæ cruentæ excretiones quàm alibæ, & quàm puræ luteæ: quoniam morbi longitudinem significant.

Καὶ ὀσώδεις, idest Et foetidæ.] scilicet excretiones malæ sunt, quia in spiritualibus partibus corruptionem significant, uel ulcus, uel aliquod in eisdem partibus pessimum; unde & Philotheus hic dicit, *αἵματι ὀσώδεις σπυγδῶνας.* idest, foetidæ autem corruptio, nes significant.

Καὶ χολώδεις, idest Et biliosæ] excretiones malæ sunt, quia ex ipsis in spiritualibus partibus accensio significatur. Hæ etenim partes ex quibus sputum educitur, sunt bile plenæ, quæ est humor calidus, accedens, & qui æstum in illis partibus facit. Philotheus dicit, *καὶ αἵματι χολώδεις, χολῶν ἀκρασίον.* idest, & biliosæ bilis abundantiam significant.

πάντα κακὰ, idest Omnes malæ.] scilicet prædictæ excretiones. Leonicensus hanc particulam ante illam Biliosæ, habebat in suo cõtextu; nam hoc modo legebat, *Liuidæ & Cruentæ & foetidæ omnes, malæ & biliosæ.* Et eodem modo antiquus meus cõtextus habebat. Sed à quodam antiquo correctus est, ut illa particula *χολώδεις*, idest biliosæ, illam præcedat *πάντα κακὰ*, idest Omnes malæ. Aldinus etiam cõtextus, & omnes alij Græci quos uidi, ante illam particulam Omnes malæ, habent illam Biliosæ: eodemq; modo in suo cõtextu habuit Theodorus. Sed in alio longe maiori differunt, quia Aldinus cõtextus illam particulam Omnes, non applicat illi particulæ Malæ: at potius cum præcedentibus, ut sensum faciat, *Liuidæ & Cruentæ & foetidæ & biliosæ omnes, malæ.* Hoc tamen quantum ad aphorismi intellectionem nihil facit, quoniam uel omnes prædictæ excretiones sint malæ, uel malæ omnes, ad excretiones semper refertur: & est particula excretiones uniuersaliter determinans, & non illam particulam Malæ. Ori basius hanc partem ita interpretatur, si in febribus excretiones liuidæ aut cruentæ aut foetidæ aut biliosæ fuerint, malum est: quia uena aut corrumpitur aut desudat aut ulceratur: si rumpitur, & descendit in concauitatē humor, & multo tempore illuc detinetur, occidit locum, & mortem infert multis modis. In primis, quia ex ipso sanguine nutritur corpus: deinde, quia occidit locum: tertio, quia mortificat ægrotum. Liuidum significat quod extra uas sit. Cruētum, quod uena disrupta sit. Odor grauis, signum est quia multo tempore locum putrefecit, & ideo mortem operatur: nam quando uena rumpitur, non efficitur, sed in loco detinetur.

ἀρχαίως αἵματι καλῶς ἀγαθά. idest, Et si bene exeunt, bonæ.] Dicuntur uero excretiones bene exire, quæcunq; cum coctione exeunt, & cum bona tolerantia. Vnde istæ excretiones sunt bonæ, quando facile exeunt, & æger in declinatione sit: & ideo per modum crisis exeunt. Sunt uero bonæ, quia significant naturam superare materiam, & illam iam expellere coepisse. Hæc pars cum præcedenti iungenda est, quamuis aliqui sint, qui potius cum sequenti coniūxerint: ut dicant, Si bene exeant, quæ per secessum, & per

& per urinam exeunt, bona esse. Nobis autē uidetur hanc particulam, & cum his quæ præcedunt, & cum his quæ sequuntur iungi posse & debere.

καὶ ἢ διὰ χόρσον, καὶ ἢ τὰ ἄρα. idest, Et per secessum, & per urinam. Bonæ sunt excretiones, quæ bene exeunt: bene autem exeunt, quæ post coctionem exeunt, & æger facile tolerat; unde excrementa per secessum & per urinam liuida, cruentâ, foetida, & biliosa, omnia sunt mala. Sed si bene exierint, scilicet cocta materia, & æger facile toleret, non sunt mala, imò bona. Philotheus quoque dicit, ἢ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, καὶ ἢ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐκκρινόμενα. idest, secundum eundem morem, & in urinis, & in excretionibus alui per deiectiones excretis. Intelligit autē bonas esse, quæ μετὰ πύλιν, i. post coctionem fiunt, & æger facile ferat; malas uero quæ ante coctionem, & æger difficulter ferat. ἢ δὲ μὴ τὸν εὐμεφρόντων ἐκκρίνουσι δὲ τὸν πύλιν τὸν αὐτὸν, καὶ ἢ. idest, si uero nihil ex his quæ iuuant, per hæc loca excretū est, malum. J idest, Si per hæc loca, scilicet per urinam & per secessum, imò & per sputum aliqua exeant, quæ non iuuant, si excernantur, malum est, quia quum non iuuent si excernantur, potius retinenda sunt, quàm expellenda. Theodorus in sua interpretatiōe alium sensum facere uidetur, quàm à Galeno dicatur, uel ab ipso Hippocrate fiat. Nempè hoc modo interpretatur: at si nihil commode per ea loca excernitur, malo est: unde sicuti prius dixerat, deiectiones & urinas bene iuuare, quæ commode exeunt; ita hic oppositum dicit, quæ per illa loca non commode exeūt, malum est. Illa uero non cōmode exeunt, quæ cocta non sunt, & quæ dum exeunt, non facile feruntur. Nobis uero (ut in Galeni commentatione uidere licebit) id magis aridet, quod superius dictum est, si uero per hæc loca nihil excernitur eorum quæ iuuant quando excernuntur, malum est: quia si nihil excernitur, tamen adsit, uires imbecilles esse significatur.

GALENVS

FORTE conueniens fuerat doctrinæ aphoristicæ dici compendiosius, omnes prauas excretiones, quum bene exeūt ad bonum terminari. Hippocrates uero non ita locutus est, sed primum quidem trium generum excretionum meminit, & eius quæ fit per os, & eius quæ fit per aluum inferiorem, & tertîæ quæ fit per urinas. Deinde & eius quæ fit per os magis particulatim. Non enim simpliciter dixit, prauas excretiones bene exeuntes bonas esse, sed speciatim ipsarum meminit, inquit; Lituidæ, cruentæ, fetidæ, & biliosæ. Vna autem cōmunis est in hisce omnibus ratio. Malæ excretionis sunt prauarum signa dispositionū, & fiunt sæpius eodem modo, quo in ulceribus putridis, quibus liquores saniosi defluunt, nihil dispositioni conferentes. Nonnumquam uero ita sicuti pus, ex abscessu disrupto bene expurgans partem patientem. Indicia uero quod bene excernatur, maxima sunt, & coctio, & bona tolerantia, cum ipsis uero & morbi species, & cum his tempus anni, & regio, & ætas, & natura ægrotantis. Quod uero est in fine aphorismi, duobus modis scriptum inuenitur. In quibusdam quidem, ut antea scriptum est, Si uero non aliquid eorum quæ iuuant excernatur. In quibusdam uero sine particula Non, hoc modo, Si uero aliquid eorum quæ iuuant, excernatur. Et erit secundum primam scripturam sermo talis. Si aliquid eorum quæ non iuuant excreta, uidetur euacuatū, non est bonum. Secundum uero secundam scripturam, si aliquid eorum quæ iuuant, & sunt animali conuenientia, excernatur, non est bonum. Melior autem est scriptura prior.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus Hippocratem corrigere uidetur: nam quum doctrina aphoristica breuis esse debeat, Hippocrates breuius dicere potuisset, Omnes prauæ excretionis quum bene exeunt, ad bonum terminari: quum uero male, ad malum.

SECUNDO Hippocratis sensum explicat, qui breuiter transigere uoluerit: sed de tribus excretionum generibus sermonem fecerit, per os, per secessum & per urinam, & quod magis particulariter de excretionem per os locutus sit: nam particulariter non dixit, prauas excretionis bene exeuntes esse bonas, sed ipsarum meminit, liuidæ, cruentæ, & cætera; dicens, Ex hoc igitur sumi potest, in prima aphorismi parte hoc non intendi, quod excreationes liuidæ, cruentæ, & cæteræ, sint malæ: sed hic fit totus & integer sensus, In febribus non intermittentibus excretionis liuidæ, cruentæ, foetidæ, biliosæ, & omnes

omnes etiam malæ præter istas, si bene exeant, sunt bonæ: ut omnes quidem malas enūmeret, sed ob bonum exitum bonas esse dicat, quæ de se, & aliter essent malæ: efficiuntur uero bonæ, uel bonum significant per uiam signi, & etiam per uiam causæ, quia bene exeunt.

Quod legitur, Hippocrates uero non ita fecit, Græce est, ὁ δὲ ἰπποκράτης ἐχ' ὄπως ἐπίησεν.

Quod etiam legitur, & eius quæ fit per aluum inferiorem, Græce est καὶ τῆς τῶν διαχωρημάτων, id est, & eius quæ fit per alui excretionem.

Quod etiam Leoniceus interpretatus est magis particulatim, Græci unum solum uerbum habent λεπτωμετέσθρον.

TERTIO Galenus docet, esse unam cōmunem rationem in his excrementis, quia prauæ excretiones, semper prauarū dispositionū signa existunt, & ideo dupliciter fiunt, sicuti in abscessibus contingit: quandoq; exit sanies & ichor, qui exiens nullam utilitatem præstat: quandoq; pus uerum exit, quod illam partē, in qua ulcus est, probe expurgat. In his quæ excernuntur idem contingit, quandoq; aliqua excernuntur, ex his quæ nihil conferunt excreta, quandoq; conferunt, quia bene excreta sunt. Hic scito Galenū duobus uocabulis uti, ἰχῶρες, & πύον. Leoniceus interpretatus est ἰχῶρες, liquores saniosos, πύον uero pus. Nos in illo Aphorismo secundi libri, qui incipit Δὺ pus fit, quid nomine ichoris, & nomine pyi significetur, ubertim docuimus. nam πύον uerum pus, coctum & perfectum uocant Græci authores: ἰχῶρ uero est aquosa sanies, quæ ex ulceribus exit, apud Celsum incocta, quæ à recentibus uirus & uirulentia nuncupatur. Si autem de his nominibus ampliorem doctrinam percupias, præcitatam quadragesimiseptimi secundi libri aphorismi commentationem nostram legas, in quibus hæc diffusissime pertractatur. Non ab re igitur Leoniceus interpretatus est ἰχῶρες, id est, saniosos liquores, quia semper est aquosa sanies.

Quod legitur, & fiūt sapius eodem modo, Græce habetur, καὶ γίνονται πολλάκις μὲν ὄπως, id est, & fiunt sæpe eodem modo.

QUARTO Galenus docet, quibus signis hæc praua excrementa bene excerni cognosci possit. duo uero sunt præcipua signa, coctio scilicet materierum, & bona tolerantia. Sunt deinde alia signa concomitantia, quæ & si non sint semper omnia, nihil tamen refert: hæc uero sunt, tempus anni, regio, ætas, & ægrotātis natura, quæ hæc excrementa faciunt, augent, uel non augent.

Quod legitur, & cum his tempus anni, Græce habetur καὶ μετὰ αὐτῶν ὄρα, id est, & post ipsam anni tempus.

Deniq; Galenus docet in ultima Aphorismi parte duplicem lectionē inueniri, Vna, quæ negatiue legit, ut superius secundam aphorismi partem exposuerat, scilicet si uero non aliquid eorum, quæ iuuant, scilicet quando excernuntur, per hæc loca excernatur, malum est, ut si quando ἰχῶρ, id est, sanies aquosa ab ulceribus exit, tunc unū exit, quod exiens nihil confert, ideo malum est. Altera lectio affirmatiua est, quæ ita legit, Si uero exeat aliquid eorum quæ conferunt, malum est: quia omnino, si quæ conferunt, exeant, bonum esse non potest. At Galenus lectionem primam secundæ præfert, quamuis utraq; ueræ sint.

APHORISMVS XLVIII

IN febribus non intermittentibus: si partes exteriores frigidæ, interiores urantur, & sitim habeat, letale est.

BRASAVOLVS

GALENO uidetur in præsentī Aphorismo hanc particulam, in febribus non intermittētib; ex superfluo additā esse, quia hic casus nunq; inueniri potest, nisi in febribus non intermittētib; tamen ex superfluo non additur, quia genus febris specificatur, ne quis petat an hoc in omni febre fiat, immo re uera hoc in intensissimis & calidissimis febribus solum inuenitur, quod exteriores partes frigidę sint, interiores urantur, & sitim

kk habeant

habeant, cum hæc in ægro aliquo inuenieris, letale signum esse iudicato, quoniam notatur inflammationem aliquam in profundiore corporis parte, uel erysipelas inueniri. propterea totus calor ad illum locū currit, & extrinsecæ partes frigida relinquuntur. immo & cum uires ob intensissimā febrem imbecilles fiunt, exteriores partes frigescent, interiores uero calefcunt: quia naturalis calor paulatim contrahitur. Sed Oribasius hic dubitat, quia sæpe in typicis febribus frigus esse uidemus, sitim, & ardorem, attamen non fuit mortale, neq; malum. Respondet, in typicis febribus illa esse ante accessionem, sed in his de quibus agit Hippocrates, sunt post accessionem: unde supponitur, esse prius febrem & imbecillitatem, & quod hæc deinde superueniant, tunc signum letale est, quia in uitali loco adhuc natura cum humoribus luctatur, & naturalis calor per locum patientem decurrit, & dum natura quærit liberare, ipsa potius occidit ægrotum. Celsus libro secundo capite sexto, ubi de signis mortis dixerit, hunc Aphorismum referens, illū his uerbis interpretatur, Aut cui febre æque non quiescēte exterior pars friget, interior sic calet ut etiam sitim faciat.

ἢ τοῖσι μὴ διαλείπονσι πυρεποῖσι. idest, In febribus non intermittentibus. quia in intermittentibus hic casus non cōtingit, licet Oribasius id uoluisse uisus sit, sed in accessionibus, nos autem nullo modo fieri dicimus, quia in accessionibus exteriora frigida non sunt, & interiora uruntur: at in principijs exteriora & interiora frigida uidentur, nec opus est sitim adesse. Adde, quod in intermittētibz non perseverat frigus, ut in his facit quæ non intermittentes sunt, quando ob imbecillitatem frigescere contingit.

ἢ τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ἢ. idest, Si partes exteriores frigida sint. Tu uero per exteriores partes cutem intellige, & omnes superficiales partes, in quibus frigus tactu sentire possumus, nā is qui ægrotat, uel frigus non sentit, uel sentire non est opus, sed est medicus, & assidenter æger uero de summo calore conqueritur, unde & si exteriores partes gelascere perferat, ipse æger non sentit, sed detegit seipsum, & se totum ardere putat. Maxime uero hæc frigiditas circa partes extremas sentitur, hoc est caput, frontem, manus, pedes: unde & Hippocrates in primo Aphorismo septimi libri dicit, In morbis acutis frigus partium extremarum, malum. quoniam ut Galenus in commento dicit, ibi inflammationem esse significatur. & Hippocrates in secundo Prognosticorum libro, sectione quarta inquit, Si caput, manus, ac pedes frigidi sunt, uentre, costisq; calentibus, malum est. ubi uides hic Hippocratem extremas partes, caput scilicet, manus & pedes specificare.

τὰ δὲ εἴδη καίνονται. idest, Interiores urantur. per interiores partes, pectoris partes, & uentris potissimū intellige, ut secundo Prognosticorum ab Hippocrate dicitur, quia ita specificat, uentre, costisq; calentibus: per uentrem partes à uentriculo infra intellige: per costas pectus, non quidem extrinsecas costas, quoniā illæ possent esse frigida, idest, cutis superior quæ costas integit. urī uero est intensissimā caliditatem habere, qualē habent qui καύσου, idest, ardentem febrem, quæ acuta est, patiuntur. Ideo hoc (ut Galenus in secundo Prognosticorum libro sectione quarta docet, & in primo Aphorismo septimi libri) reperiri non potest nisi in febre acuta, in diuturna autē non inuenitur. per hæc enim quæ in aliquo ægro inueniuntur, Philotheus dicit, quod Hippocrates δηλοὶ φλεγμονῶν εἶναι ἢ τοῖσι ἀλάγχχοις, ἢ ἐρυσιπέλας, idest, ostendit inflammationem esse in uisceribus, uel erysipelam. & talem rationem reddit, ἐπειδὴ ἢ φύσις πρόνοιαν ποιεῖται ἢ πάθος μοεῖς, σκωνδύει πρὸς τὰ εἴδη μετὰ τὸ ἐμφύτου θερμῶ, καὶ τὸ δὴ τὰ ἔξω ψυχρὰ, τὰ δὲ εἴδη δὴ καίνονται, ὅσα οὐκ εἴδη ἀξιόλογος φλεγμονῆς, τὸ ἀλάγχχος, ἢ τὸ ἐρυσιπέλατος ὁ δεινὰτος ἐπιτεταται, idest, Quoniam natura patienti parti prouidet, & interioribus partibus naturali calore succurrit, & hinc quæ extra sunt frigescent, quæ uero intus uruntur. Igitur ob uisceris inflammationem insignem, uel ob erysipelam, mors sequitur.

καὶ δίψαν ἔχει. idest, & sitim habeat. ex hoc enim incendio, uel in uentriculo, uel in pectore tanta sitis inducitur, ut in his casibus nigerrimam linguam plerumque uideas & asperissimam: quia à superabundanti calore intrinsecò humidum mēbrorum exsiccat. Ideo sit sitis intensa, quam Philotheus ingentem inflammationem significare his uerbis ostendit, ὅτι δὲ ἀξιόλογος ἢ φλεγμονῆς, δηλοὶ ἢ δίψα. idest, quod autem inflammatio insignis uel memorabilis sit, sitis ostendit. Cum hæc iudicia in ægro aliquo uideris, iudicia signum

signum esse θανάσιμον, idest, mortale: quia uis imbecillis, tam arduam & acutam ægritudinem quæ hæc symptomata faciat, ferre non poterit. Oribasius in hominibus Cōstantinopolitanis de hac re pulchrum exemplum tribuit, inquit: frigida ideo sunt partes exteriores, quia derelinquit calor superficiē, & interius refugit, & tale quiddā tunc patitur corpus in istis, quale Constantinopolis, cuius ciues concurrentes ad palatium quotidie, ubi senserint domum ardere currunt cum siculis, ut liberent domū. Cum ergo cessarit incendium, abeunt, & rursus augeri permittunt. Sic & natura uult liberare, sed potius occidit, quàm liberet. hæc Oribasius. At multis de causis fieri potest quod exteriora frigeant, & interiora caleāt. una causa potest esse, uenarum & artieriarum obstructio, illarum inquam quæ ad extrinsecas partes tendūt. Ideo naturalis calor, qui per has uias transit, ad has partes calore illustrādas peruenire non poterit. Si deinde intus in humoribus corruptio adsit, cum extra euentatio fieri non possit, prauum signum est. Alia causa potest esse crassa materia, glutinosa, & uehementer frigida, quæ in uapores paulatim resoluatur, qui cum sunt intus, calidi sunt. At ad cutim exeuntes, quia à naturali calore abducuntur, & elongantur, & frigidi efficiuntur. Sed in Aphorismi casu, potissimum est materia biliosa, quæ intus inflammationem facit, ut Galenus in commento edocebit: quandoq; tamen syncopsis extremorum frigiditatem inducit: quandoq; materia frigida in interioribus partibus sita, hoc idem facit, quando naturalem calorem intus oblidet: quandoq; bilis crassa in causa est, à qua uel nulli, uel pauci uapores eleuantur, qui resoluuntur: propterea intrinseca calēt, & extrinseca frigent, sed hæc ad rē ipsam nihil faciūt.

GALENVS

DIGNVM animaduersione est nunquid huiusmodi casus possint in febre fieri intermittente. Ego enim neq; uidi, neq; animo capio. Videntur siquidem solis accedere in febribus, quæ causones ab incendio nominantur, perniciosi, uel si aliter libeat appellare ualde malignis, ueluti lipyrijs. Nulla uero febris alia profundius perurit, cū te refrigerata: neq; enim mitior causon, neq; tertiana, quæ duæ febres præ cæteris sunt calidissimæ. Videtur itaque non distinctionis gratia in aphorismo adieciisse, In febribus non intermittentibus, sed similem protulisse sermonem illi quo dicitur, Vertebræ autē quæ in spina sunt: non quasi aliqua alia corporis parte sint uertebrae, sed ueluti si ita diceretur, Vertebræ quibus hoc inest, ut in spina sint. & nunc ita sermonem Hippocratis audiemus. Si profundæ partes urantur, cute refrigerata, letale est. fit autem hoc in nonnullis febribus non intermittentibus. Causa uero huius talis existit, quando aliqua fortis inflammatio in corporis parte profundiori, uel Erysipelas euenerint, totus ex toto corpore sanguis ad locum trahitur patientem, atq; ideo uruntur profunda, sed cutis refrigeratur, ut fit in principijs accessionum.

BRASAVOLVS.

PRIMO Galenus dubitare uidetur, an hæc symptomata in febre non intermittente fieri contingat. Respondet, se nunq; id uidisse, nec animo capere posse, quomodo accedere possit. quoniam hæc in solis illis febribus fieri uidentur, quæ causones ab incendio nominantur, quæ uel perniciosæ sunt, uel admodū malignæ, ut sunt lipyriæ. etenim nullæ aliæ febres hoc facere possunt. immo nec mitior causon, nec tertianæ, quæ sunt febrium calidissimæ id facere possunt. Vnde in solis magnis causonibus id fieri cōtingit.

Quod legitur, Valde malignis, Græce habetur, κακοβλαστῶν, idest, malignissimis, quæ in pessimam consuetudinem abierunt.

Quod legitur, Sicuti lipyrijs, λιπυρίαις Græce dicitur. scito lipyriam febrem esse, in qua exteriora frigent, & interiora calent, esseq; pessimam febrem. Galenus in secundo Prognosticorum in fine commenti quarti, relegat hoc nomen lipyriæ ad illas omnes febres, in quibus interiora calent, & exteriora frigida sunt.

SECUNDO Galenus docet, in hoc aphorismo non esse additam hanc particulā, in febribus intermittentibus, distinctionis gratia, sed hunc sermonē illi similem esse, quando dicimus, uertebrae quæ sunt in spina. non enim dicitur quæ sunt in spina, distinctionis gratia, eo quod aliquæ uertebrae inueniantur, quæ in spina non sint, sed sensus est, uertebrae quæ sunt in spina, idest, quibus hoc inest ut in spina sint. Eodem modo, non dicitur,

hæc symptomata in febris intermittibus fieri, eo quod in alijs etiam febris fieri contingant, sed quia in his solum inducuntur, ut sensus sit, hæc quibus datum est in febris non intermittibus solum fieri, ut illa figura sit, quæ à Gramaticis pleonasmos nuncupatur, de qua longius ipsi differunt.

TERTIO Galenus Aphorismi rationem assignat inquit, cum in profunda corporis parte inflammatio aliqua, uel erysipelas contingit, natura semper illuc ex toto corpore sanguinem transmittit, unde profundiores illæ partes uruntur, & cutis refrigeratur. Cutis uero ita refrigeratur ut in accessionum principijs fieri solet. Hanc eandem rationem & in secundo Prognosticorum libro, commento quarto superius citato, & in primo Aphorismo septimi libri etiam superius citato Galenus reddit.

APHORISMVS XLIX

IN febre non intermittente, si labrum, uel oculus, uel nasus, uel supercilium peruertatur, uel non uideat, uel non audiat, iam debili existente corpore quicquid horum euenerit mors proxima est.

BRASAVOLVS

QUICQUID incommodi & mali accadat, quando uires imbecilles sunt, id omne perniciosum est, & quæcunq; mala signa apparent, eadem perniciosa esse constat. unde in non intermittente febre, in qua uires debiles sint, Si labrum, uel oculus, uel nasus, uel supercilium peruertatur, uel non uideat, uel non audiat, quicquid horum acciderit, uel unum, uel duo, uel plura, uel omnia cõtingant, mortem propinquam, & ferè in limine esse significant, nam per unum horũ, plurimum, uel omniũ in capite & cerebro uehemens nocumentum uel iam adesse, uel fieri significatur. Philotheus Aphorismum istum hoc modo introducit, *ὅτι τῷ πῆρόντι ἀφορισμῷ θανάτῳ δὲ κ' ἡ σμῆνα κρατὸς λέγει, καὶ ἡ ἰδέειν λαμβάνει ἀπὸ τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, ἡτοι κινητικῶν*, idest, In præsentia aphorismo mortalia signa enumerat, & ab animalibus potentijs, uel motorijs demonstrationem accipit. Celsus libro secundo capite sexto hunc aphorismũ ita refert, eademq; labra, & nares, oculiq; & palpebræ, & supercilia, aliquæue ex his peruertuntur, isq; propter imbecillitatem iam non audit, aut non uidet, eadem mors denuntiatur, ut ex Celso uideri possit, non uideret, & non audire ad imbecillitatem referri.

ὅτι μὴ διαλείποντι πυρετῶν, idest, in febre non intermittente,] quia intermittentes febres, aut nunquam, aut rarissime interimunt nempe (ut Galenus superius edocebat) cõintermittunt, quietem aliquam condonant, propterea uires reficiuntur, quæ prius in afflictione & pugna imbecilliores redditæ erant.

ἢ ἡ χείλος, idest, Si labrum] scilicet peruertatur. peruersiones istæ de quibus sermonem habet Hippocrates, ob neruorum contractionem ad sua principia factæ sunt. Si unius partis oris, neruũ contrahantur, & hæc cõtactio non sit ob ægritudinẽ, quæ labro in hæreat, scilicet cum potius ob cerebri ægritudinẽ cum febre non intermittente, & uiriũ debilitate, signum letale est. Si uero cõtactio utrinque fiat, in una oris parte obtortio non inducitur, sed utrinq; potius musculorum tractio, ut os ferè apertum detinere cogatur, & hinc mortem prope esse significatur, nam (ut Philotheus dicit) *διηλῶται ἅμειρος βερμότης ἐκ φλεγμονῆς τῷ ἐγκεφάλῳ. ἡ τις καὶ τοῦ ὑπὸ φρεσὶ τῆτι πάσασμόν ἐργάσαστο, ἢ φ' ἢ καὶ τὰ προσηρημένα μέρη διασφρασσαν. ὁ πιδῶτος δὲ πάσασμός ἀνίατος*, idest, inordinata caliditas ex cerebri inflammatione significatur, quæ & ex siccitate conuulsionem operatur, à qua & prædictæ partes peruertuntur. Talis autem conuulsio immedicabilis. Aliam rationem idem Philotheus reddit inquit, *ὅτι ἀδύνατα τῶ ψυχικῶ πινδύματος διηλῶται*, idest, Quod spiritus animalis imbecillitas significatur.

ἢ ὀφθαλμός, idest, uel oculus,] scilicet peruertatur ob eandem causam.

ἢ ῥίς, idest, uel nasus,] scilicet peruertatur, ob prædictam causam, & non ob aliquam quæ in ipso membro sit.

ἢ ὀφρυς διασφραφῆ,] idest, uel supercilium peruertatur, quod ob eandem fiat causam, & non propter aliquid quod in membro sit, sed ob cerebrum fiat, mortem significat, Oribasius

Oribasius de labro dubitat, quia in paralyfi saepe uidemus labium torqueri & alia, tamen non sequitur mors. Respondet, cum febre, & debilitate significari per ista, principium, id est, cerebrum pati, propterea mors sequitur. Hippocrates in libro De morborum decretorio, plura ex his quae in hoc Aphorismo sunt, enumerat, non tamen integrum Aphorismum & continuatum, ut de pluribus alijs facit.

ἢ μὴ βλέπει, id est, Si non uiderit. non uidet autem ob magnam in cerebro lesionem, quia iam uisui spiritus non traesunt ad oculum, & exhausti sunt. nam sicuti nasi cōtorio, & superciliorum, & labiorum fieri non poterat nisi ob magnū in cerebro nocentum, uel a materia uenenoſa, uel ab abscessu factum, & consequenter partes circa faciē contrahuntur: ita uisui spiritus exsiccantur, unde hi non uident qui haec habent, & tales sunt qui morti proximi sunt.

ἢ μὴ ἀκούει, id est, Si non audierit. propter eandem causam, quia auditui spiritus sint exhausti, & aures suo officio non fungantur.

ἢ οὐκ ἀδύνατος ἐόντος τοῦ σώματος. id est, iam debili existente corpore. Immo haec fieri non possunt, nisi cum magna corporis debilitate, praesertim si multa sint, & non unum solum: tamen & hoc posito, sicuti plerunq; euenit letale.

ὅ, πᾶν τὸ ἐκ τῶν γήγηται, id est, Quodcumq; horum sit. hoc dicit Hippocrates, ne quis putet necessarium esse, omnia haec signa adesse, sed uel unum, uel plura, uel omnia ad sint, id semper consequitur.

ἐγγὺς ὁ θάνατος, id est, propinqua mors est. at quanto plura signa adfuerint, tanto magis significatur, mortem propinquiorem esse. Philotheus notat ab Hippocrate laesionem poni, & uirium motiuarum & sensitiuarum, inquiens, ἰσὶον ὅτι ἐπὶ ἢ ἢ χεῖλος, ἢ εἰς διασπαρῆ, ἢ ἢ ἢ κινητικὰς διατάξεις πάχειν. τὰς ἀδύνατους δέ, ἢ τὸ ἐπὶ εἶναι, ἢ μὴ βλέπει, ἢ τὰ λυπαῖα, id est, Sciendum quod dicens, si supercilium, uel nasus peruertatur, motiuaſ potentias pati significat. Sensiles autē, per id quod dicit, Si non uiderit, & reliqua. Si uero haec iudicia adfuerint, octauae sectionis primi Prognosticorum libri habetur, scilicet quod aegri facies non erit similis sibi bene ualenti, immo quammaxime contraria, quia obtorta: propterea signum perniciosissimum. quae uero in nona, decima, & tertia decima sectione dicuntur, ad hoc propositum non faciūt, quia sunt alia signa ab his partibus, & ab his membris sumpta: tamen quintadecima primi Prognosticorum sectione, huius aphorismi sententiam ferē describit inquiens, Si peruertitur, aut liuida palpebra est, aut labrum, aut nasus, cum aliquo alio signo, mortem prope esse sciendum est. Id aliud signum erit, si non uideat, si non audiat, cum uiriū imbecillitate. Hicq; ab Hippocrate de palpebrae liuiditate ponitur, quod in aphorismo non est. & Galenus animaduertit in aliquibus codicibus non legi peruertitur, sed distrahitur. Hippocrates in contextu illius partis non est usus eodem uerbo, quo hic utitur, scilicet ἀσπρόφομαι, sed inquit ἢ δὲ κερμπύλον γήγηται, id est, Si obortum fiat. Interpretes uertūt, si peruertitur. Galenus uero in commēto illius partis dicit αὐτὶ τὸ κερμπύλον τὸ βίγνον, id est, pro eo quod dicitur peruersum, poni distractum, in aliquibus codicibus.

GALENVS

PARTIVM fiunt peruersiones, extentis, atque contractis his qui ad eas nerui pertingunt. Quod autem extendantur, hoc ipsis accidit, uel propter inflammationes, uel duros tumores, aut siccitates, aut immodicas frigiditates. Haec autem graua sunt, quando prope neruorum originem fuerint constituta. Quare cum febris continua fuerit, & aeger debilis, non absque ratione mortem esse uicinam est existimandum. Multo autem magis, quando non audiat aliquis, uel non uideat propter uirtutis sensibilis debilitatem.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, quomodo peruersiones fiant. fiunt inquam peruersiones, quas ἀσπρόφας uocat, quando nerui extenduntur & contrahuntur, ab una nanq; parte extenduntur, & ab alia contrahuntur.

Quod legitur, extentis atque contractis ijs qui ad eas nerui pertingunt, ibi deest una
kk 3 particula

particula, ad propria principia, quæ in illa parte interponi debet, contractis & ijs: hoc modo, extensis atq; contractis ad propria principia, ijs qui ad eas nerui pertingūt. Græce enim dicitur *τανομλίωντι, καὶ σμιλωμλίων ὑπὲρ τὰς ἰδίας ἀρχὰς τῶν εἰς αὐτὰ κληθῶντων νέρων.*

SECUNDO Galenus docet, ob quam causam nerui extendantur, id fit uel propter inflammationem, uel duros tumores, uel ingentes siccitates, uel ingentes frigiditates, que grauiasunt, quandoquidem prope originem neruorum constituta fuerint.

Quod legitur, hoc ipsis accidit, illa particula, ipsis, superflua est, & in Græco codice uacat.

TERTIO Galenus Aphorismi sententiam infert, in febre non intermittente ægro existente debili, mors propinqua est, sed eo maxime cū non audiat, uel non uideat, quia uis sensibilis magna etiam debilitas significatur.

APHORISMVS L

VBi in febre non intermittente difficultas spirandi, & delirium acciderit, letale.

BRASAVOLVS.

HIPPOCRATIS sermo in febre non intermittente adhuc perseverat, in qua si spirandi difficultatem inueneris, & simul delirium, letale signum esse iudicato. quoniã per hæc duo in cerebro, & in partibus spiritualibus nocumentum esse denotatur, quod nocumentum non paruum esse oportet, aliter hæc symptomata non consequerentur. Philotheus hoc modo Aphorismum introducit, *δύσπνοιά ἐστι, καὶ ἀναπνοή, αὐτῆ οὐ ἢ μεγάλη ὄδιν, ἢ πυκνή, ἢ μεγάλη καὶ ἀραιά, ἢ μικρά καὶ πυκνή, ἢ μικρά καὶ ἀραιά. ἐπιτάθη αὐτῶ περὶ τῆς μεγάλης καὶ ἀραιᾶς ὁ λόγος ἐστὶ τῷ ἰατροκράτει. αὐτῆ γὰρ τὴν πᾶσφι προσώων θηλοῖ.* id est, Dyspnœa est mala respiratio. Ipsa igitur magna est, uel densa, uel magna & rara, uel parua & densa, uel parua & rara. hic igitur de magna & rara Hippocrati sermo est, ipsa enim delirium ostendit.

Celsus libro secundo capite sexto de signis mortis differens, inquit hoc esse signum mortis, aut qui febre æque non quiescente, simul & delirio, & spirandi difficultate uexatur. Hippocrates quoque in libro De morborum decretorio, hunc Aphorismum pro parte describit.

ὁσέοισιν ἢ πυρετῶ μὴ διαλείποντι. id est, Quibus in febre non intermittente.] In aliis quibus contextibus legitur *ὅπου*, id est, ubi, & ita in suo contextu Leonicensis habuit, Theodorus uero legebat *ὁσέοισιν*, quia interpretatus est, Quibus, tamen ad rei intelligentionem, quicquid legatur nihil refert. At quamuis hæc signa in febre non intermittente pessima sint, & letalia, tamen opus est ita intelligere quod non fiant ratione febris tunc uexantis, quoniam multi sunt, qui in febre delirant, & spirandi difficultatem habent, sed non perseverant: quoniam cum ad inclinationem illius accessionis perueniunt, hæc cessant. propterea opus est, & quod perseverent, & quod ex cerebri & pectoris læsione fiat, uel saltem ex læsione septi transuersi, ad quam & difficultas anhelitus, & deliria consequuntur.

δύσπνοια γίνεται. id est, Difficultas anhelitus fit.] quæ ex febris accessione non sequatur, sed ex læsione spiritualium membrorum, quia materia uel in pulmonibus, uel in pectoribus, uel in alijs spiritualibus partibus sita sit, & tali modo sita quod perseueret, malum signum est. *δύσπνοια* uero est spirandi difficultas, & est Asthmatis species, de qua in tertio libro abunde tractauimus. Ideo ne eadem semper repetere cogamur, tu ad locum illum recurras, in quo & Asthmatis species & distinctiones posuimus. Philotheus uero exponit, quid intelligendum sit per dyspnœam, inquit, *τοῦσι μεγάλη καὶ ἀραιά ἀναπνοή,* id est, hoc est magna, & rara respiratio.

καὶ πᾶσφι προσώων. id est, & delirium fiat.] quod ex materia in capite contenta fit, uel in pectore, quæ abscessum inducat, à quo fumi caput petentes eleuētur. Tamen possemus etiã intelligere, quod hæc uel febris inducerent. nã inter febris sua caliditate perseverante cerebrum

cerebrum exiccare possit, & deliria facere. Eodem modo si adeo exiccare pectoris la-
certos, ut commode moueri non possent, anhelitus difficultatem inferrent; unde & ob
ipsam febrem hæc fieri possent. At quia non possunt nisi à magna causa fieri, & tali que
mortem inducat, etiam si à sola febre fiant, propterea addit.

οὐκ ἀσχυρὸν, idest, Lethale signum est hoc.] Nam his suppositis, in his partibus ingens
nocumentum esse ostenditur, quod uel ad abscessum, uel ad materias in ipsis cōtentas,
uel ad ipsam febrem nimis exiccantem consequitur. Omnium uero horum causam
esse dicit Philotheus, οτι ἡ μὲν τῶν καρδίας διλοὶ ἀπεπονθήσαι. ἡ δὲ πῦρα φροσώη τὸν ἐγκέφα-
λον. γίνεται δὲ αὐτῆ ἡ δύσπνοια, ἡ τις καὶ τῶν πῦρα φροσώων μὴνύει εἰς βλάβην τῆν ἀναπνοῆς
σικῶν ὀργάνων φλεγμωδάντων, ἡ πῦρα φροσώη δὲ εἰς τὸ πέμπεται ἀτμὸς πρὸς τὸν ἐγκέφαλον,
ὡς εἶν ἰδέσθαι ὑπὸ πῦρα φροσώων. γίνεται δὲ ὑπὸ τῆν πῦρα φροσώων φλεγμονὴ ἐν τῆν πῦρα φροσώων,
καὶ εἰς τῶν πῦρα φροσώων βλάβηται ἡ ἀναπνοή, ἀτμίζεσθαι δὲ πέμπεται πῦρα τὸν ἐγκέφαλον, καὶ ποιεῖ πῦρα
φροσώων, ὡς πῦρα φροσώων ἡ δύσπνοια φῦρα φροσώων. idest, Quod quidem cor passum
esse ostendit, scilicet difficultas anhelitus, deliriū uero, cerebrū. fit aut ipsa difficultas an-
helitus que & deliriū nuntiat, ob nocumentū spiritualiū organorū inflammatio pati-
entiū. deliriū uero, quoniā mittuntur uapores ad cerebrū, ut uidere est in peripneumo-
nia, fit uero in peripneumonia inflāmatio in pulmōe & propter hāc respiratio læditur.
Euaporans aut ad cerebrū mittit, & deliriū facit, quamobrē difficultas anhelitus deliriū
præcedit. Hæc Philoth. Vnde tu hinc notare debes, Hippocratē anhelitus difficultatē
prius posuisse, deinde deliriū, quia frequēter ad læsionē que in capite est, deliria sequūr.

GALENVS

FIT quidem nonnunquam ex eadem causa horum utrunq; & difficultas spirandi,
& deliriū, patiente cerebro, & tunc apparet spiritus, ut ipse in prognostico inquit,
magnus, ex multo interuallo, hoc est magnus & rarus. Contingit aut & propter aliquā
earum partium quæ respiratiōi obseruiunt, passiōē, spirandi difficultas. Nam & mor-
bus lateralis, & pulmonis inflāmatio, & reliquæ thoracis, atq; pulmonis passiōes,
spirandi faciunt difficultatem. Hæc uero omnia periculosa sunt, febre præsertim conti-
nua adiuncta. Nam semper cum tali fieri consueuerunt, quare & hic uerba illa, Cum fe-
brenō intermittente, eadē uidētur ratione esse dicta, qua etiā in aphorismo antecedēte.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet quod ab una & eadem causa horum utrunq; fit, & anhelitus
difficultas, & delirium, ut à cerebro læso: nam hoc læso deliria fiunt, & in delirijs an-
helitus difficultas inducitur. quoniā qui delirant, fortes imaginationes, & ualde fixas
habent, unde uirtus ad anhelitum procurandum, non nisi in magna necessitate redit,
propterea magnum anhelitum facit, sed rarus. quod ferè omnibus circa aliquid in-
tensè occupatis contingit, hi rariorem habent, sed fortiorem anhelitum. rariorem qui-
dem, quoniā uis circa aliud occupata ad mouendos thoracis musculos, qui motu uo-
luntario mouentur, non accedit, nisi cum necessitate refrigerandi cor persenserit.
ideo ob hoc uis ipsa molestata, magnum anhelitum facit, sed non frequentem, rarus ue-
ro, quia circa aliud occupata. Ideo ab unamet causa & deliria, & anhelitus difficultas in-
feruntur. Immo & aliam causam reddere possemus, scilicet quod cerebro læso, nerui læ-
duntur, & charilagines, & ex cōsequenti pectoris partes, quæ anhelitus difficultatem
faciunt. è contrario à causa difficultatis anhelitus prouenire possunt. Nam si lateralis
morbus in septo transuerso sit, ab hac causa & una difficultas anhelitus, & deliria fiunt.
propterea greci hanc partem φρεσῶνας, idest mentes appellant, quia ubi in ipsa læsio fue-
rit, mentis tenebricositas & deliria sequuntur. tamē huius nō meminit Galenus, sed illi
satis fuit, uno exemplo ostendere quod hæc duo ab una causa fieri, nihil impediat.

Quod statim in primo uersu legitur, ex eadē causa, græce habetur, καὶ εἰς μίαν αἰτίαν,
idest & per unam eandem causam.

Quod legitur, Magnus ex multo interuallo, græce habetur, μέγα π καὶ εἰς πολλὰ, id-
est magnus & per multum. tamen Leonicensus optime sinxit sententiam Hippocratis
explicans, & dicens, magnus ex multo interuallo.

SECUNDO Galen. docet, spirandi difficultatē fieri, etiā nullo existente in cerebro no-
cumēto, sed solū in partib; spiritualibus, ut lateralis morbus & pulmōis inflāmatio &c.

TERTIO notat Galenus, hanc particulam, in febre non intermittente, eodem modo intelligendum esse ut in aphorismo quadragesimo octavo exposuerat illud, spondyli dorsi. est uero pleonasmus, quia non sunt spondyli nisi in dorso: ita hæc symptomata non nisi in non intermittente febre contingunt: quia in intermittente fieri non possunt. Ideo eodem modo, ut ibi fecimus, hanc aphorismi particulam intelligere oportet.

Oribafius in hac parte Galenum refert, in re quam nunquam somniauit Galenus, Dubitat enim quid habeat delirium cum difficultate spirandi, cum in diuerso corporis loco fiat. Respondet, alia dici hic à Pelope, alia à Lyco, sed Galenum reddere rationem anatomicam, quia prouida natura tres musculos descendentes fecit à dextro iugulo ad dextram coxam, & duo qui in orbem circumeunt, circuli modo mittuntur, quorum alij aperiunt, alij claudunt, ut naturalem ministrant motum uel spiritum. Nervi à cerebro procedunt, & communionem cum musculis habent & intexunt carnes. In his autem alienatio significat iam musculos à tumore prefocatos, & cerebrum eis compati, & dum duo principia, idest cor & cerebrum patiuntur, quæ erit spes uitæ: At tu bene considera, nec Galenum hæc somniaffe, nec eadem in corruptæ ueritati conuenire.

APHORISMVS LI

IN febribus abscessus, qui ad primas iudicationes non soluunt, longitudinem morbi significant.

BRASAVOLVS

SOLENT plerumque febres, presertim diurnæ per abscessus iudicari. Si uero contingat abscessum fieri, & in die iudicatorio tamen morbus non soluitur, hunc morbum futurum longum iudicatio, quoniam & re uera denotatur esse multitudinem materię, quæ naturæ non obedit; & adde quod uirtus non est supra materiam robusta, aliter ad abscessum totam materiam propelleret, itaque solutus esset. Immo ut Galenus dicit, si morbus ad primas iudicationes non finit, diurnus erit.

En πῶς πνεύσισιν, idest, In febribus.] A quacunque materie hæc febres contingant, ἀποσμήματα μὴ λύουμένα, πῶς τὰς πρώτας κρίσεις, idest, Abscessus qui ad primas iudicationes non soluuntur. Hoc est, Abscessus illi qui in febribus fiunt, & in primis iudicationibus, idest, in primis diebus iudicatorijs non soluuntur: ut si abscessus febre existente fiant, tamen hic abscessus in primis diebus iudicatorijs non sanetur, materie abundantia significatur. propterea inferre oportebit, morbum diurnum futurum. Aliqui intelligunt, non solui abscessus, idest, non rumpi: & re uera nisi disrumpantur, diurnus est morbus, quia humoris cruditas significatur. Tamen nos Hippocratem intelligimus, non quod non rumpatur, sed quod non sanetur. Leonicensus interpretatur, non soluunt, propterea nos quandoque aphorismo hunc sensum tribuebamus, quod febres diurnæ sunt, in quibus fiunt abscessus, & tamen ipsi abscessus morbum, idest febrem non soluunt. & hic sensus omnino uerus est, tamen Hippocratis mentem non exprimit, quia græca Hippocratis uerba ostendunt, ipsum de solutione & sanitate abscessus loqui, non autem febris. Quid uero intelligendum sit per primas iudicationes, exponere oportet. Aliqui intelligunt uigesimalium diem, alij quadragesimum. Nos spatium trium septimanarum intelligimus, quod est uiginti dies. Si hos pertranseant ægri ita affecti, & non sanentur abscessus, multam esse materiam significatur, quæ apta est diu morbum conseruare. Philotheus uero ita exponit, πρώτας κρίσεις λέγει, τὴν πένητι τῶν ἡμερῶν ἐκ τῶν ἡμερῶν. idest, primas iudicationes dicit quartam & sextam diem. At nos non ita Hippocratem arctamus, quia non sunt longi morbi nisi quadragesimum diem pertranseant. fieri autem potest quod ante quadragesimum diem sanentur hi abscessus qui quarta aut sexta die iudicati non sint. Oribafius exponit, si quis febricitans abscessum habuerit ante criticum diem, signum est uirtutem esse ualidam, quæ illum expellit: Si eruperit, & à prima crisi non recesserit ægritudo, abundantiam significat humoris, & longam ægritudinem

rudinem quia tanta fuit copia humoris ut abscessum moueret, quum ægritudo permaneret. unde per hæc postrema uerba Oribasius intelligere uidetur non quod abscessus soluatur, sed ægritudo, nulla autem alia ægritudo adest quàm febris.

Μακρο νόσος σημαίνουσι. idest, Morbi longitudinem significant. Nam multam materiam presentem ostendunt: unde & à Philotheo dicitur hanc esse causam, διότι ἡ ἄσσοκος μόνη ἐν τοῖς ἀσθενοῖς ἔλη παχυτάτη εἶναι, καὶ εἴα ἴσως χρονο δέεται πρὸς πέψιν. idest, Quoniam subiacens in articulis materia crassior est, & propter hoc ad sui coctionem longo tempore indiget.

GALENVS

SERMO ita clarus est, ut forte Hippoc. nō indiguerit. Liquet enim quod eo ipso, quod ad primas iudicatiōes nō soluūtur, huiuscemodi passionēs sint diu duraturæ.

BRASAVOLVS

GALENO uidetur huius Aphorismi sermonem adeo clarum esse, ut forte Hippocrate non indigeat. Nobis quoq; uidetur, Galenum adeo facile loqui, ut nostra expositione non indigeat.

APHORISMVS LII

Quicumq; in febribus, uel in alijs morbis sponte illachrymant, nihil absurdū: qui uero non sponte, absurdus.

BRASAVOLVS

SPONTINÆ lachrymæ nihil aliud præ se ferre possunt, quàm illud propter quod fiunt. ut si quis sponte illachrymet, quia ita illi placeat, aut aliquod ingens malum illi nuntiatur sit, At si non sint spontinæ lachrymæ, sed absq; manifesta causa fluant, ex cerebri contentiua uirtute debili id fit, quæ impotens est ipsius humiditates retinere, sed musculis ob humiditatem relaxatis, profluunt, propterea in febribus, uel alijs morbis, si quis sponte illachrymet, quia lachrymare uoluerit, uel aliquid sinistri sibi acciderit, malum non est. At si non sponte illachrymet, sed absq; causâ lachrymæ fluant, absurdum est, & malum: quia in cerebro ipso læsio significatur. In spontinis uero lachrymis nihil mali significatur. unde & Philotheus huius Aphorismi interpretationem hoc modo aggressus est, δ' ακρύν εἶναι ὑπερ πένωσις δι' ὀφθαλμῶ. γίνεται δὲ τὸ δ' ακρύν, ἢ ἢ πρὸς αἵρεσιν, ἢ ἀπὸ αἵρεως, καὶ ἢ πρὸς αἵρεσι μὲν, ἢ εἴα ἐξ ἰλασμοῦ, ἢ εἴα ἐξ ἰσχυρῶν αἰμάτων καὶ χρομάτων, ἀπὸ αἵρεως δὲ, εἴα ὀδύλων, καὶ πολλῶν οἰνοποσιῶν, ἢ εἴα θερμαίνονται τὰς ὕλας ἐν τῇ κεφαλῇ. ἢ εἴα φλεγμονῶν τοῦ ἐπιζωότητος ἐμὲν ἢ ἢ ὀφθαλμῶν. ἢ δι' ἀδύνησαν φιλανθρωπικῆς διαμέλειας, καὶ ἢ νῦν ὁ λόγος τῆς ἰπποκράτους. idest lachryma est humiditatis euacuatio per oculū. fit autem lachryma uel uoluntarie, uel inuoluntarie. & uoluntarie quidem. uel propter miserationem, uel propter priuationem amicorum & diuitiarum. Inuoluntarie autē, quando propter dolorem, & multam uini epotationem materias in capite calefieri contingit: uel propter inflammationem pelliculæ quæ oculis inheret, uel propter debilitatem contentiua potentia, de qua nunc sermo Hippocrati est. Hæc Philotheus.

οἱ ὅσοι ἐν τοῖς πυρετοῖς, ἢ ἐν τῇσιν ἀλλοῖσιν ἀσθενείαισιν. idest, Quicumq; in febribus, uel in alijs morbis. Quamuis interpretari possemus uel in alijs imbecillitatibus, tamen ad rem magis est interpretari, in alijs morbis. quia & præter febrem multi alijs morbi sunt, tamen nulli, uel rarissimi acuti sunt absq; febre.

ἢ πρὸς αἵρεσι δ' ακρύνουσι. idest, Sponte illachrymant. uel secundum uoluntatē uel secundum propositum, uel secundum institutū, uel secundum delectum. nam hoc uocabulum πρὸς αἵρεσι omnia hæc significat, immo & liberā uoluntatē etiā significat. Mihiq; potius arridet, quod interpretemur uoluntarie, uel secundū propositū, q̄ sponte. Quia semper ubi usus est uocabulo sponte, quod erat græca lingua ἀντομάτως, de euacuatiōe à natura intrinseca facta sine uoluntatis imperio intelligebat: hic uero de lachrymis sermonem habet, quæ per uoluntatis imperium factæ sunt, uel quæ causam aliquā ab appetitu sensitiuo dependentem habeant. Oribasius harum lachrymarum ex uoluntate exemplum

exemplum dat, ut si quis uisitans hominem, fingat sibi dolorem, ut plangat sponte, uel si affectus corde lachrymas emittat.

Ὅθεν ἄτοπον. idest, Nihil absurdum est hoc. Cum sunt uoluntariæ lachrymæ, tamē hoc mali habent, quod capitis dolorem inducere possent.

Ὅμοσι δὲ μὴ ἔστι πρῶταιρεσιν ἀποπώτερον. idest, Quicumq; autem non uoluntarie (scilicet lachrymant) hoc est absurdus. Quia in ipso cerebro læsio signatur. Scito autem inuoluntarias lachrymas, multis de caulis prouenire posse, una causa potest esse festuca, que in angulum oculi ceciderit. Alia causa potest esse particulares oculorum morbi, ut est ophthalmia. Alia causa potest esse magna cerebri naturalis humiditas. & de his omnibus Aphorismus uerus non est, quamuis in eisdem casibus semper malum portendant, tamen fiunt quandoq; lachrymæ ob cerebri concussionem, quæ ex agitatione fit à magno nocumento in ipso. fiunt etiam à nimia caliditate febrili exiccante & cerebri humiditatem ad oculum exprimente. fiunt & à uirium debilitate, propter quam musculi lachrymales relaxantur, & lachrymæ prodeunt. His omnibus modis Aphorismus intelligi potest. nam experientia in his qui mori debent, inuoluntarias lachrymas ob relaxationem partium & oculorum, & cerebri, circa oculos uidemus. Solent etiam plerunq; exire lachrymæ in his in quibus sanguis è naribus fluxurus est, unde & Hippocrates in primo Epidemiorum libro dicit, Quibus in acutis febribus, præcipue causonibus inuoluntariæ lachrymæ fluunt, in his à naribus sanguinis fluxus expectandus, nisi in alijs perniciose se habuerint. in his enim qui male habent, non sanguis fluxum, sed mortem portendunt. ut simul colligere possis, quando sanguinis fluxum, & quando mortem portendant. Idem Hippocrates in quarto Epidemiorum libro prope finem hunc Aphorismum repetit dicens, Qui uoluntarie lachrymant, malum non est: Qui non sponte, contra. & in principio sexti libri idem dicit, lachryma uoluntarie emanans in grauibis morbis, & malè habentibus, bonū est: non uoluntarie uero e contra. Celsus quoq; capite quarto secundi libri de malis ægrotantiū signis loquens, inter alia hoc scribit, sine uoluntate lachrymare. Tuq; Celsum perpende, qui sponte nō dixit, sed sine uoluntate. quia illi uisum est id uocabulum πρῶταιρεσι, illud potius significare apud Hippocratē, quàm sponte. propterea & Hippocrates ipse primo Prognosticorū libro, capite quarto, sectione decimatertia de malis signis quæ in oculis existūt, tractās, hoc ponit, aut nolentes illachryment: in quo loco Galenus docet, si quis ob lippitudinem, aut fluxionem aliquam à capite illachrymet, est quidem præter naturā affectus, tamen non significat mortē. Si autē sit propter debilitatem detētorix facultatis, exitiosum indicium letaleq; est. Philotheusq; id confirmat, fieri scilicet ὅσα δὲ χάτλι ἀποπώτερον φιλθεὺς κληῖς διωάμεως. idest, propter summam debilitatem contentiuę potentiæ. Deniq; Philotheus hoc notat, ἰσῖου δὲ ὅτι ἐκ τῶ μερικῶ πρῶτῶ εἴματῶ, τῶ τῆσι τῶ ὀφθαλμῶ, ὁδὸν τῶ σῶμα εἰδηλωσθῆ αὐτῶν ἔχει τῶν κἀδικῶν διωάμην. idest, Sciendum uero quod ex particulari exemplo hoc est oculi, ostendit totum corpus contentiuam potentiā habere.

GALENVS

DICTVM quidem & in prognostico, lachrymari non esse bonum signum, quando uidelicet oculus ipse nullum affectum habet proprium, atq; præcipuum, ueluti lippitudinem, uel in palpebris asperitatem, uel tale aliquid. Nam debilitas quædam ostenditur potentiæ contentiuæ, quando & si talia non adsunt, illachrymant. Non recte autem scriptum fuit absurdus comparatiue, melius enim fuerat absolute absurdum dicere, & mihi uidetur hic error, culpa magis primi librarij, quàm ipsius Hippocratis contigisse.

BRASAVOLVS

HOC quod à Galeno in prima parte ponitur, primo Prognosticorū libro reperitur capite quarto, sectione decimatertia in quo loco Galenus hæc dicit, si oculus lachrymet, uel ob lippitudinem, uel ob asperitatem in palpebris, uel ob aliud simile, hoc significat quidem affectū præter naturam, sed nō significat omnino abolitionem. Si uero propter debilitatem uirtutis detentiæ fluant lachrymæ, exitiosum indicium letaleq; est.

SECUNDO Galenus Hippocratē corrigit, ut nō sit legendum, absurdus, per comparationem, sed potius simpliciter, absurdum. At potius iudicat hunc fuisse librarij errorem qui

rem qui scripserit ἀπώπυρον, cū debuisset scribere ἄποπυ. & re uera ficti dicebat, uoluntarias lachrymas nihil absurdi prae se ferre: ita hic intelligendus, quod non spontanea aliquid absurdi significant. Contextus uero Hagonensis in superlatiuo legit ἀπώπυρον, quod mihi non displicet, quamuis Aldinus contextus, & antiquus noster, & multi alij ἀπώπυρον habeant, immo & Galenus in suo contextu ita se habuisse fateatur.

APHORISMVS LIII

Quibus circa dentes in febribus quidam lentores nascuntur, his fortes fiunt febres.

BRASAVOLVS

LENTORES circa dentes tam in sanis, quam in aëgris generantur, sed in aëgris citius fiunt, ob magnam febris caliditatem, quæ naturam à capite descendentem circa dentes exicat: In sanis uero etiam ex caliditate fiunt: sed nō nisi in diuturno tempore. Cum ergo in febribus lentores quosdam circa dentes uidebis, hos febres intensas esse iudicato, quoniam si remissa essent, hos lentores saltem cito non inducerent. Philotheus dicit σημαίω γινώσκω διδῶσι τῷ εἰς χροῖος ἐκτένειται τὸ νόσημα, idest, signum hic dat productionis morbi ad tempus.

οὐδὲν αὐτὸν τῶν ὀδόντων, ἢ τρισὶν ἡμέραις, πειρίλιχρα γίνονται, idest, Quibus circa dentes in febribus lentores fiant. Non ab re dixit in febribus, quia & sine febribus fiunt, dentes uero cooperiunt, & etiam propinquam gingiuarum partem. Sunt autem πειρίλιχρα lentores, & uiscolitates exiccatae circa dentes, quæ ex uaporibus ab humore humido in caput ascendentibus fiunt, qui postea condensati, & crassiusculus humor effectus, ad os descendunt, & circa gingiuas & dentes à calore febrili exiccantur, & in spura non transeunt. propterea humiditas illa quæ per modum sputi exire deberet, ob febris calorem circa dentes exiccata lentores appellatur. immo gypseam naturam lapideamq; adipiscuntur, & ex dentibus plerunq; laminæ tartaro similes eleuantur. Huius rei exemplum dat Oribasius ita fieri, sicuti si quis nouiter cadat ligna è siluis, & apponat illis ignem, & dum hæc lingua faciunt fumum, habent humectationem. ubi consumpta fuerit humectatio, uelociter flamma efficitur, & tamen fuliginem in superficie relinquit. Sic itaq; natura ex glutinoso humore febrem facit, & ex ipso eodem humore fumum quendam in cerebrū nostrum emittit, unde & dentes inficiuntur, quia in cerebri extremitate positi sunt, & dum istud inuenerit medicus, tunc prædicat uehementiorem, & periculosiorem febrem adhuc fore. At unum supponit Oribasius, quod semper uerum non est, scilicet febrem ex glutinoso humore semper fieri. Tamen & Philotheus idem sentire uidetur inquiring, σημαίνει γὰρ παχίαν ὕλην καὶ φλεγματικὴν τῶν πλῶν ὄδων ποῖδων, idest, Significat enim crassam materiam & pituitosam esse quæ hoc faciat. At quomodo lentores ipsi fiant, eodem ferè modo Philotheus docet, ut superius dictū est, inquiring, γίνεται δὲ ὅπως τὸ πειρίλιχρον, ψυχρῶν χυμῶν ὄντων ἐν τῷ σωματι ἀτμωσίδος εἰς τὰ ὄλα τῶν ὀδόντων ἀνεμύνης ἐν ὕλης, καὶ πυγνυμῆδος εἰς τὸ ὀδόντας, ἢ τὸ εἶναι αὐτὸ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, idest, Sic aut fit lentor, cū in uentriculi ore frigidi humores sint, uaporabiliter ad dentium gingiuas ascendente materia, & supra dentes concreta, propterea quod sunt frigidi, & sicci.

Ἰσχυροὶ γίνονται οἱ πυρετοί, idest, Fortes fiunt febres. Quia materia illæ humidæ non exiccarentur, præsertim cito, nisi ingens caliditas adesset, quæ illas exiccaret. Aliqui lentores fieri febres fortiores, & diuturniores, & ita antiqua translatio habebat, propterea Recentes errare fecit, qui secundum ipsam interpretantur dicentes quia materia est crassa uiscola, propterea ægritudo longa est. At quia lentores fiunt, caliditas est intensa, & febris fortis. Non aduertunt autem quod materia glutinosa quæ est circa dentes, illa non est quæ febrem faciat, & quod febris non potest esse fortis (ut eorum uerbis utar) simul & longa, quoniam omnes uehementes febres cito terminantur.

Celsus

Celsus libro secundo capite quarto hanc dictionem *περιλιγχεα* interpretari videtur humores glutinosos, & ideo de signis egrotantium malis loquens, istud quoque inter mala signa connumerat, inquiens, habere humorem glutinosum dentibus inhaerentē. Hippocrates & ipse quarto Epidemiarum libro prope finem, hunc aphorismum ferē describit. At ipse non dicit, quod febris intensā sint, sed quod ita habere malum est, eius uerba hæc sunt, Quibus glutinosa dentibus hærent, malum est.

GALENVS

NE QVE enim nasci possunt huiuscemodi lentores sine caloris multitudinis pituitosiorem humiditatem exiccante,

BRASAVOLVS

GALENVS de his lentoribus rationē reddit, quos ob ingentem calorem circa dentes fieri dicit, qui pituitosam humiditatem in ore existentem, & circa dentes exiccant.

Quod legitur, pituitosiorē humiditatem exiccante, Græce habetur *υζοτητα φλεγματικω τρω σμυανόσης*. hic uidere potes hanc dictionem *σμυανόσης* non significante exiccante, sed potius significante. Itaque antiquus noster contextus, & alij multi legunt, sed Aldinus cōtextus habet *ξηρανόσης*, idest exiccante, quod magis probō; & hanc esse Galeni lectionem arbitror, quam in suo contextu Leoniceum habuisse constat.

APHORISMVS LIIII

QVibus plurimum sicca tussis leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum siti infestantur.

BRASAVOLVS

QVI febres ardentes patiuntur, quales illæ sunt quæ à Grecis causones appellatur, & una siccam tussim habent, quæ agrum non multum molestat, hi à siti parū molestantur; tam enim illæ febres suapte natura sitim inducere solent, & causa est, quoniam hæc tussis ab aliqua humida materia, ad pulmonē, ad guttur, & ad oesophagum descendente, & illas partes humectante fiunt. Cum uero ad has partes destillat, tussim quandam inducit, quæ tamen sicca est, tum quia materia pauca, tum quia ab ardente febre exiccatur.

ορισσιν υδι πολυ. idest, Quibus plurimum. Hoc ita intelligimus, illi qui in toto se re morbi sitipore, uel in maiori parte. Non desunt tamen aliqui contextus in quibus desit hæc particula, plurimū, & Theodorus in suo contextu non habebat. Orisbasius dicit, *βηχον ξηρα*, idest, sicca tussis; illæ uero sunt sicca tussis, in quibus nihil expuitur. unde & Philotheus dicit, *βηχον ξηρα λεγονται εφ' ον εδεν αναπηυε*, idest, sicca tussis dicuntur, ex quibus nihil expuitur. fiunt autē, uel ob pulmonis & cannae siccitatē, uel quia canna ob siccitatem prædura effecta sit, & punctura persentiat, ideo stimulata natura ad oesophagi siccitatem uenit: uel ob humidam materiam ad pulmonis & cannae partes descendentem, quæ cum tenuis multum sit, natura illam expellere tentat, sed ob eius tenuitatem, quia tanquam aqua est uias madefaciēs, expellere non potest, unde natura ut expellat conatum facit, ex quo tussis excitatur, at deinde expellere non potens, nihil expuitur: ideo tussis sicca est. Si autem materia crassa esset, expueretur, & tussis sicca non esset, ut plurimum uero istæ materiæ quæ ita tenues sunt, humidæ sunt, & facile sitim tollunt. unde hoc fieri putamus ex destillatione, quæ à capite ad oris & pectoris partes descendit. hæc enim sitim soluit, & has partes uidas conseruat. Philotheus & ipse hoc modo siccam tussim fieri docet inquiens, *γινεται δε υδι πραχυτητη φλαζουνη & ακρυχας δυσκρασίας, ητις εσιν τω εν τη βηχι κίνησι, εκ τω πληγίω ελκει υζοτητα, κακότερο παύει τω δυνάμει τω κωσωιδω πυρετων*. idest, fit autem in aspera arteria faucium ab intertibus febribus sitim cessare facit.

βραχέα ερεθίζουσα, idest, Leuiter irritantes. Vel ut habet Aldinus cōtextus, *ερεθίζουσα*, idest irritant. opus autē est esse leues, quia si uehementes essent, magis exiccare possent. Orisbasius uero dicit, modice, quia in faucibus sunt & non in profundo corporis. ex hac autem

autem particula Philotheus notat Hippocratem intelligere de tussi, quæ ex humiditate fiat, quoniam (ut dicit) *ἀτὴν ἰσχυρὰ μόνον βραχέα ἐγείρει*, id est, ipsa & sola leuiter iritat.

Ἐν πυρρῶσι καυαῖσι δὲ αἰ. id est, In febribus caustodibus. hoc est in ardentibus febribus, quæ à biliosissima materia fiunt, & quæ ingentem sitim inducere solent, nam magnam anhelationem faciunt, & pulmonis partes exiccant, hæc uero materia descendente, hæc partes humectantur, tamē ne ex hoc putes quod nullo modo sitiant, sed minus sitiunt, quam in his febribus facere soleant, propterea sequitur.

Ἀλλὰ δὲ οὐ σὺν δυνάμει αἰ. id est, Non multum siti infestantur. Non multum siticulosi fiunt: ac si dicat, omnino ob ingentem illius ardentis febris calorem opus est ut siti infestentur, at non multum infestantur, ut naturaliter fit, quando aliquis sine parua tussi ardentem febrem habuerit: hæc enim febris pulmonem inflamat, quo inflammato, fit sitis, & hoc potissimum in febribus. Sedatur uero hæc sitis si materia ad pulmonem destillet, ut fit quædo tussicula adest. Quod uero ex pulmonis affectione sitis generetur, Galenus in libro Artis medicinalis docet, ubi de uentre agit, quoniam exiccato pulmo ne œsophagus etiam exiccatur.

Oribasius uero quomodo sitis sedatur, alio modo edocere uidetur, primo dicens sitim induci, & ex stomacho, & ex pulmone. Quæ ex stomacho, potu temperatur: quæ ex pulmone, potu in citatur. De febribus uero dicit hos tussire quia anhelat, & dicitur quæ trahere aerem, frigus ingreditur nimium, & tussiculam facit, & ex ipso aere temperatur sitis: non quod aer sitim temperet, sed quod ipsa siccitas quæ tussim facit, temperat sitim quæ est in aspera arteria, & in pulmonibus, quod non ingreditur potus, sed aer. Illam uero sitim, quæ nascitur in stomacho, potus temperat, quia fit ex acerbatione hepatis, uel uentris, quod ingreditur potus, qui sitim temperat, idemque sitim facit, quoties enim in pulmonibus sitis fuerit, & bibant aegri, extenduntur uiscera, & opprimitur aspera arteria, & aer qui ingredi debebat, non ingreditur, & plus excitatur tussis, & sitis. Sed re uera perfecta ratione Oribasius non reddit, quia non solus aer sitim soluit, quæ ex pulmonibus est, At omnis ferè sitis ex pulmonibus est, quæ in febribus fit, & non ab aere solo sedatur, sed à materia tenui & humida, quæ à capite ad pectoris partes, & pulmones descendit, imo & ex potu sedatur. nam eius quod bibitur humiditas aliqua ad pulmones tendit, aliter neque eclegmata, quæ potu longe crassiora sunt, illuc ire possent. De his tussibus quæ quid dictum sit, etiam si humectent, tamen ab Hippocrate sexto Epidemiorum libro male iudicantur, ubi in ultima parte dicit, quin & in febribus laboriosis tusses sicca fiunt, quæ cum febre si intus remanent, artus & articulos debilitant.

GALENVS

SICCAS tusses illas nominant in quibus nihil expuitur. Fiunt autem aliquando ob intemperiam instrumentorum quæ obseruiunt respirationi, aliquando uero in faucibus asperitate, uel aliquo tenui, & pauco humore destillante. Quicquid horum acciderit, aliquo modo madescunt loca quæ ad asperam pertinent arteriam, & ideo minus siticulosi fiunt, Nam si asperitas sola fuerit propter motum in tussi factum, ex locis uicinis humor aliquis trahitur, sic autem & si sola fuerit intemperatura.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, quid intelligendum sit per siccas tusses, illas inquam, in quibus nihil expuitur.

SECUNDO docet quomodo ob intemperaturam instrumentorum respirationi feruentium quandoque fiunt, quæ in temperatura sicca sit, aut frigida, aut ualde humida: quandoque ex asperitate faucium inducitur, per quam fit punctio, & natura illuc humores ducit, quandoque fit ab aliquo humore tenui destillante.

TERTIO Galenus docet, ex quacumque causa ex prædictis fiant, semper madere asperam arteriam, uel loca ad ipsam perinentia, propterea minus siticulosi sunt.

QUARTO quomodo hæc fiat, ostendit nam si fauces asperæ sint, tussis fit. At ob tussis motum ex uicinis locis humor aliquis attrahitur. Si uero sit sola intemperies, etiã ad tussis motum, humor aliquis mouetur qui partes illas humectat. Si autem tussis ex destillate aliquo humore pauco fiat, ita etiã illæ partes humectantur. Nobisque potius arridet, quod Hippocratem hoc modo intelligamus, quæ quocumque alio ex enumeratis superius modis.

EXinguinum tumoribus, febres omnes malæ, præter diarias.

BRASAVOLVIS

FEBRIVM distinctio apud probatos auctores in tres species fit, in ephemeris, quæ diariæ latine uocantur, & in spiritibus inflammationem habent. In putridas, quæ & hu morales dicuntur, quoniam in humoribus accensio primo est: & in ethicis, quæ in so lidis membris accensionem habent. Febres omnes, quæ in inguinum tumoribus fiunt, malæ sunt, Ephemeris, siue diarijs exceptis. nam hæc non sunt malæ. aliæ uero malæ sunt, quia & cordi, & superioribus partibus nobilioribus putredinem communicari si gnificant, quod non faciunt diariæ, utpote illæ quæ solum in spiritibus accensionem esse ostendant. De ethicis uero si quis dubitet an hic ab Hippocrate intelligantur: Re spondemus, intelligi posse, & semper malas esse.

οἱ ὠθὶ βυβῶσι πυρεσσι. idest, In inguinum tumoribus febres.] Vel in bubonibus, nam & recentes hoc nomine utuntur, quoties panū significare uolunt. hæc autem uox bubo apud Græcos auctores ad omne genus tumoris præter naturā significandum in qua cumq; corporis parte posita reperitur, deinde id uocabulum coarctarūt, ut solum de ade num tumoribus intelligeretur, ut alarū, inguinum, & colli, deniq; ad id deduxere recen tes, ut solum panum significet, idest, tumore in inguinibus, quæ Celsus phygethlon ap pellari dicit. nam panum à Romanis appellatū esse phygethlon edocuit libro quinto ca pite uigesimo octauo, tamē Galenus in libro de tumoribus præter naturā bubonē à phy gethlo distinguit, ubi prope finem libri dicit, Tertius his succedit bubo, & quartus, qui phygethlon nonnullis uocatur, calore simul, & generationis celeritate ab alijs tubercu lis dissidentes. Sunt tamen qui in inguinibus, & alis duntaxat phygethla oriri uolue rint, utpote glandularū inflammationes. Quicquid tamen sit, constat apud Galenum, phyma, phygethlon, & bubonem ad eundem affectionem esse; differre autem, quia phy ma statim in principio augetur, & ad suppurationem tendit, de quo Celsus capite uige simo octauo quintū libri disserit, Phygethlon uero est, uel phlegmone erysipelatodes, uel erysipelas phlegmonodes, de quo Celsus præcitato loco dicit, tumorem esse, non al tum, sed latum, in quo quiddam pustulæ simile est, dolor, distentioq; uehemens est, & maior quàm pro magnitudine tumoris, interdum etiã febricula; idq; tarde mature scit, neq; magnopere in pus conuertitur. fit maximè, aut in uertice, aut in alis, aut in in guinibus. Panum ad similitudinē figuræ nostris uocāt. Bubo autē absolute phlegmo ne. Sed opus est de bubone intelligere apud antiquos. Nos uero hoc nostro tempore bubones habemus, qui ex muliebri concubitu, quando morbo gallico affectæ sunt, ori untur, hi ab omni humore fiunt, & à bile, & à pituita, & ab atra bile, & quandoq; simpli citer est phlegmone, tamen ab atra bile, & pituita ut plurimum infertur. In Aphori smi proposito, non me determino ad bubonem secundum recentes, idest, inguinū tumo rem, sed absolute omnem tumore in adenosâ parte intelligo, uel inguen, uel ala, uel cer uix. propterea hanc partē non interpretarer, ut Theodorus & Leonicens faciant, ex inguinum tumoribus, sed potius ex adenū tumoribus, uel in tumoribus adenū, aut sim pliciter græca uoce uter in bubonibus. nempe facile est, quid per bubones significetur, intelligere, opus enim, est adenosarum partium tumore intelligere, sed simpliciter fa ctus sit hic tumor, & ex his non sit qui nunc ob gallicam scabiem fiunt. nam de his nul lam cognitionem habuit Hippocrates. Et Paulus Aegineta capite uigesimo secundo li bri quarti, & Aetius, in omni adene bubones fieri ostendūt. Sed & Philotheum de hac re ita differentem audias, βυβῶν δὲ φλεγμονὴ ἀδινῶ, ἀδινῶ δὲ δτι, σάμα αὐτοῦ ὡδ δτι. ἀλ ἔπει οἱ μὲν ὠθὶ περὶ κεντρικῆ αἰτία γίνονται, οἱ δὲ ὠθὶ περὶ γυναικί, ὅσοι ὠθὶ περὶ σάματι πρὸ ποδός, ἢ ὑπὲρ ἢ θυμῶ. οἱ πνῶν καὶ ἐφημεροὶ καλῶντες, καὶ ἀκινδυνοὶ εἰσιν. ἔμα τὸ λυιδιὰ ἔμα μίαις ἡμέρας. οἱ δὲ ὠθὶ περὶ γυναικί αἰτία γίνονται, ὅς ἢ κακὸς λεγεί ἐπὶ ἰπποκράτους, ἔμα τὸ φιδαικνοδία τὰ ἀσλάγχνα φλεγμονὴ ἀπὸ σίφειος. καὶ ἔμα δὲ ἄλλου, ὅτι φλεγμονὴ δτιν ἐν τοῖς ἰσχυροῖς, ἐκ σίφειος, τὸ πρὶ συμπίεσσι καὶ ἀδινῶσιν ἀμύρα. δτι χοντες ἐν τῷ ὕλλω τῶν τῶν εἰ βυβῶν δτι ἄδινῶς ἐπὶ λόγῳ τῷ πλῆθος, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων φλεγμαίνοντες. i. Bubo est inflamatio adenū, aden

uico

uero est spongiosum corpus. sed hi quidem ab extrinseca & euidente causa fiunt, illi uero ab intrinseca & abstracta, quicumque ab errato pedis, uel tristitia, uel animo. quidam & diarij uocantur, & sine periculo sunt, quoniam una die dissoluntur. qui uero ab intrinseca causa fiunt, quos & malos esse dicit Hippocrates, propter hoc, quoniam demonstratur uiscera à corruptione inflammationem pati, & hoc manifestum, quod inflammationis est in præcordijs, ex corruptione, hoc est compatiuntur & debiliores partes. suscipiunt igitur hanc materiam bubones, tanquam debiles ratione multitudinis, & inflammationem habentes intumescunt. Vnum deinde tanquam uniuersale theorema docet Philotheus inquitens, *Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι ἐκ πῶκαταρκτηκῆς ἀτίας γιγνομῶντος βυβῶσι ἐπετα πυρετός. τοῖς δὲ ἐκ πῶκαταρκτηκῆς ἀτίας γιγνομῶντος βυβῶσι ἐπετα πυρετός.* idest, Scire autem oportet quod febris bubones sequitur ex exteriori causa factos, ex intrinseca & abscondita uero causa factos præcedit. Sed statim dubium mouet & soluit idem Philotheus dicens, *εἰ δὲ τις λέγῃ ὅτι εἰ καὶ τοῖς μὲν βυβῶσι ἐπετα πυρετός, τοῖς δὲ πῶκαταρκτηκῆς ἀτίας γιγνομῶντος βυβῶσι ἐπετα πυρετός, ἀπὸ τῆς ἀτίας γιγνομῶντος βυβῶσι ἐπετα πυρετός.* idest, Si autem quis dicat, quod si bubones febrem sequuntur & præcedunt, propter quid Hippocrates simpliciter dixit, in bubonibus febres, dicimus quod consuetà consequentia hoc dixit, consuetudo enim dixit febris bubones sequitur.

πάντων κακῶν. idest, Omnes malæ. Scilicet febres quæ putridæ sunt. nam cum hæc putridæ febres fiunt, ex uiscerum inflammationibus fieri significatur, propterea & febres ipsæ, quæ cum his tumoribus gignuntur, omnes malæ sunt.

ἢ τῶν ἐν φημιδίων. idest, præter diarias. Quia si febris diaria sit, in spiritibus solum inflammatio inuenitur; & hi tumores ab extrinsecis causis proueniunt, & nõ ab intrinsecis uisceribus male affectis. Orbasius malam esse febrẽ quæ nõ sit diaria in his tumoribus dicit, quia natura tribus modis læditur, uno quod fluxus sit humoris, alio quod locus debilis, tertio quod febris. Hippocrates in secundo Epidemiorum libro, ubi de Polemarchi ancilla sermonem habet, hunc Aphorismum ad uerbum describit, immo addit *καὶ οἱ ἄλλοι πυρετοὶ βυβῶν δὲ κακίων δὲ.* Bubones in febribus peiores.

GALENVS

FEBRES diariæ omnes ab ipso uocantur, quæcumque sui ratione una die durant. Tales autem sunt ex tumoribus inguinum, quando ex causis manifestis consistunt. Alios uero tumores inguinum qui sine causa manifesta fiunt, sit uerisimile ex uiscerum inflammationibus fieri, atque ideo febres quæ una cum ipsis eueniunt malas esse.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet quæ sint diariæ febres, illæ inquam sunt, quæ sui ratione, idest, ut febres, & sine aliquo remedio una die perdurant. nam & aliquæ humorales ob remedia uno die finire possent, sed id non esset ratione sui, sed ratione remediorum.

SECUNDO docet, diarias febres ex adenū tumoribus induci, quando hi tumores ex manifestis causis fiunt: Quas Orbasius enumerans dicit, quando fiunt aut ex percussu, aut ex flatu, adde, aut ex equitatione, aut casu. Tamen quicquid sit, Paulus Aegineta libro secundo capite decimosexto has febres, quæ in bubonibus fiunt, esse considerandas, & curandas iubet.

TERTIO rationem reddit Galenus cur aliæ febres malæ sint, quoniam, inquit, alij adenum tumores, qui intrinsecam causam non habent & manifestam, quæ oculis pateat, ex uiscerum inflammatione fieri uerisimile est, propterea hæc febres malæ sunt, quia intrinsecam partem inflammata esse significant, & quia ab eadem materia, quæ inflammationem facit, dependet.

Si uero dubites an de febribus loquatur, quæ ante tumores fiunt, an de his quæ in tumoribus, an post tumores. Respondemus secundum Galenum, ipsum de his intelligere quæ una cum tumoribus fiunt, quia si tumores febrẽ sequerentur, per uitã crisis progredi possent, itaque febris mala nõ esset. Si etiam febris tumorem sequatur, febris ab alia causa fieri posset, quàm à tumore, propterea tu de febre intellige, quæ simul cum tumore fit, ut Galenus intelligit dicens. Atque ideo febres quæ una cum ipsis eueniunt. Tuque, ubi inguinum tumor in hoc commento habetur, lege adenum tumor.

Febriticanti sudor superueniēs febre non deficiente, malum. Prorogatur enim morbus, & multam significat humiditatem.

BRASAVOLVS

SOLENT qui febrem patiuntur, cum sudor apparet, à febre liberari. Si uero sudores in febricitante fiant, & tamen nō deficiat febris, malum indicium est; malum inquam, quoniam morbi longitudinem significat, quæ ob exuberantem humiditatē inferitur. humiditas uero multam materiā inesse significat, quæ breui consumi non potest, & exhausti. At si hic Hippocratem contemplerur, expositione aliqua indigere non uidetur, quoniam & sententiam ponit, & sententiæ rationem statim addidit.

πυρεσόν λείψος ἀπὸ γίνουμένου μὴ ἐλάττει τὸ πυρετὸν, καὶ ἰδέσθαι, idest, Febricitanti sudor superueniens, febre non deficiente, malum.] Hinc enim de longitudine morbi indicium sumitur, Si quis in augmento particularis accessionis, & uniuersalis sudet, uel etiam in principio, quoniam talis materiā potius per rationem symptomatis exit, quam per naturalem exeundi modum. Tu uero per non deficientem febrem eam intellige, quæ hominem non deserit, sed continuat, & etiam per sudorem non remittitur. Hoc autem intellige in quocunq; die fiat uel iudicatorius sit, uel nō sit, modo febris non remittatur, uel hominē non deserat. Vanumq; est dubitare de quo sudore intelligat Hippocrates, an de eo qui fit ante febrem, an in febre, an post febrem. quia de illo intelligit qui in febre profuit. dicit enim hunc sudorem superuenire febricitanti, non aut febricitantē præcedere. & si de eo loqueretur qui febrem sequitur, non diceret febre non deficiente. & Hippocratis fermo in putrida febre est, unde & Orbasius hic dicit, si sit ex putredine humorum febris, & superueniat sudor, febrisq; non iudicetur, signū est crassos humores in altitudine remansisse, & tenues ad superficiem expulsos, unde medicus prædicet longiorem adhuc & periculosiorem fore febrem. Si etiam febris non minuitur, adhuc longior erit, nam sudor iudicationes egritudinum moliri solet. Quia uero per sudorem non iudicatur, materiā abundantem esse significat. unde & Philotheus dicit, quod huius causa est, *πῦρ ὑγρότης, ὅπου γένος δ' αἵται εἰς πέντε. δὲ δὲ ὑγρὰ αἵται τὸ πολλὸν, μὴ κῆρται τὸ νόσημα*, idest, Multitudo humiditatis, quæ ad coctionem longo tempore indiget; ob multā igitur humiditatē morbus producit. Ratio autē quæ hunc Aphorismū uerum facit, in omni euacuatione intelligi potest, & nō in ea sola quæ per sudorem fit, quando febricitanti sudor superueniat, & non dematur, uel nō minuatur febris, morbus est diuturnus: quādo febricitanti egestiones multæ educuntur febre nō deficiente, morbus etiam est longus: quando per urinā, quando per fluxum, & per omnia illa quæ iuuare solent & iudicare morbos, & non iuuant, neq; iudicant, morbus est longus, immo & periculosus.

Μηκύνει γὰρ ἡ νόσος, idest, Prorogatur enim morbus.] intelligētes, quod hic morbus sit salubris, quoniam si mortalis esset, hic sudor mortē magis propinquam, & prope fores iam esse demonstrat.

καὶ ὑγρὰ αἵται πλείω σημαίνει, idest, Et humiditatem multam significat.] Hoc est multos humores & copiosos, sed potissimum humidos, qui per sudorem exeunt. opusq; est talem sudorē intelligere, quem alia euacuatio non sequatur. quoniā & si sudor non daret, uel non finiret morbū, sequēs illa euacuatio nō finire possit: itaq; nō esset longus, uel absolute solum intelligamus, quoniam alia euacuatione superueniente, si sudor nō soluit, & euacuatio illa soluat, ad aphorismi propositum non est, quia Aphorismus tam de sudore, quā de alia quacunq; euacuatione intelligit.

Hippocrates in libro De morborū decretorio hunc Aphorismū ponit, dicens, febris enī, si febre non cessante, sudet, malū est. morbus em̄ producit, humiditatēq; significat.

GALENVS

OPORTUIT hunc aphorismum cum altero paulo antea dicto cōiungi. In quo dicit, Sudor multus, frigidus, uel calidus semper fluens. Ipse uero ostendit quo pacto

sto talem sudorē dixerit esse malum, & propter quam causam. Malus itaq; existit quia morbum non soluit, quare & ipsum prorogari significat. Causam uero secundum tempus prorogationis, multam ait esse humiditatem: quam in tempore longiori, dissolvente, ac concoquente natura, necessarium est morbum esse longum.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, hūc Aphorismum quadragesimo secundo huius libri Aphorismo iungendum esse, in quo dicebat, sudorem multum calidum, uel frigidum semper fluentem, frigidum magis, calidum minus significare morbum. ideo quisq; talis sudor malus est. In presenti uero Aphorismo docet, quomodo talem sudorem malū esse dixerit, & ob quam causam sit malus.

SECUNDO malum esse docet, quia morbum nō soluit, sed ipsum prorogari significat. prorogationis autem causa multa humiditas est, quæ breui à natura concoqui nō potest ac dissolui. propterea necessarium est morbum esse prolixum.

Quod legitur, Malus itaq; existit, quia morbum nō soluit, quare & ipsum prorogari significat. Græce habetur *καὶ μὴ ὄν δειν, ὅτι πῶς (εἰ μὴ λένει τὴν νόσον, ἐπὶ καὶ μακκύνει αὐτὴν ὄνδρσι*, idest, Malus quidem est, quoniam præter id quod morbum non soluit, amplius & ipsum prorogari significat. ut manifeste deprehendere possis, hanc particulā, præter id quod, deesse: & loco illius, quare, legendum esse, amplius.

APHORISMVS LVII

Qui à conuulsione, aut distentione neruorum tenetur, febre superueniente liberatur.

BRASAVOLVS

CONVULSIO, distentioq; à materia frigida fiunt, & ut plurimū pituitosa, propterea qui hæc patitur superueniente febre liberatur. quia febris sua caliditate humiditatem neruo imbibitā exiccatur. Si uero cōuulsio febrē sequeretur, malū indicium esset, præsertim si febris uehemēs infestaret. quia cōuulsionē ex inanitiōe esse significaret. propterea in secūdo li. aphorismo uigesimosexto dicebat, melius esse febrē conuulsioni superuenire, q̄ cōuulsionē febrī. Græcus contextus nō dicit febre superueniente liberatur, sed potius, febris superueniens soluit morbum. dicit enim, *πυρετὸς ἀπογινόμενῳ λύνει τὸ νόσημα.*

ὑπὸ ἀσμοῦ ἢ πείνης ἐχρημένῳ. idest, Qui à conuulsione, uel distentione neruorum tenetur. Ita habet antiquus meus contextus, & ita Theodorus, & Leonicensis habebant: sed Aldinus contextus, & Hagonensis non legunt *ἐχρημένῳ*, sed *ἐνοχλημένῳ*, idest, turbatur, uel fatigatur. uocabulum hoc spasmus generale est ad omnem neruorum conuulsionem. ideo illi apud latinos uocabulum conuulsio correspondet, uocatq; Celsus communi uocabulo, rigorem neruorum, quem capite tertio quarti libri in tres species distinguit, in *ὀπιθόπνον*, *ἐμποθόπνον*, & *τέτανον*. primum est, quando in partem inconstuetam inclinatur membrum, secundum, quando in partem constuetam. tertium, quando membrum erectum stat, & riget, unde à Celso rigor appellatur, à Theodoro hic, & Leoniceno distentio. quia id membrum uere distentum est. Sed de hac re secundo libro diffusius egimus aphorismo uigesimosexto, & latina nomina græcis conuulimus. Hic ergo dici posset, qui à conuulsione, aut neruorum rigore, aut distentione fatigatur. nam rigor, & distentio idem significant, quod apud græcos *τέτανον*, & Celsus omnem conuulsionis speciem plerunq; rigorem uocat. Dubitat hic Orbasius quia conuulsio particularis est, distentio uniuersalis, quare illam prius posuit. Respondet, nimirum quia conuulsio genus est, distentio species. Sed re uera in eo dubium facit quod oppositum est, quā ipse dicat. nam conuulsio uniuersalis est, distentio particularis. Sed Philotheus alio modo dubium hoc ab Orbasio positum proponit, inquit, *εἰ δὲ τις εἴποι, καὶ εἰ ὀτέτανον, ἀσμοῦ δειν, πῶς πῶς ἐβληκεν ἰπποκράτης εἰπῶν, ὑπὸ ἀσμοῦ ἢ πείνης, λέγομεν, ὅτι ἵνα ἀμφω διαλύσῃ, καὶ τὸ γῆμον, καὶ τὸ εἶδον. ὁ μὲν γὰρ ἀσμοῦ γῆμον δειν, ὁ δὲ τέτανον εἶδον*. idest, Si uero quis dixerit, & si distentio spasmus sit, quomodo Hippocrates proposuit dicens, à conuulsione, seu distentione?

Respondemus, quod id fecit ut utraq; ostenderet, & genus, & speciem. Conuulsio enim genus est, distentio species. Tamen hæc non uidentur dubitationi satisfacere. nos enim potius dicemus conuulsionem præposuisse distentioni, quia multi putarunt distentionem à conuulsione distingui, propterea ut utraq; hæc secundum omnem opinionem intelligerentur, ita proposuit. Sed re uera dubium futile est, & multi errores hic ab Oribasio dicuntur. nam distentionem ab Opisthotono, & emprosthotono no distinguit, quæ (inquit) accidunt conuulsioni. Quæ absurdissima sunt. nam distentio, quæ tetanus à Græcis dicitur, opisthotono & emprosthotono contra distinguitur, ut speciem à specie separamus, & sunt conuulsiones species: uideturq; idem Oribasio inter conuulsionem & distentionem differentiam ita facere, quod conuulsio aut ex inanitione sit, aut ex repletionem; distentio uero, quoties extensum, uel incuruatum totum rigidum corpus est. At si quis recte consideret, hæc non est uel uera, uel conueniens inter ista distinctio. immo & si Philotheum legamus, tres easdem esse species à nobis ex Celso superius enumeratas uidebimus. Inquit uero, *δ' εἰ δὲ καὶ ἀπὸ γινώσκου, ὅτι πάσσοι τρεῖς εἰσὶν. ὁ μὲν ἐμπὸς δόπον & ὀνομαζομένον, ὃς ἀπὸ πένθους ἢ ἰσχυροῦ μὲν ἀνὰ τὴν ῥάχιν γίνεται. ὁ δὲ ὀπίσθιον, ὃς ἀπὸ πένθους ἢ ἰσχυροῦ μὲν γίνεται. ὁ δὲ τέτανος, ὃς ἀπὸ πένθους ἢ ἰσχυροῦ καὶ ἐκ τοῦ μὲν ἀνὰ τὴν ῥάχιν γίνεται.* idest, Scire autem & hoc oportet, quod conuulsiones tres sunt, emprosthotonos quidem dicitur, qui in passione musculorum scapulae uel spinæ intus fit. Opisthotonos uero qui in passione extra musculorum fit. Tetanus autem uel distentio, qui in passione intus & extra musculorum scapulae uel spinæ fit.

πυρετὸς ἀπὸ γινώσκου & λύει τὸ νόσημα. idest, Febris superueniens soluit morbum. Quia humiditates exiccat, quæ hunc morbum inducebant. nam ex repletione erat, quoniam is qui ex inanitione est, sine febre non fit. Eandem causam Philotheus reddit, inquit, solui morbum, *ὅτι πυρετὸς πένθους καὶ διαλύει, καὶ διαφορὰ τῶν ὕλων, τῶν τοῦ τοῦ πένθους ἐργαζομένου.* idest, Quoniam febris concoquit & dissoluit, & discutit materiam tales passiones facientem. Hippocrates in libro De morborum decretorio prope finem hunc Aphorismum describit inquit: neruorum dolore, conuulsione, distentione uel correpto, si febris superueniat, discutit. hic uero una particula addita est, illa inquam neruorum dolore, sed dolor ille ab eadem causa fit, à materia scilicet frigida neruis impacta.

GALENVS

EST QUIDEM & distentio neruorum conuulsio, sed non uidetur in ipso partes conuulsæ, quoniam aequaliter ante, & retro tenduntur: atq; adeo præcipuè illi nomine est datæ distentio, ita qd omnes conuulsiones sunt numero tres græcis uocabulis. Opisthotonus, idest tentio ad posteriora, Emprosthotonus, idest tentio ad anteriora, & Tetanus, idest equalis tentio nominata. Omnes uero secundum ipsum fiunt conuulsiones, uel ex repletione, uel ex euacuatione, partium uidelicet neruorum. Quæcumq; igitur conuulsiones ad febres ardentem sequuntur, has par est fieri ex siccitate. Quæcumq; uero ab ipso inuadunt, ex repletione habent generationem. his conuulsionibus febres aduenientes, partim quidem superfluum dissolunt humiditatem, partim uero concoquunt frigiditatem, quæ duæ sunt medicis remediorum intentiones. Non absq; ratione igitur in febribus ardentibus letales sunt conuulsiones, non letales uero quæ febres antecedunt.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus ut dubium quoddam remoueat, de quo superius dictum est. dubium uero est hoc, cur distentionem dixerit, cum prius dictum fuisset conuulsionem, quæ conuulsio distentionem complectitur. ut igitur hoc dubium persoluat inquit, omnino distentionem esse conuulsionem, quia est una eius species, sed in ipsa partes conuulsæ non uidentur, quia rigent, & distentæ erectæ permanent. propterea datum est illi nomen peculiare *τέτανος*, idest distentio uel rigor.

SECUNDO docet, tres esse conuulsiones species, de quibus libro secundo ubertim egimus.

TERTIO docet, conuulsiones & ex repletione & ex inanitione fieri, & quod illæ quæ ardentem febrem sequuntur, ex inanitione & siccitate sunt, quæ uero statim sine febre fiunt, hæc ex repletione inferuntur, propterea superueniente febre duo aguntur, humiditates

ditates resoluntur, & maturatur frigiditas, quæ duæ sunt in hoc casu medicorū intētiōnes, ut hinc rationem colligere possis, quare conuulsiones quæ febres sequūtur, letales sint. ratio enim est, quia ex inanitione fiunt, non letales uero eas, quæ febres præcedūt, quia ex repletionē sunt.

Quod legitur, Quæcunq; uero ab initio inuadunt, Græce habetur *ἄρῃς ἀπ' ἀρχῆς* id est, Quæcunq; autem à principio proprio inuadunt.

Quod legitur prope finem Non absq; ratione igitur in febribus ardentibus letales sunt conuulsiones, illa particula, ardentibus, uacat: quoniam in Græco contextu non ponitur, dicente *αἰσῶς οὐκ ἀλέθειοι: μὴ ἀδὶ πυρετῶς πασμοί*, id est, non absq; ratione igitur in febribus letales sunt conuulsiones.

APHORISMVS LVIII

A Febre ardente habito, rigore superueniente, solutio.

BRASAVOLVS

FEBRIS ardens ex biliosa materia in uenis contenta ortum habet, quæ si extra uenas mittatur, supra musculos mota rigores facit. Cum igitur in ardēte febre rigores paruuerunt, febres solui oportere iudicabimus: quoniam materia, quæ in uenis erat, uenas exitis propterea in sanitatem restituitur, modo sexto die contingat: quoniã rigores sexto die facti pessimi sunt, immo quælibet mutatio in morbis sexto die facta, semper suspecta esse debet.

ἰσοὶ κἀνοσοῦ ἐχρημίνω. id est, A febre ardente habito.] quam Græci ab intensissima caliditate *κἀνοσοῦ* uocant. Quæ fit aut ex bile pura prope cor accensa, aut ex humore sanguini mixto (ut falsa pituita est) in eadem parte putrente, semper autem est in uenis. Oribasius hic dicit ex bilioso humore fieri, sed sanguini ultra modum commixto. est peracuta affectio, quæ ad septem dies usque perdurat, aliquando in ipso septimo die iudicatur.

ῥίγος ἀδὶ γινόμενης λύσις. id est, Rigore superueniente, solutio.] Si Celsum imitaremur, dicere oporteret, horrore superueniente, solutio. nam octauo capite secundi libri, his uerbis hunc Aphorismum refert, dum notas edocet quæ in quoque morbi genere uel specie uel particula ostendunt: febrem autem ardentem, quam Græci *κωνσώδης* uocant, subitus horror exoluit. Est hic aphorismus à Cello relatus, quamuis ab Hippocrate illa particula Subitus posita non sit, sed simpliciter *ῥίγος* dixerit. Si igitur Celsum imitari uouerimus, horrore superueniente, dicere oportebit. Si uero Theodorum, Leonicum, & omnes ferè alios Hippocratis & Galeni interpretes, simpliciter Græco nomine utemur, *ῥίγος*, id est, rigore. de nomine autem cura non sit, modo re ipsa conueniamus. Conueniemus autem si illa in mentem reuocabis, quæ à nobis superius Aphorismo uigesimo nono huius quarti libri dicta sunt. Fit uero rigor, ut Philotheus docet, *διότι ἀδὶ τῷ κῶσῳ, γίνονται ἢ ὅλη τῶν ἀγγείων, σιωχῆ τῶν πυρετῶν ἐποίει, ἢ ἢ ῥίγος ἀδὶ γινόμενου, μετὰ τῆσιν τῆσιν ὕλης ἐποίησαστο, ἀπ' τῶν ἐσω ἔξω, ἢ ἐξ ὅσων ἐπιδρωμῶν, καὶ ἀπαλλὰ τῆσιν τοῦ σώματος, λύσις ἀνάγκη τῷ πυρετῷ γίνεται*. id est, Quoniam in ardente febre, materia quæ intus in uasis est, continuam febrem facit. Cum uero fit rigor, materia migratio à partibus intrinsicis ad extrinsecas fit: qua per sudorem impulsã, & liberato corpore, necessario febris solutio fit. Oribasius duplicem rigorem ponit, alterum à frigore & à materia frigida, alterum à calida & biliosa, quæ supra musculos mouetur, & ut hic dicit Galenus, impetuose & motu ueloci. propterea, inquit Celsus, membra tremunt. Oribasius uero contingere dicit, quoties biliosus humor ad superficiem uenit, & erosionem mouet. Docetq; si in febre ardente rigor superueniat, duobus modis soluitur. primo quia bilis ad superficiem uenit & euaporat: secundo quia frigus intro ingreditur, unde calor euaporat. At ne putes, quod & si ab Hippocrate dicatur, febrem solui, is penitus liberari debeat: quoniã fieri potest, ut febris solum remittatur: immo si uires imbecille essent, potius eger moreretur, q̄ à febre liberaretur. immo hi rigores suspecti essent, nisi coctionis signa præcesserint. Addeq; suspectos esse

& malos in die sexto, & nisi sit iudicatorius dies, semper nobis suspecti erunt hi rigores. Galenus hunc rigorem definire uidetur in fine quarti libri De symptomatum causis, ubi dicit, Voco autem rigorem, non illum quidem uehementis frigoris sensum, sed inæqualem uniuersi corporis concussionem, quassationemq; unde & in quinto libro De symptomatum causis, dicit in rigore fieri multum motum, citum, & densum. multum uocat ex ipso motionum numero, citum ex motionis impetu, densum breui tempore quietis. Nec putat rigorem esse motum esse ex toto præter naturam, immo totus rigoris motus ad natuiam facultatem, id est, ad uirtutem expultricem referendus est. Causa uero præter naturam est, quæ ad expellendum naturam iritat. Est autem causa humor ualde biliosus. Deinde Galenus in eodẽ quinto libro docet et à calido, & à frigido, cum intensa sint, rigorem induci, & hoc exemplo ostendit. Si quis per alicuius dorium frigidissimam aquam iniecerit, aut calidissimam, fit rigor. Fit autem ab humoribus, qui non sunt in uenis, sed per carnem sparsi, & per totum corporis habitum. unde dicit potissimum fieri in calidis febribus, & biliosis, propterea addit quanto sint biliosæ febres à syn ceriori bile, tanto magis rigores inducunt. Nam & ardentem febrẽ rigor superueniens soluit, auctore Hippocrate. Quomodo autem hæc febris soluitur, in eodem locorationem assignat Galenus, quod bilis, quæ interim in uenis cõtinebatur, à natura per carnes ad cutem criticè excutitur. Igitur motionis ipsius, qua per sententia corpora bilis defertur, rigor simul & symptoma est & signum. nam huiusmodi rigore affecti, postea sudant, eiecta ipsis bile. Ne tamen ex hoc putes ardentem febrem per hunc modum continuo sanari, nam & eodem loco Galenus addit, interdum non ad cutem, sed ad internas partes impetum faciens, uel uomitione, uel alui solutione deicitur. Sæpenumero & intro & foras eodem die defertur, ut simul & sudore & uomitione, & alui deiectione, bilis euacuetur. Tu uero ex his forte dubitabis, in ardente febre hoc esse præstans remedium, rigorem inducere. Galenus eodem loco, in quinto scilicet De symptomatum causis libro, Respondet, quod rigor non facit quiescere febrem, sed quiescit cum sudauerit, uel pallidam bilem uomitione, aut alui solutione eiecerit, propterea illos reprehendit, qui dicebant, in ardente febre ideo sanari qui rigorem incidunt, quia rigor refrigerat. unde dicebant rigorem esse salubrem causam, quia contraria contrarijs curantur. Eos uero reprehendit, quia si hoc uerum esset, liceret rigorem excitare in causione, quod facile fit, si laborantem frigida aqua uel aspergas, uel perfundas, aut si nudum frigido aeri exposueris, aut in aquæ frigidæ cisternam demergas. unde inducto rigore oporteret febrem quiescere. Sed post rigorem, uehementiorem febrem uidemus, nisi sudor sequatur, aut uomitus, aut deiectio biliosa, uel duo horum, uel omnia simul. Tractatq; eodem loco Galenus de quodam rigore sine febre. Tamen in aphorismo proposito rigor qui fit, est à materia biliosa: quia in ardente febre bilis sincera illa est quæ morbum facit. Idem Galenus in quarto libro commentationum De ratione uictus in morbis acutis commento duodecimo hunc Aphorismum refert, & quomodo sanetur febris ardens docet, non quidem per rigorem, sed per illa quæ sequuntur rigorem, sudor, aut euacuatio. Verba eius hæc sunt, nempe quod in aphorismis dicitur, À causone habito, rigore superueniente solutio, uerissimum existit. rigorem autem hunc de necessitate sequitur, interdum quidem sudor solus, interdum uero & biliosorum uomitus solus, atque interdum deiectio sola: sed plerumq; ex dictis tribus duo fiunt, & rursus quatuorq; tria. Nempe horum duorum de necessitate alterum in causone fit, si ad integritatem desinare debeat. nam biliosi humores uel perfecte euacuabuntur, uel extinguentur. hocq; in loco Galenus docet potissimum remedium ardentis febris esse potare aquam frigidam, non tamen quin quandoq; aliqui moriantur qui potent, sed quos curauit ipse, omnes sanatos dicit. Qui autem uehementissime tractantur adeo ut sanari non possint, etiam ab aqua frigida non sanabuntur.

Hic tamen unum annotatione dignum est, à nobis superius dictum esse in uigesimo nono huius libri Aphorismo, à Celso horrorem interpretari, quod à Græcis *φίγος* dicitur: tamen habent Græci aliud uocabulum, quod est *φείκω*, Recentes interpretantur *φείκω* horror, uel horror frigoris. Re uera in præcitato loco quinti libri de symptomatum causis, Galenus docet *φίγος*, & *φείκω* ab eisdẽ causis fieri, sed *φείκω* esse minore. unde

non con

non concutiuntur adeo mēbra in φείκη sicut in rigore. propterea φείκη est cōmotio quędam membrorum parua, magna uero est ρίγος. Si Celsum imitari uelimus, ut ρίγος interpretemur horror, necesse erit φείκω interpretari frigus, quamuis Græci aliud uocabulum frigoris proprium habeant, nam περίψυξιν frigus appellant, & illos qui frigus patiuntur περίψυχμάκους uocant. Galenus uero prope finem quinti libri superius citati illud notat, quod inter φείκω, & ρίγος multę sunt, per magis & minus differentię. Quapropter (ut in hac re finiamus) si Celsum imitabimur, dicemus ρίγος esse horrorem, & φείκω frigus, quoniam & capite tertio libri tertij solū meminit frigoris & horroris, inquit, Vbi extremę partes membrorum inalgescūt, frigus esse: horror, ubi totum corpus intremat. Si uero alios sequamur, tria erunt, περίψυξις, φρίκη, ρίγος, idest, frigus, horror, rigor. fit autem à frigore in horrorem, ab horrore in rigorem transitus, & hoc mihi arripet magis distinctionis gratia, nam & in ipsa experientia tria hæc distincta percipiuntur, frigus remissum, & intentum, & rigor. At Philotheus in hac parte dubitationem quandam facit, & soluit, quę eiusmodi est, πρὸς δὲ τὸς ἀκροῦντας ὅτι πῶς γίνεταί ρίγος γινέσθαι ὑπὸ τῶν θερμῶν ὑλῶν, εἰ γὰρ ὁ κλύσος ὑπὸ χολῆς γίνεταί, ὅστις ἐπιέρῃ ὅτι θοιμάα ὑλὴ ὑπὸ κίττου καὶ θορμῆς. ὑπὸ τῶν ποικύων οὖν πυρετῶν ὅσα τῶν ἀνίαν τῆς θοιμύτης τοῦ χυμῆ, ὃ ἐμφαντῶν θερμῶν ὑπὸ τοῦ βάλθου συνδύει, κἀκτὸς τὰ ρίγος γίνεταί, idest, Ad dubitantes uero, quomodo in materiis calidis rigor fieri contingat, siquidem febris ardens ex bile fit. Dicere liceat, quod acuta materia supponitur & calida, in talibus autē febribus ob molestiam acuminis humoris, naturalis calor in profundum declinat, & ex hoc fit rigor, Nos autē addimus & motum materierum etiam calidarum supra musculos,

GALENVS

OSTENSVM enim est in sermone de rigore, ob flauam bilem, quę per membra sentientia ueloci motu defertur, fieri rigorem, post quem uidelicet & alui soluitur, & sudores, & uomitus biliosi superueniunt. Bile igitur ex qua febris ardens habuit ortum expurgata, soluitur febris. Nam febrem ardentem fieri nouimus æstiuo tempore quando uenę exsiccata, acutos, ac biliosos ad se liquores attraxerint.

BRASAVOLVS

GALENVS de rigore librum fecit, in quo multas rigoris causas à nobis superius citatas edoet, & quinto etiam De symptomatum causis, hanc rem diffuse pertractat. In prædictis uero locis rigorem fieri ostendit ob flauam bilem quę per musculos & carnem, & sentientia membra uelociori motu mouetur. In quibus etiam locis docuit solutiones alui biliosas, uel uomitus biliosos, uel sudores rigore sequi. unde hic infert, cum febris ardens à bile fiat, superueniente rigore, signum est, quod ad expurgationem mouetur, expurgata autem soluitur ardens febris. si uero non expurgaretur, non solueretur febris. ideo opus est post rigorem sequi uel biliosum uomitum, uel deiectiones alui tales, uel sudores. certum enim est ardentis febres fieri, cum æstiuo tempore uenę exsiccata humores biliosos ad se trahunt.

Quod legitur, ostēsum enim est in sermone de rigore ob flauam bilem, hic deest coniunctio, & Græce enim legitur, καὶ ὅτι τῶν ξανθῶν χολῶν, idest, & ob flauam bilem. Est autem illa coniunctio, & necessaria, quia in eo sermone docet etiam ob frigiditatem fieri rigorem, & ob flauam bilem, ut alijs etiam modis fieri notemus. Hunc uero solū modum ponit, quia is ad propositum febris ardentis facit, quę rarissime ex alio humore fit quam bile.

Quod legitur, Et sudores, & uomitus biliosi superueniunt. Aldinus contextus non legit, superueniunt, sed ὑπὸ φαίνονται, idest, apparent. noster uero antiquus contextus legit ὑπὸ γίνονται, idest, superueniunt, ut in suo contextu Leonicensus habuit. sed hæc particula ὑπὸ γίνονται obelo conuulsa est, & loco eius in margine hæc scripta est ὑπὸ φαίνονται, à uiro (ut arbitror) probō, nosq; potius laudamus ut legatur, apparent.

Quod legitur, Nam febrem ardentem fieri nouimus æstiuo tempore, quando uenę exsiccata & c. illa particula, quando, ante illam, æstiuo tempore, poni debet, & non ante illam, uenę exsiccata, ut hoc modo legatur, nam febrem ardentem fieri nouimus, quando

quando aestiuo tempore uena exsiccata. Græce enim habetur *καὶ οὕτως γὰρ ἰσχυρὰ γίνονται οὗτοι, ὅταν ἢ θερμὴ ὡρεὰ ἀναφύσσει ἢ ἴσχυρα τὰ φλεβία* et reliqua. Et re uera si conueniens sensus esse debeat, illa particula, quando, huic, aestiuo tempore, iungenda est.

Quod Leoniceus interpretatur liquores, Græce est *ἰχῶρας*, aliàs nos interpretati sumus saniem subtilem; & re uera ita est, ut in secundo libro docuimus in illo aphorismo, Dum pus fit, dolores, & febres magis quàm iam cōfecto, hic uero per hoc uocabulum, subtilem saniem non intelligit, sed humorem, quem ut Leoniceus *ἄρ' χύμα*, idest, ab humore distingueret, *ἰχῶρας*, idest, liquores potius interpretatus est, quàm aliquod alterum, nec immerito.

APHORISMVS LIX

Tertiana exquisita septenis circuitibus, quod longissimum est, iudicatur.

BRASAVOLVS

RECENTIORES interpretes huic Aphorismo talem sensum condonarunt, qualem nec quisquam ex Hippocratis uerbis elicere poterit, nec ipse Hippocrates, uel Galenus unquam somniarunt. Nempe inquit Aphorismi conclusionem esse, Tertiana exquisita, quæ in septem periodis non terminatur, longissima est. Hanc uero suam sententiam ita probant, quia ita se habet periodus ad intermittentem febrem, sicuti se habet dies ad continuam; sed biliosa uera non intermittens, septimum diem transiens, longissima est. Igitur & intermittens septem periodos transiens longissima erit. At huc non esse, nec esse posse Hippocratis sensum, quisque, qui ipsum contempletur, cognoscere potest, & ratio non esse dictat, quia tertiana exquisita septimum circuitum nunquàm pertransit, nam si ipsum transiret, notha esset, & non exquisita. propterea Hippocratis sensus alter est, quàm à recentioribus referatur, quem si scire desideres, hic est, Tertiana exquisita septenos circuitus transire non potest, etiam si longissima sit. & ideo non est Hippocratis sensus, eam quæ pertransit septem periodos esse longissimam: sed hic potius, longissima septem periodos transire non potest. Quia pura & syncera bilis motus uelox est, & morbum peracutum facit, qui in septem periodis terminari consueuit. Philotheus hunc Aphorismum ita introducit, *ὁ νῦν ἀφορισμὸς προθεσμίαν ποιεῖται νοσήματος ἀκριβῆς τριταῖς, ἢ δὲ προθεσμία δίδυμὴ ἢ δεκάτη τε τρίτη ἡμέρα, καὶ δ' ἡλύσθ' ἔτι τὸ λέγειν ἢ ἐπὶ τῆς προόδου*. idest, Præfens Aphorismus, summæ ac exactæ ægritudinis tertianæ præscriptum tempus facit, præscriptum uero tempus est decimusquartus dies, & hoc mani festum est ex eo quod dixit, in septem circuitibus.

Τριταῖς ἀκριβῆς. idest, Tertiana exquisita.] & quæ à pura & exacta bile facta sit. Vocant autem tam antiquiores, quàm recentes medici tertianam febrem illam quæ à bile fit, uel pura sit bilis, uel alijs humoribus mixta, uel in uenis contenta sit, uel extra uenas sparsa. Si quidem pura bilis sit, & in uenis contenta, exquisitam tertianam non intermittentem facit. Tertiana uero nūcupatur, tum quia à bile, tum quia de tertio in tertium magis molestat, nisi uenas cordi propinquas occupauerit, tunc enim intensam æqualitatem habet, & non intermittentem febrem facit synocham à Græcis dictam, à recentibus conclusam. Si uero à pura bile fit quæ extra uenas uagetur, febrem intermittentem exquisitam facit, quæ de tertio in tertium ægros uexat. At si bilis sit alijs humoribus mixta, quicumque illi sunt, si uenas occupent, tertianam notham non intermittentem facit, quæ de tertio in tertium molestat. Tamen simplici uocabulo utentes, cum tertianam dicimus, intermittentem febrem intelligimus, quæ de tertio in tertium uexet, si à pura & syncera bile ortum habeat. Totum unius accessionis tempus, etiam si longissimum sit, duodecim horas non transit, sed multæ in octo horis, & decem finiunt. Nosq; in quinq; & sex horis multas finire uidimus. Philotheusq; dicit, ab Hippocrate dictum esse *τὸ μακρότατον*, idest, quod longissimum. quoniam *δύο τε καὶ τὴν ἑβδόμην καὶ τὴν ὄγδοον, καὶ τὴν δεκάτην πρότερον λύεται*, idest, est quando & septimo & nono & decimo primo sudore ut plurimum terminatur, quādoq; & cum bilioso uomitu finem habet, aut cum biliosis

biliosis deiectionibus. Sed à non pura bile facta, cum rigore non incipit, sed cum aliquo frigore, nec cum uomitu, & cum sudore nõ finit, & eius accessio per decem & octo horas quandoq; perdurat, nec in septem circuitibus terminatur, propterea multos audiuimus, immerito in hac tertiana febre Hippocratem reprehendentes, utpote qui dixerit, longissimam etiam in septem circuitibus finiri, tamen quãdoque nec in uiginti circuitibus terminum habent. Sed hi mire decipiuntur: quoniam Hippocrates de illa quæ exquisita est, & à pura bile facta sermonem habet. ipsi uero unam accipiunt, quæ pura non est, neq; à pura bile ortum duxit, unde à Philotheo dicitur, ἐστὶν οὐκ ἑπτὰ κύκλους ἀκριβὴς, ὁ δὲ ἵπποκράτης ἐπιπέρας, διαβήσεις χολώδεις, καὶ μακροδύου. ὁ δὲ κρεῖττον δὲ ὁδὸν ἄρας, τὸ μὲν σὺν ὁ γὰρ μὴ τοῖσδε ἑπτὰ κύκλοις νόσος ὄντι. idest, Est igitur tertiana exquisita, ea quæ biliosos uomitus habet, defluxus biliosos, intensam caliditatem, quæ & duodecim horas tenet, etiam si longissima sit. Tertiana uero quæ talis non est, notha est.

κρίνεται ἢ ἐν ἑπτὰ κύκλοις, idest, iudicatur in septem circuitibus, qui sunt tredecim dies, aut quicquam plus: quoniam perfecte decimumquartum diem non attingunt, sed in decimoquarto morbus integre finitus est. Scito autem, totũ illud afflictionis & quies spatium, ab unius accessionis principio quotiesq; ad aliam accessionem perueniamus, à Græcis περίου, à Latinis circuitum nuncupari, unde Galenus in medicis definitionibus ipsi adscriptis periodum definit esse, ex intensione & remissione in ægritudine tempus. In calce uero eiusdem libri dicit esse staturo tempore circuitum, & morbi recursum. Sed hæc ab eodem Galeno uere & exquisite in libro De morborum temporibus edocentur, ubi in febris intermittentibus περίου, idest, circuitum ponit, quem ex sex partibus consistere docet. Principio, in quo est frigus, tempore inæqualitatis, in quo frigus paulatim deponit. Incremento, in quo crescit calor, consistentia, in quo stat, & amplius non crescit. Inclinatione, in qua remittitur calor & integritate, in quo homo penitus à febre immunis est & liber. Totum hoc sex horum temporum spatium, quoad iterum alterius accessionis principium accedat, circuitus & integra periodus est. In exquisita tertiana horas quadraginta octo complectitur, in quibus ad summum tantum sunt duodecim horæ afflictionis, nam principium, unius horæ spatium perdurabit, tempus inæqualitatis, semihoræ, augmentum quatuor horas implebit, declinatio alias quatuor & semis. Integritas triginta sex horas complectetur, hoc autem est, si afflictionis tempus duodecim horarum spatio perdurabit. Si uero breuior fuerit accessio, integritatis tempus secundum proportionem longius existet.

Τὸ μακροτάτου. idest, Quod longissimum est. non ut recentes interpretantur, quod longissima sit tertiana, quæ septem circuitus pertransibit: quoniam nulla exquisita tertiana id spatium pertransire potest: sed sensus est, etiam si longissima sit, in septem circuitibus finit, etenim longissima est quæ septem circuitus pertingit, unde exquisita tertiana in septem circuitibus iudicatur, quæ etiam longissima est: nam plerumque in quinque aut quatuor circuitibus finem sortiuntur, ea enim uera non sunt, quæ à uulgo publice dicuntur, necessarium esse tertianam febrem per impares circuitus dimittere, & non per pares, ut tres, quinque, septem, sed quotidiana experientia in quatuor et in sex periodis quandoq; finem habuisse nos docet. Tamen secundum recentes hic ordo seruandus uidetur: ut opus sit primum circuitum principium esse: secundum (qui & magis augetur) augmentum: tertium adhuc maiorem: & quartum statum: quintum omnibus minorem, & uniuersalem inclinationem esse. Experientia uero istud uerum non esse ostendit, quoniam plerumq; febre in uno eius circuitu, in summo uigore existente, alia accessio amplius non redit, quia est tenuis materia & pura, quæ facile, atque breui euanescit & resoluitur.

GALENVS

TERTIANA febris, ab ea quæ ardens nominatur, humore faciente non differt. Vtraq; enim à flaua bile fit. Differunt autem, quoniam febris ardens habet in uenis una cum sanguine bilem plurimam ebullientem. Tertiana uero eandem bilem habet in toto corpore latam, ac motam. Exquisita igitur tertiana erit sui ipsius naturam puram seruans, atq; syncera. Seruat autem, ubi flauam bilem habet, ut dixi superabundantem, et motam, & præterea, tempus astiuum, & locum tēpori similem, calidum scilicet, ac siccum, & hominis

& hominis ætatem, & temperaturam similem. Statim uero & in tali tertiana accessio fieret unã cum rigore, & solutio eius per sudores, uel per uomitum, aut per aluum inferiorem, flaua bile euacuata, uel omnibus istis pariter factis. Erit & huic tertianæ tẽpus accessionis minus multo, quã quietis. Duobus siquidem diebus, et totidem noctibus toto eius perfecto circuitu. Exquisitam tertianam nunquã inuenies extra duodecim horas suam accessionem prorẽdere. Talem itaq; ait Hippocrates in septem circuitibus, quod sit longissimum, iudicari. Quod enim in cõtinuis una dies potest, hoc in intermittentibus accessio. Secundum igitur istarum connumerationem, earum fiunt iudicationes, hoc autem innuit & ipse in Prognostico, ubi de quartana loquitur, ita in quiens, Fit autem & quartanarum cõsistentia ex ordine tali. Est autem & à nobis obseruatum, tum in quartanis, tum etiam in tertianis, fieri iudicationem secũdum numerum circuituum, non dierum. Statim itaq; in tertiana febre ab initio septima accessio in tertium & decimum incidit diem, & sæpius in ipso morbus iudicatur non expectato quartodecimo. Sicuti igitur in morbis cõtinuis, acutorum quidem morborum terminus est quartus decimus, peracutorum uero septimus, sic in intermittentibus breuissimi temporis tertiana febris, terminum habet circuitum septimum. Rursum autem sicuti in peracuis morbus poterat iudicari, & in quinto, & in quarto, & in tertio die, sic & in tertiana in eisdem circuitibus fieri solutionem contingebat, non expectante natura septimũ. Hippocrates igitur tertianam aliquãdo cum adiectione exquisitam nominat. Aliquando uero simpliciter appellatone contentus, tertianam tantummodo, sicuti & nunc quoq; consuetudo Græcorum est huiuscemodii res omnes dupliciter nominare.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus inter tertianam febrem & ardentem differentiam ponit, ne quis has febres idem esse arbitraretur, cum ab eadem materia fiant: sed inquit ipse, quamuis utrãq; à bile flaua ortum habeant, differunt tamen, quia febris ardens unã cum sanguine bilem in uenis abundantem habet, sed tertiana eandem quidem bilem habet, uerum in toto corpore sparsa, delata, & mota est. Dubitat uero hic Oribasius, cũ ex bile utrãq; fiat, cur hæc intermittens sit, ardens uero non. Respondet, id propterea esse, quia una ipsius humoris materia tribus modis subsistit: aut enim minima est, aut mediã, aut maxima. Sicut biliosus humor ex mediocri, ergo ipsius humoris subsistãtia fit tertiana, & peruenit usque ad minimum, & euaporat, & fit dissipatio; unde est dies interpolatus, & alia die remouetur. Ardens autem febris ex maxima fit materia, uel si usque ad medium ueniat, ad minimum non pertinget, & propterea non habet interpolationẽ. Forte Oribasius hanc non esse ueram causam cognoscens, aliam addidit; quia bilis putrefacta ardentem febrem facit. Adhuc, quia est intra uasa, non est intermittens.

Quod legitur bilem plurimam ebullientem, lege bilem flauam redundãtem & ebullientem. Græce enim habetur πλὴν φανβλῆν χολῆν πλεονάζουσαν τε καὶ ζεουσαν.

SECUNDO Galenus docet, tertianam exquisitam puram, suam naturam seruare, quod faciet, si ex bile flaua pura sit, si tempus æstiuum sit, & locus temporis similis, scilicet calidus & siccus, & hominis ætas talis sit, calida inquam & sicca, & temperatura talis, biliosa, scilicet calida & sicca, quatuor enim sunt, quæ à Galeno enumerantur. Oribasius uero dicit, exquisitam tertianam sex modis cognosci. modos autem enumerat, qui hi sunt, materia, natura, tempus, regio, copia ciborum, temperies. Immo & exercitium, & alia multa addi possunt, quæ semper enumerare nõ est opus. At si aliquid horum defuerit, ab Oribasio exquisita non putatur, quod tamen absurdum est, quia in pituitoso natura homine quandoq; fieri contingit, quandoque in hyeme, licet raro fit, & experientia ipsa sine his conditionibus quandoq; fieri ostendit.

TERTIO Galenus docet, exquisitam tertianam cum rigore incipere, & finire cum sudore, uel cum uomitu bilioso, uel cum alui deiectione biliosa, uel cum his omnibus: tamen cum ultimis duobus raro contingit. cum sudore ut plurimum terminatur, & in accessionis principio uomitus sæpissime fit.

QUARTO Galenus docet hanc tertianam breuius accessionis tempus habere, quã quietis, nempe totum unius circuitus tempus duos dies & duas noctes integras

egre, sed hora quã
longissima in duodecim
peracuta dicitur in septem
longa peracuta, longis
breuissima accessio
que longissima est,
quãdam ita intelligi
quãdam expulsa quã
peracuta nihil impedi
poteat ut ad duodecim
circuitibus
PRIMO Galenus
intermittentibus ipsi
terminus idem potest, quã
terminus in intermittente
intermittentes dicit
peracutam ubi de qua
est. Est autem in tertio
terminus secundum natura
terminus fieri. unde in te
iudicatur, non expectat
est decimus quartus
est terminus, quia tert
aliam peracuta morbo
tertio, quarto & quinto
terminus circuitu, quã
contingere experimur, ali
in quinto. Oribasius aut
circuitus ueniunt ad qu
venum peracuta est. Qu
Tantum ergo dicit, quã
peracutam, nam ad quartum
hæc est tertio Prognost
intermittentia ex ordine
peracuta. ubi uidet hoc
significat & ordinem quã
Quod etiam legitur, si
breuissimum inno acco
est in huius peracuta
Quod etiam legitur, si
Deniq; Galenus natura
tertiam appellari, quã
Galenus adhuc obseruat
Quod legitur, Hippo
terminat, in his uerbis de
tertiam Græce enim habet
Quod etiam legitur, si
est & nunc quãque consue
est quãque nã habet orã
Vides in febribus
Quas tertiana soluit

tegras, idest horas quadraginta octo habet, in quo temporis spatio accessio etiam si longissima sit, duodecim solas horas occupat. De hac exquisita sermonem habens Hippocrates dicit, in septem circuitibus, quod sit longissimum, terminari. Vnde Galenus hanc particulam, longissimū, ita intelligere uidetur, cum inter tertianas exquisita quæ habet longissimam accessionem, sit duodecim horarum, in septem circuitibus finietur, hæc quæ longissima est, idest quæ pro accessione duodecim horas habet. Tamē puto Galenum ita intelligere, ut nos in aphorismi expositione diximus, quod scilicet & illa tertiana exquisita quæ longissima est septem circuitus non transit; tamen & hoc modo interpretari nihil impedit, quod tertiana quæ longissima est, in suis scilicet accessionibus, adeo ut ad duodecim horarum spatium tota accessio perueniat, in septem circuitibus iudicatur.

QUINTO Galenus docet considerandas esse accessiones in intermittētibz, quia in intermittētibz ipsis integer circuitus ab initio unius accessionis, usq; ad initium alterius idem potest, quod in non intermittētibz una accessio, & unus dies. unde iudicationes in intermittētibz numerum accessionum pro suo iudicio sequuntur, sicuti non intermittētes dierum numerum sequuntur. propterea Hippocrates in libro Prognosticorum, ubi de quartana agit, inquit, Fit autem quartanarum consistentia ex ordine tali, Est autem in tertio libro, sectione octaua. Obseruauitq; Galenus, in tertianis, & quartanis secundum numerum circuituum, & non secundum numerum dierum iudicationes fieri. unde in tertiana septima accessio, decimumtertium incidit diem, in quo die iudicatur, non expectato quarto decimo, & ideo in acutis morbis continuis, terminus est, decimus quartus dies, in peracutis septimus dies; ita in tertiana septimus circuitus est terminus, quia tertiana est peracutus morbus, qui cito terminum habere debet, & sicut peracutus morbus septimum diem ita determinatum non habet, quin etiam in tertio, quarto & quinto sanari possit: eodem modo tertiana non habet ita statutum septimum circuitū, quin etiam in tertio, quarto, & quinto solui non possit, quod in dies cōtingere experimur, alios scilicet in tribus accessionibus sanari, alios in quatuor, alios in quinq;. Oribasius autē ex diebus iudicat, & non ex circuitibus. inquit enim: septem circuitus ueniunt ad quatuordecim dies, quare est acuta affectio, tamen secundum Galenum peracuta est. Quod fortē putādum est sensisse Oribasium, quia deinde sequitur, Tantum ergo durat, quantum ardens febris, quæ durat septem dies, tertiana quoq; septem, nam ad quartumdecimum diem septies commouetur. Hippocratis uerba à Galeno ex tertio Prognosticorum libro adducta, illa inquam, Fit autem & quartanarum consistentia ex ordine tali: Græce sunt, γίνεται δὲ καὶ τῆν τεταρτάδων ἢ κατὰσεις ἐκ τοῦ πέντε ἡσμός, ubi uides hoc uerbum ordine Græce esse ἡσμός. ἡσμός uero ornamentum significat, & ordinem quendam præcipuum.

Quod etiam legitur, Statim itaq; in tertiana febre ab initio septima accessio, legi debet, septima ab initio accessio, ut sensus conueniens sit. Græce enim dicitur, ὁ ἐβδομῶς ἀπὸ πλῆθους παροφυσμός.

Quod etiam legitur, Fieri solutionem contingebat, lege continget, γινώσκειται.

Deniq; Galenus notat, tertianam febrem ab Hippocrate quandoq; simpliciter tertianam appellari, quandoq; cum hac adiectione tertiana exquisita. Quod & tempore Galeni adhuc obseruabatur.

Quod legitur, Hippocrates igitur tertianam aliquando cum adiectione exquisitam nominat, in his uerbis deest particula, talem, ut ita legi oporteat, exquisitam nominat talem. Græce enim habetur ἀκριβῆν τετραῖου ὀνομάζει ἃν πειπν.

Quod etiam legitur, Sicuti & nunc quoq; consuetudo Græcorum est, legi debet: scilicet & nunc quoq; consuetudo aliorum omnium Græcorum est, nam Græce habetur ἵστωρ καὶ νῦν ἐθος ὄντω καὶ πῶς ἄλλοις ἀπασι ἐλλοισι.

Quibus in febribus aures obsurduerunt, sanguis ex naribus fluens, aut alius turbata soluit morbum.

Quod legitur, Noxijs humoribus : Græce habetur, τῶν λοιπῶν τῶν χυμῶν, idest, tri-
ficiam asferentibus humoribus.

Quod etiam in fine legitur, Cessant pafsiones, noster antiquus contextus ita habet
παύειναι τὰ πάθηματα, ut Leoniceus interpretatus est, & in suo contextu habuit; sed ab
antiquo quodam probo uiro emendatus est; & legit, παύειναι τὰ νοσήματα, idest, Cessant
morbitatq; Aldinus contextus habet, & plures alij, quos uideamus.

APHORISMVS LXI

Febriticantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidiuare.

BRASAVOLVS

HUNC aphorismū ab Hippocrate factum esse, non iudicauit Galenus, quoniam &
falsus est, quippe hunc habet sensum, qui febre correptus est, si febris relinquat, & dies
impares non sint, recidiuare solet. Hoc autem falsum esse & absurdum manifestum est,
quia si in quarto decimo, aut uigesimo, aut quadragesimo, aut sexagesimo, aut octogesi-
mo die febris relinquat, hi sunt uere sani, & in recidiuam non incidunt, nisi aliqua mate-
ria derelicta sit, quæ euacuata non sit: sed hoc erit per alterius aphorismi uim dicentis,
quæ relinquuntur in morbis post iudicationem, recidiuas facere consueuerunt. Philo-
theus hoc modo aphorismum introducit, ἐν ταῦτα ποδὶ τῶν οἰσμήτων ὁ λόγος τοῦ
ἰπποκράτου, καὶ δὴλον ἐκ τοῦ εἶπέν, ἐν παθῶσιν. ταῦτα γὰρ ἐν παθῶσιν, ἅτοι παρὰ μίαν παρο-
χυσίαν, ὅσα τὸ δυσμεφύροτον, καὶ θερμὸν τῆς ὑλῆς. ὅπου δὲ ὁ παροφυσμός, ἐκεῖ καὶ ἡ λοιπὸς. idest, Hic
de acutis morbis sermo Hippocrati est, & hoc manifestum est, ex eo quod dixit, in die-
bus imparibus. Hæc enim in imparibus, idest præter unā (scilicet diem) accessio fit: pro-
pterea qd materia facile discuti possit, & calida sit. ubi aut accessio, ibi & iudicatio est.

πυρεσσοντι.] Sed noster antiquus contextus legit πυρεσσοντα ἢν μὴ ἐν παθῶσιν ἡμερῶν
ἢν ὁ πυρετὸς ἀφῆν. idest, Febriticantem nisi diebus imparibus febris dimiserit.

ἢν πυρετὸς ἀφῆν. idest, Recidiuare solet.] Sed cum hic aphorismus ita intellectus
absonus esse uideatur, propterea Galeno uisum est, legi non debere ἐν παθῶσιν ἡμερῶν
ἢν. i. diebus imparibus, sed hoc modo legendū putat, ἐν λοιπῶν ἡμερῶν. i. diebus iudica-
torijs; & ita uerus est aphorismus, nā nili in dieb⁹ iudicatorijs fiat, recidiuare solet. Imō
(ut dicit Orbasius) etiam si in diebus iudicatorijs fiat, quandoq; recidiuat, quādo scilicet
cet cōctionis signa non præcessere, & in die iudicatorio una sola materia portio depel-
latur; idem sentit Philotheus cum Galeno, intelligendū esse in diebus iudicatorijs, nam
huius aphorismi duas causas reddit, quarum ultima est Galeni sententia, inquit, nisi
diebus imparibus febris dimittat, recidiuare solet, ὅσα τὸ μὴ νόμον φύσεως γρημῶσαι πλὴν
λοιπῶν, ἀλλὰ βίᾳ συμπήματα. ἄλλως τὲ τὸ ἐν παθῶσιν, ἀντὶ τοῦ ἐν λοιπῶν εἴρηται. ἵαν οὐκ ἐν
λοιπῶν ἡμερῶν ὁ πυρετὸς ἀφῆν, ἀγαθόν. idest, Quoniam non ratione naturæ, sed uiolentia
symptomatis iudicium fit. Alioqui hæc particula, in imparibus, pro illa dicta est, in iudica-
torijs. Si igitur in iudicatorijs diebus febris dimiserit bonū. Putatq; Philotheus hanc
expositionem omnes alias præcedere inquit, καὶ ἐστὶν ἡ ἀξίωμα ἀντι ἀναγκαστοῦ τῆς
ἰσότητος συμπόδιλαμβάνουσι πλὴν τῆς τέρτιν καὶ πλὴν δεκάτη τέρτιν καὶ ἑκωσῶν, καὶ μ. α. πνδ
ἐν λοιπῶν. idest, Et hæc expositio magis necessaria est alia, quoniam quartum diem,
& quartumdecimum & uigesimalum, & quadragesimum simul comprehendit, qui iudica-
torij sunt. Celsus capite septimo secundi libri huius aphorismi sensum ferè innuit,
ubi de notis tractat, quas aliquis in singulis morborum generibus habere possit, & in-
quit, febris autem quæ subito sine ratione, sine bonis signis finita est, ferè reuertitur. Si
huic aphorismo hunc Galeni sensum condonemus, statim uerus efficitur.

GALENVS

NESCIO si hunc aphorismum Hippocrates scripserit, an fuerit à quopiam adscri-
ptus, si quidem in Prognostico dierum iudicantium incrementa, ac compositio-
nes fieri in quaternis edocuit, & in hoc ipsorum libro Aphorismorū, atq; etiam in Epi-
demijs, non modo die quarto decimo multos uidit iudicatos, sed etiam in uigesimo, &
quadragesimo, & sexagesimo, & octuagesimo. Ipsi uero iudicāt, & uigesima quarta, &
mm 2 trigesima

trigesimaquarta, & ab initio protinus quarta. Quomodo igitur ait nunc, quod nisi in diebus imparibus febris cessauerit, non sit fida iudicatio: Melius itaque pro imparibus scribere iudicatorijs, ut quibusdam uisum est. Multa tamen exemplaria in numero pluri, & imparibus, & diebus scriptum habent.

BRASAVOLVS

NVNC Galenus iudicat hunc Aphorismum huic libro fuisse adiectum, & non ab Hippocrate scriptum: quoniam in hoc Aphorismorum libro, in libro Prognosticorum & in Epidemijs, ipsemet Hippocrates docet, & dies pares esse iudicatorios, ut quartus decimus, uigesimalis, quadragesimus, sexagesimus, octogesimalis. Propterea uidere nescit Galenus quomodo hic ab eo dictum sit, non esse tutam sanitatem, nisi diebus imparibus iudicatio facta sit.

Quod legitur, Et in hoc ipso libro Aphorismorum. Græce habetur, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ τῶν ἀφορισμῶν. idest, Et in hoc ipso libro aphorismorum. ut hæc particula αὐτῷ, deseruiat illi particulae Libro, & non illi Aphorismorum, cui iungenda non est.

Quod legitur, Ipsi uero iudicant & uigesimaquarta, & trigesimaquarta. legi debet, Ipsorum uero iudicant: idest, ipsorum dierum. Græce enim dicit, λέγουσιν δὲ αὐτῶν καὶ ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν ἀφορισμῶν.

APHORISMVS LXII

Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accedit, malum.

BRASAVOLVS

OMNIA quæ in morbis contingunt in diebus non proprijs, praua sunt. Ideo si morbus regius ante septimum diem in febribus contingat, malum est: nempe uel in toto corpore nocuentum est, quod satis intensum esse oportet, uel est motus naturæ symptomatikus, natura ob ingentem biliosi humoris copiam stimulata, uel abscessus est in iecore, uel in eodem iecore obstructio inuenitur, ut biliosus humor ad fellis uesiculam transire non possit: quæ omnia malum quoddam portendunt. Si uero in septimo die fiat, aut in alio iudicatorio, natura fortis esse potest, quæ totam biliosam materiã iudicatorio motu ad circūferentiam expellet. Philotheus uero ex precedenti aphorismo hunc introducit, inquiens, ὅτι τῶν ἀνωτέρων ἀφορισμῶν ἐπιπῶν τὰς ἀγαθὰς κρίσεις, ὅτι περὶ τῆς ἡπίας ἢ τῆς ἐν κρισημῶν γινώσκουσα, ἢ ἀνὰ τὴν ἰσχυρὰν τῶν ἀφορισμῶν πύθουσα, διδιδάξαι βουλομένη τὰς ἀρχαίους κρίσεις ὅτι πύθουσα, ἢ ἀκρισημῶν ἡμέρας γινώσκουσα. idest, In superiori Aphorismo bonas iudicationes, in imparibus diebus, idest in iudicatorijs, quam fieri dixerit, ex necessitate hunc aphorismum ponit, docere uolens malas crises imparibus diebus, idest in non iudicatorijs, fieri. οἷον ἐν πυρεσίνου.] Ita legit antiquus noster contextus: sed Aldinus, ὁμοίως ἐν πυρεσίνου. tamen in utrisq; lectionibus idem sensus est, Quibus in febribus. & non ab re in febribus dixit, quoniam sine febre singulis diebus euenire potest: tamen & cum sine febre contingit, malum etiam est, quia saltem obstructionem significat.

ἰκτῆροι ἀντιφρονεῖται. idest, Morbi regij fiunt.] Hunc uero morbum, uel potius hanc affectionem, Oribasius definire uolens dicit esse cutem defœdatã: sed quod mirum est, inquit, ex humore melancholico fieri quoties exuberauerit aut qualitate aut quantitate. Qualitate, inquit, cū per consuetudinẽ habet accessus paruos & per se excreuerit: quantitate, quãdo tumet iecur, & exprimit illum sui superfluitate redundans, ita quia leuior est, superna petit. Hæc Oribasius. Sed re uera à solo atrabilario humore non fit. Imò ut plurimum à bilioso: & hic proprie est uerus morbus regius. Paulus Ægineta libro tertio, capite quinquagesimo, duas species enumerat: unam ex atra bile, alteram ex flaua bile factam. Idem Aetius facit, & idem omnes Græci. In hoc loco Hippocrates de illo sermonem habere uidetur, qui à bile flaua ortum habet, de quo Celsus capite uigesimo quarto tertij libri, in quo loco hunc aphorismum adducit, inquit, Quem Hippocrates si post septimũ diem febricitante ægro superuenit, tutum esse. Hęc Celsus, & addit, Vbi diutius manet, totum corpus cum pallore quodam inalbescit: inquitq; ut plurimum esse dexterã partem præcordiorũ duram: sicuti quãdo est nigra bilis sparsa, sinistra pars dura est. Sũt igitur duæ huius morbi species: una, in qua flaua bilis per totũ corpus spargit: alia in qua

in qua bilis atra: potissimum uero quæ à bile flaua in oculis apparet, ut Celsus, Paulus, & ipsa experiētia ostendunt, unde ab Oribasio dubium mouetur, cur oculos magis tingat, quàm aliud membrum. Respondet, ob quatuor causas id fieri: una quia humoribus opportuni sunt, ut ab eis cito tangantur, & colorem acquirant: deinde quia lenes sunt, & delicati: tertio quia subtiles & aquosi: quarto quia cito apparet in illis quilibet color. Hic etiam morbus uarijs nominibus appellatur. nam à Græcis *icteros* dicitur, quo nomine Hippocrates, Galenus, Paulus, & cæteri Græci authores publice utuntur. Celsus arquatam morbum, & regium morbum uocat, Plinius præter hæc nomina fellis suffusiones nominat, & ictericos felle suffusos. Recentes omnes, & Arabes icteritiam nuncupant. Non desunt qui ob pallorem, quem habet auro similem, auriginē appellare uoluerint. Symptoma est, non morbus. quoniam obstructionem sequitur, quæ morbus est. non potest etiam ex pura bile fieri, nisi pituita interfuerit, nam cum bilis tenuis humor sit, per carnis meatus exiret, nisi crassi humores, glutinosi, & pituitosi interpositi fuissent, qui cutaneos meatus obstruant, & bilem exire non sinunt. Sicuti (ut Galenus inquit quarto De ratione uictus in morbis acutis libro, sectione octogesima prima) in abscessibus omnibus fieri consuevit. Quot autem modis, idest à quot causis, humanum corpus hoc colore infici possit, authorum libri pleni sunt. tamen ne laborem subterfugere uideamur, cum hinc inde sparsæ sint, in unum colligemus. Aurigo per totum corpus induci potest, ob assumptum uenenum intensissime calidum, quod sanguinē ebullire faciens, corpus luteum reddit. Nempe ad circumferentiam spargitur, quam hac infectione colorat. Tamē scito hanc infectionem ex ueneno, pure luteam non esse, sed multa maculæ per dorsum potissimum efficiuntur, aliquæ luteæ, aliquæ nigrae, aliquæ subnigrae. quoniam dum sanguis, & humores ebulliunt, in una parte maior adustio, in alia minor inducitur: propterea partes aliquæ magis nigrae, alia magis luteæ efficiuntur: imò hoc non solum in eo qui uenenum potauerit apparet, sed in eo etiam, qui ex pestilentis & uenosa materia perit, ut quandoq; uiolaceum colorem & ceruleum circa dorsum habere cōspexerim. De hoc autem genere in hoc aphorismo Hippocrates non tractat, quia quando cuncq; fiat, malum est. Quandoq; hic color in humano corpore, ob alicuius uenosi animalis ictum infertur: sed potissimū partem illam occupat, in qua ictus est. Vidimus tamen quendam ab echidna, idest marassio ictum, qui trium horarum spatio ab ictu uitam cum morte commutauit, & totus maculis affectus est, luteis, uiolaceis, nigris. At nec de ista cutis foeditate nunc loquitur Hippocrates. A Galeno autem in suis Commentarijs enumerantur, quæ omnia à iecore male affecto innascuntur. Opus autem est, unum horum trium affectuum habeat, aut duritiem, aut inflammationē, aut obstructionem: quum unum horum trium in iecore fuerit, uis discretiua bilem à sanguine nō distinguit: propterea per totum corpus bilis spargitur, & cutim inficit. Si ante septimum fiat, secundum Galenum ex tumore præduro esse non potest, quia morbus diu tinus est: uel si fiat ex hoc præduro tumore, malum etiam est. Si uero ob inflammationem uel obstructionem sit, citius fieri potest. Tamen sunt & alia causæ, præter has ex Galeno citatas: nā fieri potest ex bilis copia naturā stimulatæ & iritatæ: propterea iritata natura bilē ad cutim mittit, quæ ideo ibi firmatur, quoniam in cute obstructionē inuenit. Quandoq; ex obstructione fieri potest, non quidē iecoris, sed uia à iecore ad fellis uesicā tendētis: propterea fel ipsum per corpus spargit, qd̄ in sua uesica colligi deberet. & quā natura fellē substantiā ad intestina trāsmittit, ut sterora inficiat, quæ mox expultrices uires ad expellendū iriter: unde si uia à fellis uesica ad intestina obstruatur, in cumulum adeo ingentem, & in tam amplam copiam fel in sua uesica abundabit, ut ab ea contineri non possit: propterea per corpus spargitur, & cutē inficit. Alia causa potest esse temperatura biliosa, ob quam totus sanguis biliosus effectus sit, & hoc non solum secundum naturam, sed etiam secundum colorem. Omnes hi modi mali sunt: imò hic pessimus. tamen quandam in cura habuimus morbo regio & febre laborantem, cui iecorariam uenam incidi iussimus, totus sanguis erat luteus, excrementa lutea, lutea sputa, urinæ luteæ: huius totum corpus bile plenum erat, & (ut arbitror) nihil boni habebat, tamen ab hac febre liber effectus est: & nunc cum suo regio morbo superuiuit, & eisdem urinis, & excrementis, adeo ut eius anima in bile uiuat, uel potius in humore corrupto. At ne

huius uiri nomen desideres, est Sulpitius Tombesius, Philotheus quoque multas auriginis causas affert ex his quas superius citauimus. Eius uerba hæc sunt, *ικτέρθ· γίνεται ἐπιεμφραξία τοῦ χολώδους ἀγγείου, οὐκ ἀναφέρεται γὰρ ἢ χολὴ τὸ πτωκῆντα εἶναι τῶν ἐμφραξίῶν, καὶ ἀκαθάρτου ἀναδιδόται τὸ αἷμα, καὶ γίνεται ἱκτέρθ· γίνεται δὲ καὶ ἐν κεντρικῶν καὶ φλεγμῶν τῶν πᾶσι ἡπατῶν· ἐκχολούται γὰρ τὸ πτωκῆντα ὄλον τὸ αἷμα εἶναι τῶν δυσκρασιῶν, καὶ ἐκ ἰσχυροῦ ὄλον ἐκλύσαι ἢ χολιδόχ· λείπει, ἀλλ' ἀναδιδόται οὕτως χολωδίστρον τὸ αἷμα ἐν παντὶ σάματι, γίνεται ἱκτέρθ· γίνεται δὲ φυσικῶν τροπῶν τοῦδε, ἢ φυσικῶν λευκοῦν τῶν ἐν βλάδῃ μορίων λευκικῶν ἐκείτῃ τῶν ἄλλων ἀπὸ τῶν ἐκτὸς, καὶ γίνεται ἱκτέρθ· ὡσαύτ' ἔτι καύσου καὶ τριταίου τῆς φύσεως σπυρίους τὰ ἐν βλάδῃ τῶν μορίων, καὶ πῶς τὰ ἐκτὸς τῶν ἄλλων ἐκείτῃσι. οἷον πῶς τῆς ἐβδιδῆς ἡμέρας ἱκτέρθ· ἐν πυρρῶν ἀνιγνόμενθ· κακόν· idest, Morbus regius in obstructione uasis bilis fit: non enim bilis tunc ob obstructionē defertur, & impurus sanguis dispergitur, & fit morbus regius. Fit autem & indurato & inflammato iecore: tunc enim totus sanguis ob intemperiem biliosus fit, & uesicula fellis totum continere non potest, sed ad superiores partes, idest cutaneas, sic biliosus sanguis in toto corpore spargitur, & regius morbus fit. Fit autem naturali modo ita, Natura enim partes quæ intus sunt, & in profundo curat, materias ad illas quæ extra sunt, proijcit, & fit morbus regius: sicuti in ardente febre, & tertiana, natura putrefaciete partes illas quæ in profundo sunt, & ad eas quæ extra sunt, materiam proijciet: ut ante septimum diem morbi regij in febribus facti, malum. Hæc Philotheus.*

πῶς τῶν ἐπὶ τῆς ἡμέρας, κακόν· idest, Ante septimum diem, malum.] Nam quum hæc affectio ante septimum diem contingit, significatur, aut prædictas affectiones iecoris inesse, aut amplam bilis copiam abundare, quæ per totum corpus sparsa naturam stimulat atque irritat: irritata uero coctionem expectare non potest, sed ad ipsam circumferentiam transmittit. Oribasius uero malum esse dicit, quia natura superfluitatē non expellit, sed quantitas uincit. Si enim non fuisset ualde stimolata natura, non expulisset, nisi in die iudicatorio, in quo esset facta concoctio. Plinius libro sextodecimo, capite duodecimo, hunc aphorismum refert, & uidetur ferè Hippocratem latenter carpere, atque mordere: nam dicit, Morbum regium in oculis præcipue mirari est, tenuitatem illam densitatemque tunicarum felle subeunte. Hippocrates à septimo die in febre mortiferū signum esse docuit. Nos scimus uixisse aliquos etiam ab hac desperatione. De Plinio autē mirari oportet, qui putet Hippocratem uoluisse simpliciter ante septimū diem auriginem, mortale signum esse: nam & ante septimum si contingat, semper mortale non est. Propterea opus est pro Hippocrate intelligendo, Hippocratē ipsum in alijs locis uidisse, & totum Hippocratem sibi ipsi constantem reddere. Si igitur Plinius Hippocratem legisset in quarto libro De ratione uictus in morbis acutis, facile deprehēdisset, semper non esse mortale signum, eo enim loco docet, quando signum pestiferum, & quādo non, morbus regius fecerit. Nosque in dies uidemus, morbo regio affectos, qui ante septimum diem colorantur, sanari, & diu superuiuere. Hippocratis uerba hæc sunt, sectione octogesima prima eiusdem libri, In biliosa febre morbus regius cum rigore ante septimū diem enatus morbum soluit: si uero absque rigore præter occasionē superuenerit, pestiferum. In quo tamen loco Galenus animaduertit, quod neque ante septimum diem, neque post septimū morbus regius cum rigore ueniens soluit morbum: sed ita distinguendū iudicat, Febrientibus morbus regius superuenit, interdum quidem tanquam affectionis hepatis symptoma, interdum quoque & natura bilem per cutim excernere contēdente, sed nequeūte, ueluti in abscessibus omnibus fieri cōsueuit. Postea Galenus eum ex his morbis regijs qui febrē soluat, & qui non soluat, non exprimit. Nos uero Hippocratē intelligimus, quod soluit febrē quando ita fit cū rigore, ut materia quæ intus erat, expellat: expulsa autē supra musculos nota rigores inducit. Tamē, ut ad Pliniū redeamus, si Plinius in hūc Hippocratis aphorismū inuehit, profecto apud Pliniū non est legendū, à septimo die in febre, quod significat post septimū diē in febre: sed potius ante septimū diē in febre. Sic enim scribit Hipp. Galenus libro quinto De locis affectis, capite septimo, morbos quibus regius morbus fieri possit, diffusissime docet, & uenena enumerat, & uenena torum icūs, & omnia quæ superiora à nobis in ordinē descripta sunt: imō & à splene fieri dicit, sed color sulcior est, quæ si uel à iecore, uel per uia crīsis, uel per magnā bilis copiam in toto corpore fit. At non solū Plinius refert, uisos esse quibus superuenerit ante septimū diē morbus regius, & esse

& esse sanatos: sed et Auerrois quarto libro sui uoluminis inscripti Colliget capite xliij: ubi de signis malis prognosticis differēs, inq: Quod dicit Hippocrates, icteritia ueniēs ante septimū diem in acutis febrilibus malū, reprobātū est experientia in nostris terris: & si ueniat in quinta die, laudabile multū est uia ratione, & maxime in tēporibus calidis, & corporibus calidis. Et hæc est sentētia collegiorū medicorū omnīū Perfarū & Indiæ maioris, & pro maiori parte illorū de Entalis: & possibile est q̄ illud quod dixit, locū in Græcia habuit, quia terra illa, hac frigidior existit. Et istud qd̄ dixit Hipp. q̄ erat signū malū, est ideo, quia hæc est una ex reb. ex qua puenit crisis, & omnis crisis ueniēs ante digestionē est malum. Et possibile est q̄ uiderit in terris suis crises ueniētes per icteritiā ante septimū esse malas & sine digestionē. Hæc Auerrois. Nos quoq; multos uidimus ante septimū, morbū regiū incidisse, & sanatos esse: sed re uera nō erat exq̄situs morbus regiū: poniturq; ab Hipp. tanq; signū p̄niciosum: non aut tanq; signū, quod cum adsit, nullus euadere possit. imō si in Auerroim cauillari uoluerimus, ostendemus eius patiā esse frigidiorē Græcia. Sed hæc aliās, nos hic Hippocratē recte sensisse arbitramur.

GALENVS

MORBVS regius fit aliquando & iudicatorie reponente natura ad totū corpus, & præcipue ad cutem flauam bilem. Fit autem & huiuscemodi casus hepate male se habente. Ipsiū uero affectus ex quibus morbus regius solet aduenire, tres sunt, tumor durus, inflammatio, & obstructio. Verum tumor prædurus diutinus morbus existit. Inflammatio uero, & obstructio repente fieri possunt, & qui regij morbi ante septimū accidunt diem, ex aliquo istorum ortum habent, nam citius non potest iudicatorie bilis perducī ad corpus. Ante septimū quidem diem, morbum regiū esse malum uerum existit, non tamen post septimum uacare periculo est pariter uerum, neque hoc nunc dictum est. Potest enim & inflammatio, & obstructio longiori tempore permanere, ante septimum tamen bilem iudicatorie efferrī est impossibile. in quibusdam uero exemplaribus adiectum est aphorismo, circa finem, Nisi humores ex aluo prodeant, uolentibus his qui hæc adijciunt per aluum bilem expurgari.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus duas causas morbi regij adducit, una est quādo natura per uiam crisis ad cutem flauam bilem transmittit. Alia causa est mala iccoris affectio.

Quod legitur, Fit autem & huiuscemodi casus hepate male se habente. Græce est, *γινεται δὲ καὶ σὺ μάλιστα κακῶς πρὸς αὐτὸν ἡπαρ*. i. Fit autē & symptoma male agente iccore.

SECUNDO tria esse docet, per que iccoris ratione morbus regiū inducitur. unum est tumor durus, idest durities quæ in iccore persentitur: secundū est, inflammatio, quæ in iccore ipso fit: tertiuū est obstructio. forte Galenus obstructionē cōmuniter intelligit, tam in iccore existentē, quā in uis, ut in uia folliculi fellis, aut fellis ad intestina uia.

Quod legitur, Ipsiū uero affectus, Græce habetur, *αὐτὸ κακῶς πρὸς αὐτὸν*, idest malum negotiū autem ipsius, uel malus affectus.

TERTIO Galenus illa tria simul cōparat, quia prædurus tumor est morbus diuturnus, propterea morbū regiū cito inferre non potest. Sed regius morbus ex inflammatione, aut obstructione cito fieri potest, propterea qui ante septimū hūnt, ab his causis depēdent, ideo mali sunt, quia bilis per bonā crīsim non potest ita cito per corpus p̄dūci. In aliquibus cōtextibus ubi legit, Et obstructio repēte fieri possunt, addit quarto die: tamen nec in meo antiquo, nec in Aldino particula hæc inueniē, quā nec addendā esse putamus.

QUARTO infert, ante septimū diem regiū morbū malum esse: tamē ex his Hipp. uerbis inferri nō licet, q̄ post septimū diem periculo uacet: nec ab Hippocrate hoc uel dicitur uel intēditur: nam obstructio & inflammatio, longiori tempore permanere possunt: sed hoc non tollit q̄ ante septimum bilis ipsa per uiam crisis excerni non possit.

Qd̄ legit, Ante septimū quidē diē. Græce habet, *ἐν πρῶτῳ ἡβδύμῳ ἡμέρας*. i. ante septimū enim legendū est, Igit̄ quā quidē, quia Galenus in hac parte cōcludit.

Quod etiā legit, Ante septimū tamē bilē iudicatorie efferrī est impossibile. Illud uerbum, efferrī: Græce est, *ἀναχθῆναι*, i. resolui, uel effusum esse. Deniq; Galenus notat, in quibusdā exemplaribus in fine adiectū esse, nisi humores ex aluo prodeant: quia si prodierit, humores expurgari possent. Itaq; malū non sequerēt, cōtextus Hagonēsis ita habet in fine, *ἢ μὴ ἴσως ὁσὸν ὑγρῶν ἢ τῶν κοιλίαν γινῶνται*. Idēq; in suo cōtextu Philotheus habet.

QVibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres solvuntur.

BRASAVOLVS

FEBRIVM differentia hæc una est, quod aliquæ non intermittentes, aliquæ intermittentes. Non intermittentes à materia quæ in uenis existit, fiunt: propterea sine rigore, sine frigore, & sine alio simili fiunt. Quæ autem ex materia extra uenas inducuntur, intermittentes fiunt, & cum rigore & frigore incipiunt. At si in non intermittētibus frigus quandoq; fieri contingat, malum est, & priuatium appellatur. febres intermittētes, quæ per rigorem huius generis esse cognoscuntur, qui quotidie fit, etiā quotidie solvuntur: quoniam tota materia, quæ particularē febrem facit, una & eadem die resoluitur: & si altera febris fieri debeat, necesse est materiam nouam aggregari, quæ illam faciat. Philotheus hoc modo aphorismum introducit, πῶς ἀφημερινοῦ ἡμετέρας, ἢ σφίσι ἢ ἄλλοις τὸ ἀφημερινοῦ ἢ ἀπὸ τῆς φρασεως. idest, De una die affligente disputatur, & ex ipso genere locutionis, aphorismi sensus manifestatur.

οἷσσισι μὴ ποῖσι πυρετοῖσι καὶ ἡμέτερος ἡμετέρας ἡμέτερος ἡμετέρος. idest, Quibuscumq; in febribus quotidie rigores fiunt. Theodorus legit Frigus, & non Rigores, tamen utriusq; uerum est, uel frigus sit, uel rigor, uel utriusq; simul, à materia extra uenas existente gignitur, quæ in una accessione consumitur.

καὶ ἡμέτερος οἱ πυρετοῖσι λύονται. idest, Quotidie febres solvuntur. Quoniam quotidie tota materia quæ accessionem facit, resoluitur. Nam aphorismus solum uerum est in intermittētibus febribus, ut tertiana est, & quartana. In quotidiana etiam, si suas sex quietis horas habuerit; tamen raro est, quod à quotidiana æger sit penitus mundus & liber; semp enim aliquid habet, quod si non sit perceptibilis febris, est tamen falsa quies. Idem uero est falsa quies, & quietem non habere. propterea potissimum in tertiana, quartana, quintana, sextana, octona, & in similibus, Hippocratis aphorismus uerum est; & in genere hoc nunquam fallit, quum frigus aut rigor apparēt, intermittens est, & materia est extra uenas, & is qui patitur quotidie, à febre liberatur: quia materia quæ particularem accessionem facit, quotidie resoluitur, quanto cunq; tempore intermissio fiat, uel de tertio in tertium, uel de quarto in quartum. Ratio uero aphorismi est (ut Philotheus dicit) quoniam ἡ ὕλη ἐκ τῆς ἀρχαίας ἐπιπέσει, εἰς ἡμέτερος ὅσα τὸν πυρετὸν ἡ ποῖσι. idest, Materia extra uasa effunditur, si intus existens febrem faciebat. Idem Philotheus dubiū facit de hemitritæo, inquiens, ἀλλ' ἀφεροῖσι πῆσι λέγοντες, καὶ πῶς ἔστι τὸ ἡμετεροῦ καὶ ἡμέτερος ἡμέτερος ποῖσι καὶ οὐ πάντως ὁ πυρετός. καὶ λέγοντες, ὅτι πῶς τὸ ἀπλοῦ πυρετοῦ ὁ λόγος ἰπποκράτη νῦν, οὐ πῶς σωθῆτε. ὅτι δὲ σωθῆτε ὅστις ἐκ δύο πυρετῶν, ἀπὸ τῆς συνεχῆς ἀφημερινοῦ, καὶ τριταίου ἡμετεροῦ. idest, Sed dubitant quidam dicentes, & quomodo in hemitritæo quotidie rigore facto, non cessat febris? Et dicimus, quod de simplici febre Hippocrati nunc sermo est, non de composita. Hæc autē ex duabus febribus composita est, ex non intermittente quotidiana, & tertiana intermittente. Orbisius uidetur legere Frigus, & non rigor. Et Hippocrates prope finem libri De morborū decretorio, inquit, Quibus frigus in febre superuenit, febris soluitur: de frigore sermonem habet, & non de rigore; tamen (ut diximus) utriusq; uerum est: imò in non intermittētibus non fit rigor, nisi uel ad malum, si in sexto die contingat; uel ad bonum, si in intermittētem transiuerit. Frigus tamen in non intermittētibus bene superuenire potest. Sed, ut dictum est, potius priuatium nuncupari debet, quàm positiuum. & ita recentes ipsum nuncuparunt. Tamen sunt aliquæ intermittentes, quæ eadem die non finiunt: sed ad quadragesimam, & quadragesimam octauam horam pertingunt; sed hæc non fiunt à pura materia, imò à ual de mixta. Vel intellige, quotidie solvuntur, idest antequàm aliā accessio contingat, febres solvuntur.

GALENVS

CVM bile per omnem corporis habitum mota rigores accidant, atq; ideo singulis accessionibus expurgetur, atq; euacuetur, non absq; ratione ad infebrecitationem peruenit talium febrium intermissio. Hoc igitur est quod nunc dictum est ab eo, quotidie

quod febris soluitur
quodam modo rigores
quodam modo per
quodam modo in quibus
quodam modo prout
quodam modo

PHILOTHEUS Galenus
proph. habitum mota
RIGORIS ratione
quodam modo illa bilis qua
quod legitur. Atque
PHILOTHEUS Galenus
quodam modo si sunt de
quodam modo de soluitur, necesse
quodam modo quæ accellio
quodam modo in corpore per
quodam modo coarctatur, in
quodam modo coram p
quod in fine legatur
quodam modo. Et hoc in am
quodam modo expressit. Et
quodam modo. Et alij morbi nunt
quodam modo habebat. Et ita
quodam modo legatur

Quibus in febribus
Quodam modo
bonum.

PHILOTHEUS Galenus
quodam modo regium esse
quodam modo licet dicitur bonum
quodam modo dies enumerat
quodam modo in febribus
quodam modo bonum legatur
quodam modo in febribus dicitur
quodam modo enim non dicitur
quodam modo capite octauo
quodam modo. Et autem hoc
quodam modo iudicatur per
quodam modo figura præcisa
quodam modo quodam modo
quodam modo computat eam
quodam modo saltem significat
quodam modo fieri quæ tam
quodam modo ad sup. etiam
quodam modo Hippocrate
quodam modo. Et hoc in am
quodam modo. Et hoc in am
quodam modo. Et hoc in am
quodam modo. Et hoc in am

quotidie febres solvuntur: ac si dixisset, ægrotos quotidie sine febre fieri: sicuti autem quem admodum quotidie rigores fiunt, quotidie etiam febres cessant, sic videlicet si & per tertium diem, uel etiam per quartum, quod scilicet fieri uidetur, & in tertianis & in quartanis circuitibus, in quibus febres solvuntur, & rursus redeunt. Remanet tamen quædam dispositio præter naturam in corpore, à qua secundum circuitum febres, & alij casus generantur.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus causam refert, quomodo rigores fiant. Fiunt enim bile per omnem corporis habitum mota, præsertim supra musculosas partes.

SECUNDO rationem assignat, cur febres quotidie solvantur: quia in singulis accessionibus illa bilis quæ febrem facit, expurgatur atque euacuatur.

Quod legitur, Atque ideo: Græce habetur, *ὅτι ἡ βίλη καθαίρεται*. idest, Et propter hoc.

TERTIO Galenus aphorismum intelligit, si quotidie rigores fiant, febres quotidie cessant, etiam si fiant de tertio in tertium, uel de quarto in quartum solvantur. Sed quod eadem die solvantur, necesse non est: satis enim est, quod ante aliam accessionem solvantur, ut in quartana. Denique Galenus docet, quod in intermittētibz & si tota materia resoluitur, quæ accessionem facit, & sine febre persistet, tamen quædam dispositio præter naturam in corpore permanet, à qua fiunt per circuitum febres. nam humores in loco quodam coaceruantur, in quo est minera & mala ista qualitas quæ illos humores afficit, qui sunt apti corrumpi: ideo corrumpuntur, & alia fit accessio.

Quod in fine legitur, Et alij casus generantur: Græce habetur, *καὶ τὰ ἄλλα συμπτώματα γίνονται*. Et hoc in antiquo nostro exemplari, Putamusque hunc esse Galeni sensum, quæ Leoniceus expressit. tamen contextus Aldinus legit, *καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα γίνονται*, idest Et alij morbi fiunt. non autem alij casus, uel alia symptomata: ut Leoniceus in suo codice habebat: & ita præcise in meo scriptum est. utrunque dici potest: sed potius laudo quod *συμπτώματα* legamus.

APHORISMVS LXIIII

Quibus in febribus morbus regius septimo uel nono uel undecimo uel quarto decimo superuenerit, bonum, nisi dextrum ilium obduruerit: si uero non, non bonum.

BRASAVOLVS

IN sexagesimosecundo aphorismo ab Hippocrate dictum est, Ante septimum diem morbum regium esse, malum, tamen ob id sequi non oportebat, si post septimum fiat, quod bonum sit: sed tantum bonum est, si in die iudicatorio fit, propterea serè coactus est Hippocrates dies enumerare, in quibus bonum est: & si non omnes, saltem aliquos: unde si in febribus, regius morbus septimo die superueniat, uel nono, uel undecimo, uel quartodecimo, bonum signum est: quia significatur à natura factam esse bonam crism, quoniam in iudicatorio die facta est. Sed unum addere oportet, nisi dextrum ilium obduruerit, tunc enim non est adeo bonum, quia in iecore mala aliqua erit affectio. Vnde & à Celso dicitur capite octauo secundi libri: At in morbo arquato durum fieri iecur, periculosissimum. Si autem hic morbus in præscriptis diebus non fiat, bonum non est: quia in diebus iudicatorijs non fit. Est autem tunc potissimum bonum signum, quoniam coctionis signa præuisa sunt.

ὁμοιοτητα ἐν τοῖς πυρετοῖς. idest, Quibuscunque in febribus.] Quia si non esset febris, dies non computarentur: nam sine febre quandoque ueniat, semper est mala: etenim obstructionem saltem significat. Oribasius dicit, Hippocratem laudare, in febribus morbum regium fieri: quia iam neutra est ægritudo, & natura ualidior eiecit ipsum humorem noxium ad superficiem: unde fit iudicatio febris. Oribasiū intellige quod dicat, In diebus ab Hippocrate numeratis, non autem simpliciter in febribus, quia in alijs diebus malum est.

Τὸ ἐβδομῆ, ἢ τῆς ὄγδοῆς, ἢ τῆς ἑνδεκάτης, ἢ τῆς τεσσαρτενδεκάτης ἡμέρας ἀληθινοῦ ἀγασθῆναι. idest, Septimo, uel nono, uel undecimo, uel quartodecimo, morbus regius superuenit, bonum.] Quia in die iudicatorio accidit, in quo natura quicquid mali in nostro corpore

corpore continetur totis uiribus expellere conatur: at quartumdecimū diem non pertransit, quia biliosa materia acutum morbum inducit, cuius terminus est decimus quartus dies. Si hic dies pertranseat, regius morbus niger ex atra bile potius fit. At hic de bilioso sermonem habet, ut ex hoc colligi possit, quia hoc in loco quartumdecimum diem non pertransit. Oribasius hic dicit, morbum regiū fieri ex quantitate & qualitate, ex qualitate fit, quoties abundans fuerit biliosus humor, & sursum tetenderit: ex quantitate fit, quoties humor fuerit in iecore: tumor namque exprimit fel illud, iactatque ad iuperficiem. Philotheus uero dicit, hos morbos regios esse bonos, quoniam νόμος φύσις γὰρ νόσασιν ἢ χειρίμοις ἡμέραις φανέντων. idest, lege naturæ facti sunt in iudicatorijs diebus apparentes. Additque hic author, quod ab Hippocrate tres dies positi sunt, πῶς διοισμοῦ, idest ad distinctionem.

ἢ ἢ μὴ τὸ ὑποχόνδριον τὸ δεξιὸν σκληρὸν γρήττου. idest, nisi hypochondrium dexterum obduruerit. Noster antiquus contextus non σκληρὸν, sed σκληρότερον, idest magis durum effectum sit, legebat, Celsus ὑποχόνδρια uocat præcordia non autem ilia, capite primo quarti libri, ubi ponit, sub præcordijs à latere dextero iecur, à sinistro lienem: quamuis in eo capite dubius sit. Sed capite tertio secundi libri, ubi de bonis signis ægrotantium loquitur, hoc dicit: si præcordia eius sine ullo sensu doloris, æqualiter mollia in utraque parte sint, hoc autem accipit ex libro Prognosticorum Hippocratis Celsus, ubi Hippocrates utitur uocabulo hypochondrium. Et quod Celsus hanc partem ilia appellare non possit, ex ipso colligi potest capite primo quarti libri prope finem, ubi dicit: ipsa autem ilia inter coxas & pubem imo uentre posita sunt, à quibus ac pube abdomē sursum uersus ad præcordia peruenit. Vides igitur secūdam ipsū supra præcordia supra abdomen esse: abdomen uero ad umbilicum uenit. Ideo præcordia partem supra umbilicum statim occupabunt. Propterea nos hic interpretādum putamus secundum Celsum præcordia & non ilia, ut Theodorus & Leonicensus transfulerunt: imò si Celsum ipsum libro tertio, capite uigesimoquarto contemplemur, ubi de cura morbi regiū differit, hunc aphorismum describit, & præcordia interpretatur. Verba eius hæc sunt: quem Hippocrates ait, si post septimum diem febricitante ægro superuenit tutum esse, mollibus tantummodo præcordijs substantibus. ut facile uideri possit per hoc uocabulum præcordia, ὑποχόνδρια intelligere. Idem accipitur capite quarto secundi libri, ubi simul edocemur, periculum esse, quando in dextera parte dura permanent. Ibi enim de morbo regio loquens, inquit, Post arquatū morbum febrem oriri, utique si præcordia dextera parte dura manferint, ac dolentibus his leua, periculosus est. Hippocrates uero id intelligit, quod sub præcordijs continetur, idest nisi hepar, quod est sub hypochondrio dextero obduruerit: quia quum hæc partes duræ sunt, semper malum est: ut in libro Prognosticorum edocuerat. In quocunque igitur die morbus regius contingat, si dexterum hypochondrium obduruerit, semper malum est, quia, ut dicit Philotheus, φλεγμονὴ ἐστὶ τὸ ἥπαρ. idest, inflammatio iecoris est. Oribasius alio modo aphorismum intelligere uidetur, quam fecerimus: inquit enim, Si ex duritia iecoris arquatū fiat, bonū est: quia relaxatio est aliqua. Si enim non fuerit arquatū, maius malum est. Fortè Oribasius intelligit, Si obduruerit dexterum latus, minus malum est morbo regio correptum esse, quam non habere, si obdurecat hepar, quia in morbo regio aliqua materię portio saltem ablata est.

ἢ ἢ μὴ, οὐκ ἀγαθόν. idest, Si autem non, non bonum. Hæc pars ab Oribasio ad dexterum hypochondrium applicari uidetur. Si autem non, idest si non ita sit, quod iecur obdurecat, & morbum regium habeat, non est bonum: sed peius est, quia in iecore tota biliosi humoris massa retinetur, & nihil emittitur: melius autem est, quod materię portio emittatur. Putamus nos meliorem sensum esse, si hæc pars ad iudicatorios dies enumeratos referatur: ut sensus sit, Si morbus regius in diebus enumeratis non fiat, bonum non est: quia in iudicatorio die non fit, tamen ita malum non est, sicuti quādo ante septimum cōtingit. Propterea hic non dixit esse malū, sed non esse bonum. Philotheus uero intelligit, si dextrum ilium obduruerit, idest iecur inflammationem patiat, καὶ ἢ καὶ σίμοις ἡμέραις ὑπὸ γρήττου ἰκτὸρ. καὶ ἢ ἢ μὴ, οὐκ ἀγαθόν, ἢ ἢ μὴ τὸ νοσερὸς δὲ καὶ ἐπὶ τὸ ἥπαρ. idest, & si in diebus iudicatorijs morbus regius fiat, malū est: quoniam hepar morbose dispositū est. Vnde iudicatorij dies regiū morbū ad bonū terminari nō faciūt, si hepar inflammationē patiat.

GALENVS

QVI ante hunc scribitur aphorismus absq; ordine mihi uidetur fuisse interiectus. Melius enim fuisset, hunc qui nunc scribitur aphorismum illi fuisse coniunctum, in quo ait, Quibus in febris morbus regius ante diem septimū accidit, malum: ut totus sermo talis procedat, Ante septimum quidem diem morbum accidere regium, malum omnino: post septimū uero, optimum, nisi dextrum ilium obduruerit. id est, nisi alius quis malus affectus, ex his quos antea diximus, uisceri hepatis acciderit. Expurgato enim in ipso sanguine, & bile translata ex uenis ad meatus bilem recipientes, siue obstructio fuerit in locis ad quæ trāsfertur, siue inflammatio aliqua, uel durus tumor, necessarium omnino non expurgari sanguinem, & una cum ipso bilem per totum corpus deferri, & hinc morbum regium generari.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus notat, præcedētem aphorismum sine ordine fuisse interpositum, quia hic potius sexagesimum secundum aphorismum sequi debebat.

SECUNDO duos illos aphorismos unā continuat, ut dicat, Morbum regium ante septimum diem, malum: post septimum uero, bonum; nisi pars dextera præcordiorum obduruerit. i. nisi iecur aut duritiem aut inflammationem aut obstructionem habuerit.

Quod legitur, Post septimum uero, optimum. Græce non habetur Optimum, sed *ἄριστον*, id est bonum, & ita dici oportet. Imò dubium contra Galenum incidere posset: quia uerum non uidetur: si post septimum accidat, bonum esse, nam bonum nō est, si in non iudicatorio die contingat. Propterea dicere oportet, Galenum intelligere bonum esse post septimum, in uno die ex his qui ab Hippocrate numerantur.

In toto hoc Commento, quod à Leoniceno interpretatum est Ilium, Græce habetur *ὑπερῶνδρον*, quod præcordia interpretari debet, ut superius ostensum est.

TERTIO aphorismi rationem reddit, nam in iecore sanguis purgatur, & à bile separatur. Si autem in illa parte ad quam bilis duci oporteret, obstructio sit, uel inflammatio, uel tumor prædurus, bilis cum sanguine per totum corpus decurrit: & ita hic morbus qui regius appellatur, infertur.

Quod legitur, Visceri hepatis acciderit: potius legendum est Visceri hepatis, uidelicet acciderit.

Quod legitur, Et bile translata ex uenis: hæc particula in nostro antiquiori contextu, & in Aldino eodem modo dicit, *ἐκ τῆς φλεβίδος*, id est, ex uenis. At antiquus noster à quodam probo uiro correctus est, & legit *ἐκ τῆς κοιλίδος*, id est ex uentribus, uel cauitatibus: quod forte magis conueniens est, quia in illis iecoris partibus, bilis inuenitur.

APHORISMVS LXV

In febris circa uentriculum, & fortis æstus, & cordis morsus, uel dolor, malum.

BRASAVOLVS

QUVM aliquis acuta febre correptus sit, quam hæc symptomata concomitentur, magnum circa uentriculum incendium & cordis morsus, malum signum est. Nam ex hoc significatur bilem ualde putrefactam uentriculum & potissimum os eius occupare, quod antiqui cor appellarunt. Ipsa enim bilis duo ista inducit, & intensissimum calorem, & cordis morsum; de quo statim dicemus. Oris alius dicit, malum esse signum, quia significatur bilem uicisse naturam.

ἢ τῶν πυρρῶν, id est, In febris.] supple tu, Intensis & acutis, nam bilis illa, quæ incendium infert, necessario & intensam febrem inferre consueuit.

ἢ τῶν κοιλίδων, id est, Circa uentriculum.] Theodorus interpretatur, Circa aluum. Sed aptius est intelligere, Circa uentriculum: qui ab hoc uocabulo *κοιλία* significatur. Quis & aliàs Leonicenus interpretatus sit *κοιλίαν*, id est aluum, nam aphorismo quinto tertij libri, ubi Hippocrates dicit, Boream facere *κοιλίας σκληρὰς*, ipse interpretat aluos duras: at pro ratioe rei de qua sermo fit, interpretari oportet: modo uentriculū, ut in hoc loco modo inferiorē partem, ut in aphorismo præcitato; tamē hoc uocabulū *κοιλία* infertiorē

riorem uentrem semper significat, qui est à uentriculo inferius, uentriculum etiam capiētes, & quod uentriculus intelligi debeat, ex Philotheo colligi potest dicente, *ουλιαν λεγα νυν, τὸ σποδίζου, καὶ δὴλον ἐκ τῶ ἐπιπέου τῶ καρδιαγμού.* idest, Nunc coelian uocat, cibi receptaculum. & manifestum hoc est, ex eo quod dicit, cordis morsum. Nempe hic morsus circa os uentriculi infertur, propterea sequitur Philotheus *ἐστὶ οὖν τὸ αὐτῶ ἀδου τῶν σμαχου πῆ δὴ φησι τὸ χυμῶ, καὶ ὄν.* idest, Quoniā igitur os uentriculi humoris morsu debilitatur, malum.

καῦμα ἰσχυρόν. idest, Fortis æstus.] Hæc intentissima caliditas in alia parte esse non potest, nisi in ista. Et (ut Galenus dicit) à bile fit in uentriculi tunicis ebulliente; nam (ut dicit Oribasius) signum est, bilem uicisse naturam; nam ueniens ad stomachum, illic retinetur, & ebulliens (ut Galenus dicit) in illa parte æstum maximum facit. Est uero æstus intensissimus calor, de quo summe conqueritur æger, & circa illam partem ardere se dicit. A medico uero cognoscitur ex magna linguæ ariditate, quam æger habet, & ex febris intensione, quam ex pulsū percipit, & etiam ex calore ad tactum.

καὶ καρδιαγμός, καὶ ὄν. idest, Et cordis morsus, malum.] Quod in Leoniceni interpretatione legitur Vel dolor, obelo confodiendum est. Theodorus, dolorem cordis interpretatur, non autem morsum cordis; de quo superius aphorismo decimosextimo secundum di libri sermonem habuimus. Pro hoc autem loco intelligendo scire oportet, hoc uocabulum *καρδιαγμός*, oris uentriculi morsum, qui à bile fit, significare: & quandoque uerbi cordis tremorem significat; ut Galenus in Commento edocebit. Oribasius dicit inferri hos morsus, quia bilis in uentriculi ore detinetur: ideo excitat mordicationem; & quia os uentriculi uitiosum est, compatitur illi cerebrum, ubi est principium uitæ, & ideo est malum totius corporis. At potius dicendum erat, ut Galenus facit, cor compati, namque ex oris uentriculi passione compatitur, quod à bile mordicatur, unde uel intelligas os uentriculi morderi, uel cor ipsum, est malum; sed de corde peius est, in quo (ut Galenus fatetur) uis uitalis inuenitur. Ille autem cordis tremor in corde fit, aut ob uirium defectum, in quibus cor agitur, ut uires resumatur; at si quid nociuū expellere tenet, & motum illum tremulum facit. Aut est uis ipsius, quæ id quod nociuum in ipso est, expellere conatur, uel fit biliosa materia, uel alia, itaque tremit.

GALENVS

QUOD non solum ei uisceri, quod sua natura palpat, cor nomen fuit apud antiquos, sed etiam ori uentriculi, pro confesso habetur apud omnes, sicuti etiā quod cordialgiam, idest cordis dolorē, huius partis dolores appellant, & uerbum cardiōsin apud Græcos, plurimi exponētium aphorismos pro cordialgin, idest cordolere accipiunt: nonnulli ipsius uisceris motum quandam palpitationi similem, per cardiogmon uerbum intellexerunt. Fortis itaque uentriculi æstus à flaua bile in ipsius tunicis ebullientis generatur. Rationabiliter autē his qui ita affecti sunt, & uentriculi mordetur os, atque ob id malus est castus. Si quis uero per cardiogmon uerbum, quo Hippocrates utitur in aphorismo, crebrum, & uelocem cordis motum, & præcipue etiam similem palpitationi intellexerit, extremum ex eo malum significatur, uim scilicet uitalem maximo incendio laborare.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, nomē hoc cor apud omnes significare, non solum uerum cor, quod suapte natura palpat, sed etiam os uentriculi. Cor enim sua natura σφίζα, id est salit, mouetur, uel palpat.

SECUNDO etiam docet apud omnes uocabulum *καρδιαλγίαν*, significare huius morbi *ἀλγῆμα*, idest huius partis, scilicet oris uentriculi dolorem; & multi aphorismorum interpretes utuntur hoc uerbo *καρδιασσειν*, pro eo quod est *καρδιαλγῆν*. i. dolere cor.

TERTIO docet, quosdam intelligere per *καρδιαγμού*, non dolorem uel morsum oris uentriculi, sed ipsius uisceris, idest cordis motum quandam similem palpitationi.

Quod legitur, Nonnulli ipsius uisceris; Græce habetur, *ἤτοι δὲ τὸ καρδιασσειν, λέγεται δὲ τὸ σφίζου, idest nonnulli autem ipsius cordis, dico autem uisceris: ut hæc pars tota desit, cordis dico autem uisceris.*

Quod etiam legitur, Motum quandam palpitationi similem; Græce habetur, *λείψου*

πνευματώδης, idest motum quendam tremori similem, etenim *πνευμός* tremor est, qualis is qui in febre fieri solet.

QUARTO Galenus docet, fortem uentriculi æstum à bile in ipsius tunicis ebulliente fieri. propterea non mirum si æstus inducatur, & morbus, & praua symptomata consequantur.

QUINTO docet, si quis per *καρδιαγών*, ueri cordis motū, uelocem, & tremulum intelligere uoluerit & non oris uentriculi, tanto peius erit, quia significabitur uim uitalem, hoc est cor ipsum cui uis uitalis inhaeret maximo incendio laborare, imò & ipsam uim esse defectam.

APHORISMVS LXVI

IN acutis febribus conuulsiones, & circa uiscera dolores fortes, malum.

BRASAVOLVS

SÆPIVS dictum est, cōuulsionem ex repletionem, & ex inanitione fieri. Si in febre acuta conuulsio sit, ex inanitione & siccitate factam esse, potius quàm ex repletionem iudicare oportet. At conuulsiones ex inanitione letales sunt, propterea cum in febre acuta conuulsionem uideris, & circa uiscera dolores qui intensi sint, de hoc uiro qui ita laborat, male iudicato. Tamen possent etiam ex ui febris humores multi ad neruos detruhi, & conuulsionem ex repletionem inferre, quod & malum esset: sed non adeo malum, ut id quod ex siccitate fit. At Hippocrates potius intelligendus est, quando ob siccitatem hæc fiunt. tunc enim ratione febris, & non alterius ratione inferuntur.

ἢ πῶς πυρεθῶσι πῶσι ὀφείν. idest, In acutis febribus.] Quamuis in omni febre malū sit, uel acuta, uel nō acuta sit: sed in acuta peius, tum quia & ipsa periculosior: tum quia genus spasmi ex siccitate est, quod mortem inferre solet, & febrem cōsequitur. Hæc autem conuulsio, quæ ex repletionem est, febris ratione non consequitur.

οἱ σπασμοί. idest, Conuulsiones.] Quæ ex siccitate potissimum & inanitionem fiunt, nam hæc potissimum ex febrili calore intenso dependent.

καὶ οἱ πῶς τὰ σπασμῶνα πῶς οἱ ἰσχυροὶ καὶ πῶς. idest, Et circa uiscera dolores fortes, malum.] Fiunt autem ob multas causas circa uiscera fortes dolores, propter uiscerum inflammationem, propter magnam obstructionem, propter abscessum. Quod autem huiusmodi dolores periculosi sint, etiam si febris acuta non sit, dubitare non opus, propterea cum hæc de se mala sint, tanto magis cum acuta febre periculosa erunt. ideo Galenus conuulsionem intelligit in extis, & intraneis partibus ex siccitate factam, quæ ab intenso febris calore inducitur, quod & Philotheus intelligit. unde & Oribasius infert nullam esse spem uitæ, si acutæ febris acuta superuenerit affectio: & ideo uel dolorem intelligas ex supradictis causis factum, inflammationem inquam, duritiem, uel obstructionem, & ita nulla est uitæ spes: uel dolorē intelligas ex febrili siccitate factum, qui etiam malus erit. nam intensam caliditatem uiscera exiccantem & mortem inducentem denotabit. Sunt uero apud Græcos *σπασμῶνα* ea quæ à Latinis exta, & uiscera nuncupantur. uocabulum est ab aruspiciis sumptum, quo potissimum principaliora intranea significabant, ut cor, iecur, pulmo: tamen & in medica arte pro intrinsecis omnibus partibus, quæ cunctæ illæ sint, usurpatur. Si antiquos obseruemus in uictimis, uidentur in iecore præsertim uti uocabulo *σπασμῶνον*, quia aruspices iecur potissimum inspectabāt: tamē & pro alio uiscere etiam sumitur. In aphorismi proposito pro omni intrinseca parte accipitur, quia exiccata, mors sequi possit, uel sint etiam intestina uel uentriculus (imò & hæc partes ab aruspiciibus quandoq; considerabantur) uel sit una principalior pars. Philotheus uero per *σπασμῶνα* *σπασμῶνα* interpretatur.

GALENVS

FEBRES uehementes, ueluti ignis neruos exiccantes eos extendunt, atq; conuulsunt, atq; hoc modo malas afferunt conuulsiones. Nonnumquam uero & uiscera ipsa in tali affectu dolorem sentiunt propter incendij uehementiam, ac siccitatem, atq; idcirco malum esse inquit. Peior autem fuerit, si fortes dolores acciderint. Scimus autem

tem quòd propter inflammationem, uel herysipelas, uel fortem obstructionem, uel abscessum aliquem, in uisceribus dolores fiunt, sed nō fit uerisimile, ut de his nunc sermo habeatur ab ipso. Manifestum enim in ipsis periculum, quod neq; necessario adiūgitur conuulsioni, & cum Hippocrates in febribus dicit morbos febriles, intelligit quādo febres ipsæ sunt passio, & non casus partis alicuius, quæ aliquo dictorū affectuū laboret.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, prauas esse conuulsiones, quæ in uehementi febre contingūt. quoniam ex siccitate fiunt, nam febrilis calor neruos exiccat eodem modo, quo facit ignis, propterea extenduntur, & conuelluntur.

SECUNDO docet, & ipsa uiscera eodem modo exicari, & propter hanc ingētem siccitatem dolorem pati, & ideo malum est.

Quod legitur, Malū esse inquiunt, Græce habetur, malū esse inquit, nam dicit φησὶ. TERTIO Galenus prohibet ne aphorismum de his uiscerum doloribus intelligamus, qui ex inflammatione, erysipelate, obstructione uehemēti, uel abscessu fiunt, quia uerisimile non est, quod de his Hippocrates loquatur. in his enim per se periculum est, & non est opus quod conuulsioni iungatur, sed ipsa ex se absq; cōuulsione letalia sunt. Adde, quando Hippocrates dicit, in febribus, semper intelligere consueuit morbos febriles, quādo ipsæ febres, ut febres & passiones id faciunt, & non sint aliarum partium symptomata. Itaq; febres non sint aliorum morborū symptomata: ut in his esse posset, in quibus febris ab illis dispositionibus dependeret.

Quod legitur, Intelligit, legendum est, intelligere consueuit, uel dicere, nam Græcus contextus ita habet, εἰς αὐτὸ λέγειται.

APHORISMVS LXVII

IN febribus, ex somnis timores, uel conuulsiones, malum.

BRASAVOLVS

HÆC non solum in febribus mala sunt, sed etiam sine febre; in febribus tamen peiora, timores scilicet & cōuulsiones: per hæc enim multas prauas materias in corpore esse significatur, quæ dum homo dormit agitantur & cōmouentur, & timores inducunt, præsertim si naturam atrabiliariam habeant, & conuulsiones, propterea aliud prædicere non possumus, quā malum. Philotheus putat præcedentem aphorismū, & alios multos de spasmus tractare, propterea inquit, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ποδὶ αὐακμῶ δαλεγεινῶν. idest, Et hic de spasmus differitur.

ἐν τοῖσι πυρεσισιν. idest, In febribus.] Supple tu, acutis, quia illæ quæ acutæ non sunt, raro hæc symptomata habent, & ita grauiā non sunt.

οἱ ἐκ τῶν υπνωγ φόβοι. idest, Ex somnis timores.] Qui ratione febris contingant, & non ratione somni, propterea opus est, hoc in illa parte febris intelligere, in qua potius timores, & symptomata omnia sedari deberēt. unde ab ipso Hippocrate in primo aphorismo secundi libri dictum est, ubi somnus laborem præstat, mortale; & de somno in de clinatione factō intelligebatur, idest in tali tēpore in quali somnus potius prodesse, q̄ obesse consueuit; & ideo hic per febre, illam febris horā intelligamus, in qua somnus prodesse deberet, quæ est hora declinationis. si enim in principio accessions in somnis timores fiant, mirum non est. quia in tali hora æger dormire non debet, & ita si in augmento uel in statu fiant. Sed si in declinatione contingant, in qua somni prodesse consueuerunt, malum est. quoniam sicuti in secundo aphorismo secundi libri dicebat, ubi somnus delirium sedat, bonum. Itaq; per oppositum ubi somnus timorē facit, malum. Timor autem fit uel ob atrabiliaris materias corpori & cerebro inexistentes, quæ somni tempore mouentur, uel ob fumos qui à prauis materiis eleuantur, præsertim atrabiliaris os uentriculi occupantibus, & in caput ascendentibus: timoresq; inducuntur, qui potissimum in somnis fiunt, quoniam tūc naturalis calor intus retractus, & fortior effectus, has materias magis agit, & commouet, propterea cerebrū facilius occupant, unde Orbasius hunc aphorismum interpretari uolens inquit, consideremus quomodo fit

dis fiat

dis fiat pavor, primum euenit ijs quibus applicatur gladius, aut quibus subito perturbatio aliqua anime oboritur, alijsq; multis causis. Hunc pavorē uapor aliquis excitat, qui ascendit ad cerebrum, cuius substantia est alba. dum enim tincta fuerit ipso uapore, & inde læsa, tunc sensus hominis, quasi in alienum ingrediuntur, non cognoscētes se, alienatur mens, & fit pavor, & ideo malum est, quia patitur totius corporis principiū. Hic autem Oribasii casus & intellectus est adhuc peior, quia simul ponit deliria cum timoribus. Galenus animaduertit, in aliquibus contextibus non legi φόβος, idest timores, sed πόνος, idest labores, & nos uarios legimus cōtextus utrunq; habentes hoc modo, οἱ ἐκ τῶ ὕπνου φόβοι καὶ πόνοι, idest ex somnis timores, & labores. & reuera si utraq; hæc symptomata iūcta sint, adhuc peius erit, imò & soli labores in febre ex somnis semper malum portendunt.

ἢ σπασμοί, κενός, idest, Vel conuulsiones, malum.] Vel igitur unum fiat, uel aliud, malum est & perniciosum. Fit autem hæc conuulsio ex materiis uel uaporibus ad cerebrum ascendentibus, & ipsum implentibus, deinde cerebro ad neruos transmittente, quorum ipsum, principium est. propterea conuulsionem ex repletionem faciam intelligere oportet, nam malum est, quia naturalis calor in somnis fortior erāt, tamen materiam resolueri non potuit, sed caput petijt, & ad neruos transmissa est, quāto minus id faciet cum erit minus fortis. Oribasius & ipse hic conuulsionem ex repletionem factam intelligit, unde quia nerui à cerebro oriuntur, materia abundans in cerebro constrictionem facit, ac retractionem neruorum, & conuulsio fit. Sequiturq; Oribasius, Quid ergo aliud est conuulsio, nisi in uoluntarius motus, uoluntaria obtinens loca? Philotheus rotius aphorismi causam ita reddit, *δηλοῦντ' ἂν μελαγχολικῶς τῶ χυμῶς εἶναι ἀπειρήθ' ὁ ἐμφραγμῶν πρὸς τὴν νύκτι μύρια, ὅς τις τοῦ σπασμοῦ ποιῆι. ἀφ' βαυνοῦ δ' εἰ πῶς πλὴν λεφραλῶ. Ἐ μολύων δ' ψυχῆς πνύμα, τὸν φόβον ἀπὸ γαλῆται, ὅτι δ' ἀπειρήθ' ὅτι οὐ χυμῶς, δῆλον ἐκ τοῦ βλαβεροῦς ὑπὸ φρεσὶν τῶ ὕπνου,* idest, Ostenditur enim humor magis melancholicus incoctus neruosas partes obstruens, qui spasmus facit. At ad caput progrediens, & spiritum animalem inquinans timorem facit. Quod autem incoctus sit humor, manifestum est ex eo quod noxij inferuntur somni.

GALENVS

DICTVM ab ipso & antea fuit, quòd somnus lædens ægrotantem mortalis est, qui autem non lædit, non est mortalis, ubi & exēplum sermonis adijciens, inquit, ubi delirium somnus sedat, bonum, uti somno existente aliquo ex quo delirium non sedatur, sed excitatur aliquando, ac generatur. Verum & hic alia dixit exempla noxæ ex somno aduenientis, timores, ac conuulsiones. Quidam uero non timores scribunt, sed labores, & quidem nos sæpe uidimus in morbis exitialibus, & timores, & labores, & conuulsiones factas ex somnis. Hoc autem uidetur contingere, quando in somnis ad cerebrum humor infestus peruenerit, tunc magis intra quàm extra natura mora, & quidem sicut à cibo ad somnū conuersi implent caput, sic in plethoricis dispositionibus, somni ipsum replentes aggrauant cerebrum. Si igitur ea multitudo magis ad atræ bilis naturam uergit, timores fiunt, sed si talis non fuerit, labores ac conuulsiones. Et somni uidelicet semper nocerēt, quatenus ad profundum, & uiscera materia fluit, nisi coctionis ratione motu ad interiora cōsequitur. Non solum autem in cerebro ipso mali humores aceruati tales afferunt casus, sed & ex ipso ore uentriculi: quare & in somnis magis euaporant, cum incocti permaneant, sicuti coctionem, utiles somnos inducunt.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus hunc aphorismum cum duobus primis secundi libri aphorismis coniungit: tota illa pars clara atq; dilucida est, nam in hoc aphorismo alia nozarum exempla quæ in somno fiunt, edocet.

SECUNDO docet aliquos scribere non φόβος, idest timores: sed πόνος, idest labores: quod ipse legi posse confirmat: quoniam ipsemet in exitialibus morbis hæc tria simul uiderit, timores, labores, & conuulsiones ex somnis.

TERTIO hæc fieri dicit, quando in somnis humor aliquis malus ad cerebrum peruenerit: quia tunc natura magis intra quàm extra mouetur. Vnde sicuti qui statim post

cibum dormiunt; eorum capita implentur, ita in plethoria somni replent caput, & cerebrum aggrauant. Si autē hi humores cerebrum aggrauantes, ad atram bilem uergant, timores fiunt. Si uero ad atram bilem non uergant, labores & conuulsiones fiunt.

QVARTO dubium quoddam remouere uidetur, quod est, somnos semper nocere, quia materiae ad profundum & ad uitcera in somnis fluunt. Respondet, omnino uerum esse, sed maiorem utilitatem, quàm dispendium comparamus: dispendium quidem faciunt intus moti, sed deinde utile est quod intus eant, quia tunc coquuntur, quod non facerent, si intus non essent profecti.

Deniq; docet hæc symptomata non solum ex humoribus in cerebro aceruatis provenire, sed etiam ex humoribus in ore uentriculi existētibus provenire posse, qui ad caput, & ad cerebrū effumant. At id magis in somnis quàm in uigilia faciunt. Quare cum permanent incocti, magis euaporant. Cum uero coquuntur, illi somni sunt utiles, uel cum sunt cocti; quia ad illos somnos nulla symptomata sequuntur, qualia illa sunt quæ sequuntur, cum incocti permanent.

Quod in fine legitur, Sicut coctione. lege, Coctiones. *αε γη πίντες.*

APHORISMVS LXVIII

IN febribus spiritus offendens, malum. Conuulsionem enim significat.

BRASAVOLVS

SI QVIS febre correptus in spirando impedimentum nactus sit, quod tamen ante febrem non habebat, de hoc male iudicato: quia facile conuulsionem incidet. imò iam pro parte facta est ipsa conuulsio, & facta in pectore, atq; in his partibus neruosis, quæ mouent thoracem, ut dicit Philotheus, *καὶ ἐν τῷ πνεύματι ποδὶ ἀσασμῶ δὲ ἀλεγεινῶν.* idest & hic de conuulsione disputatur.

ἐν πνεύματι πνεύματι. idest, In febribus.] Supple intensus & acutis, quamuis & in remisio ribus febribus malum sit, sed tamen in ipsis adeo exitiale non est.

τὸ πνεύμα. idest, Spiritus.] Per spiritum uero uniuersam spirationē intelligit, ut Galenus dicit primo Prognosticorum libro, capite decimo, sectione trigesimal sexta, & in libro De difficultate spirandi. Spiratio autem ex inspiratione & expiratione componitur. Inspiratio, est attractio aeris intus; exspiratio, est emissio aeris extra. spiratio uero & respiratio ad has duas actiones communia uocabula sunt.

πνεύματι κακόν. idest, Offendens, malum.] Verbum *πνεύματι*, omnino offendendo significat, & *πνεύματι* offendens, tamen Theodorus interpretatur spiritus subsistens, quod ferè ita interpretandum esse à Galeno innuitur. nam inquit intelligendum esse de spiritu, qui uel inspiretur, uel expiretur, bis emittatur, uel intus cum difficultate trahatur. At nec illud displicet, si interpretemur offendēs, quia aer ita attractus offendit. nam *πνεύματι* proprie est allido, & offendo, ut *πνεύματι ἐπὶ λίθῳ*, idest offendere ad lapidem. & quoniam ea quæ hoc modo offendunt, idest quæ inueniunt aliquid, quod cursum uel impetum remoretur, subsistunt & se firmant, hinc factum, ut pro subsistere accipiatur. & Celsus capite quarto secundi libri hunc aphorismum eodem modo intelligere uidetur, ubi de malis ægotantium signis loquens, inquit: mali etiam morbi testimonium est, uehementer & crebro spirare. Hoc autē est habere offendentem spiritum; tamen potius iudicanda est haberi apud Celsum huius aphorismi sententia capite septimo secundi libri, ubi de quorum faucibus in febre eliditur spiritus, instat his neruorum distentio. & sicut in primo Prognosticorum Hippocrates dicit, spirationis facilitatem esse optimum signum in omni morbo acuto, ita erit pessimū difficultas spirandi in omni morbo acuto, præsertim cum febre: unde spiritus offendens uel subsistens, erit spiritus interruptus, de quo in commento agemus. Hic autem spiritus (ut Oribalsius dicit) ob tres causas subsistit, aut ex nimia & acuta febre, aut ex abūdante materia, aut ex debilitate uirium, hæc autem omnia mala sunt: nam ex acutis febris, conuulsio ex inanitione efficitur, quæ pectoris partes adeo exiccauerit, ut moueri non possint, & suo officio fungi. Si ex abundantanti materia contingat, signum est suffocationis, quia natura ob materiae

Quod etiã legitur, Qui ubi offendit. Græce est, *ὅστις ἐπιήλειον πρὸς τὸ σπῆν*, i. qui ubi offenderit. Quod etiã legitur, Hoc est in medio sui interruptus subsisterit. Græce habetur, *τῶν σπῆν ἰχνηται μετὰ τὸ ὑπὸ διακόνηται*, idest hoc est detinetur intra, ac subsisterit uel præciditur. SECUNDO conuulsionis causam assignat, quæ est ob musculos thoracem mouentes ac neruos, in primis ad conuulsionem dispositos: postea hac dispositione aucta, quia plures partes occupantur: propterea fit conuulsio manifesta.

Quod legitur, lam conuulsioni paratis. Græce habetur *ἡδὴ ἀσασμωδῶς διακεκλιμένοι*, idest iam dispositis (ut ita dicam) spasmodice, quoniam in febris principio disponi incipiunt, in processu plures partes occupantur, febre perseverante quæ has partes exiccat.

TERTIO docet, in respiratione esse duplicem motum, unum quãdo spiritus intus reducitur, & inspiratio uocatur: alterum quando spiritus exit, & exspiratio dicitur.

QVARTO docet, spiritũ offendere, aliquando inspirantibus, ut quum uidentur ferè duplex reuocatio intus, ac si sit quædam adspiratio: quia uis aerẽ attrahere intendit, sed musculorum & neruorũ siccitate impedita non potest: propterea quasi uires colligens, iterum aerem attrahit, ut ferè attractionem ingeminare uideatur. In emittẽdo etiam spiritum idem casus accidit: & Galenus hoc probat per quædam Hippocratis uerba in libro Prognosticorum, quæ nos apud Hippocratem inuenire nesciuimus. Infertq; in illo loco utriusque partis respirationis seorsum meminisse.

Quod legitur, Sicuti quando ipse dicit: Græce legitur, *ὡσαυτὸ ὅταν αὐτὸς ἔπει*, idest, sicut quando ipse dicit. quamuis in aliquo contextu particula *ὅταν*, sit ante particulam *ὡσαυτὸ*. & tunc sensus sit, quando, sicut ipse dicit. Duplex intro reuocatio, ueluti adspiratio. Hæc autem uerba ita Græce leguntur, *ἀπλὴ ἴσα ἐπαναλήψεως οἶον ἐπίπνευσης*.

Quod legitur, Seorsum meminit, lege, solũ meminit. nam Græce dicitur, *ἐμνημόνευσεν μόνον*, noster antiquus contextus legit *μόνον*, ut applicari debeat ad respirationẽ: itaq; dicitur, solius respirationis. Deniq; infert, hunc aphorismum communiter intelligendum esse de spiritu offendente, uel intra, uel extra, uel intra simul & extra: uerusq; est aphorismus in omni offensione ex prædictis.

APHORISMVS LXIX

QVibus urinæ crassæ, grumosæ, pauca, nõ sine febre, multitudo ueniens ex his tenuis iuuat: præcipue uerò tales ueniunt quibus ab initio, uel breui sedimẽ inest.


BRASAVOLVS

NOSTER antiquus contextus hunc aphorismũ tali inscriptione præfixit, *πὸ τῆς ἐξουγῆς* idest de urinis, & hoc non ab re, quoniam ab isto aphorismo usq; in libri finẽ de urinis sermo habetur. Ipsius uero aphorismi sententia hæc est: Qui crassas urinas meiunt, grumosas, pauca, cum febre: deinde tenues & copiosæ fiant, bonum iudicium est: & hæc urinæ morbus leuare solent: quia significatur uires robustas esse, & ad attenuandas crassiores urinas, & ad expellendas materias. Sed urinæ tales in his hominibus potissimum apparent, in quorum urinis uel à principio, uel statim post principium sedimen apparet: quoniam in his crassas materias esse significatur, quæ paulatim à natura procedente tẽpore tenuiores efficiuntur. Philotheus Hippocratẽ summe laudat, ob id quia post febres, urinas disposuit, inquiens, *θαυμασιὸς ὁ Ἱπποκράτης τῆ ἀσωνίως αὐτῶν ἔγραμμίωγ, πλὴν κατὰ σκῆψιν ἀποσημαίνειτῃ. Ἐσοτὶ δὲ τοῦ ἐν πυρὸς ὑδὸ πλὴθει καὶ πύχει χυμῶν ἀπέπλωγ γινόμενον*, idest, mirifice Hippocrates ea quæ ipsi raro uisa sunt, cõditionem assignat. Supponitur igitur, febrem in multitudine & crassitie crudorum humorum factam. At pro huius aphorismi & sequentium quorundam intellectione, quædam præfari libet, & quosdam artis apparatus de urinis præmittere opus est, quæ nos facilius ad illos aphorismos assequendos deducunt. Scire igitur oportet, Hippocratem, Galenum, & antiquiores medicos de urinis nusquam exacte tractasse: sed hinc inde apud hos authores quædam sparsa sunt, & adeo breui disseminata, ut exquisitam artem nobis præfari nõ possint. Theophilus quidam inter antiquiores de urinis breuia quædam mutilaq; conscripsit. Circumfertur & nunc quidam

quidam Galeni libellus De urinis, nuper inuentus, qui ita Galeni est, ut eius qui nunti-
 quam fuit; nempe nec phrasim, nec Galeni scientiam, nec ipsius modum tractandi sapit.
 Propterea ex antiquioribus nihil ferè certi de urinis haberi potest. Ea uero quæ nunc
 in medium adducemus, pro sequentiū aphorismorum intellectu, partim ab Actua-
 rio summo uiro, qui inter posteriores Græcos egregia de urinis perscripsit, partim ab
 Hippocrate & Galeno ea quæ sparsim dixere, colligemus. Urinam definiunt, sangui-
 nis colaturam esse, quæ hoc modo fit. In uentriculo, coctio una procuratur; trahunt de-
 inde chylum meseraicæ ad iecur, & secunda coctio perficitur, in qua humores quatuor
 generantur, & quinta quædam aquositas, cuius officium est, sanguinem qui ex se præ-
 durus est ad omnes corporis uenas ducere. Exacto hoc officio, ad iecur reuertit, & ad
 renes atq; uesticam transmittitur; & ita potissimum supra sanguinis dispositiones & ieco-
 ris & renum & uesticæ significat. Quum igitur in matulam urinam mingimus, tres
 matulæ partes considerandæ sunt; & id corpus urinæ, quod in matula continetur, in tres
 partes diuidere oportet; nam contenta quæ in urinis sunt, possunt hæc diuersa loca oc-
 cupare. Sit igitur hoc ueluti exemplum, urinam quæ in matula sit conspicias, atq; con-
 templeris, quæ spatio undecim digitorum alta sit. In hac altitudine tres partes facito, ut
 primæ parti, quæ est à fundo ascendentes, tres digitos condonemus; deinde quartus di-
 gitus omitatur, tanquam terminus communis huius partis & sequentis; postea mediæ
 regioni tres digitos elargiamur, quos si cum alijs computes, erunt septem; deinde octa-
 uum digitum relinquamus tanquam comunē terminum mediæ regionis, & ultimæ;
 deniq; supremæ parti tres digiti relinquuntur, qui sunt usq; ad urinæ iummum; eo sup-
 posito, quod urinæ altitudo undecim digitorum fuerit. Tu uero per digitos mēsuras ali-
 quas tuo modo intellige, & ut corpori urinæ conuenire possunt. Ut autem hanc par-
 tium urinæ diuisionem aptius intelligatis, scitote in urina duo esse; unum est ipsa urina,
 idest aquositas illa; aliud res aliqua in ipsa urina, quæ uel humor est, uel decitio ab hu-
 more, uel pus, uel sanguis: hocq; contentum ab antiquioribus & recentibus nuncupa-
 tur. Eodem enim modo & Græci hæc uocant *παρυσιμωρα*, idest cōtenta, nam in qua-
 libet corporis urinæ parte continētur. Ob hæc contenta, tota urinæ altitudo in tres par-
 tes diuisa est. Si hæc contenta in fundo sint, uel non plus ascendant, quàm sit quatuor di-
 gitorū spatium, ab antiquis *υποσποσθ* uocantur, ac si dixerint subsistentia, à uerbo *υπέ-
 σπασθαι*, idest subijci. At totum hoc spatium inferius, quod digitos quatuor altitudinis com-
 plectitur, in tres partes diuiditur. nam quandoq; contentū totum in fundo penitus sub-
 iacet; quandoq; est penitus totum eleuatū, adeo ut nec tangat fundum, nec in regionem
 mediā pertranseat, sed in illius confinio & contermino sit; quandoq; partim tangit fun-
 dum, & partim eleuatur, & hanc optimam hypostasim esse dicunt; quando uero in fun-
 do penitus est, à recentibus sedimentū appellatur. Quæ in mediâ urinae parte supra quar-
 tum & quintum digitum sunt, tamen non ascendant usq; in tertiâ urinæ partem, à Græ-
 cis *συαυρημασται*, idest sublaciones uel sublimia uocantur. Et hæc quoq; tres regiones ha-
 bent: illam, quæ præcise in medio est; & illam, quæ statim supra mediū; & illam, quæ sta-
 tim sub medio. At si hæc contenta in suprema parte sint, scilicet supra nonum digitum,
 à Græcis *νεφλαι*, à Latinis nubes dicuntur, ac si à terra summe atq; extreme secedant,
 matulæ fundum, terræ proportionem correspondere putantes. Nubes uero tres locos ha-
 bere possunt; nam uel est in suprema urinæ superficie tota extensa: uel incipit à superfi-
 cie urinæ, & parum descendit; uel est sub superficie, & superficiem non tangit. Itaque in
 tota urinæ altitudine tria generalia loca inueniuntur, & unusquisq; locus in tres partes
 dissectatur. Propterea uniuscuiusque urinæ re uera nouem solæ partes erunt; nos tamen
 undecim posuimus; ut per duas inter generalem partem, & aliam partem etiam genera-
 lem distinctionem poneremus. Hæc autem urinarum loca, ad uarias dispositiones
 cognoscendas, & partium corporis, & humorum, plurimum faciunt. In urina enim hæc
 contenta secundum eorum diuersitatem plura nobis indicant, ut in Hippocrate uidere
 licebit. In superficie quoq; urinæ plura consideranda occurrunt, de quibus suo loco di-
 cemus; ut illa quæ innatant, ut bullæ, corona, imò & urinae quātitas & qualitas, idest co-
 lor, odor, sapor, in urinæ considerationē ueniunt, & substantia sua, de quibus omnibus
 paulatim agemus, ut sese offerent in sequentibus aphorismis discutienda, eorū rationes

& causas semper adducentes. Nunc autem, ut illa quæ nunc dicta sunt facilius memorari commendentur, formulam quandam (Actuarii sequentes) effingere non verebitur. Est autem hæc, quæ hic descripta conspicitur.

Scaphium, siue matula.



Tu ergo tuo arbitrato omnem urinæ quantitatem in tres partes dividere poteris, & illas in tres alias, hoc modo. Nuncq; ad aphorismum reuertamur.

ὀφθαλμοῖσι οὖρα παχέα. idest, Quibus urinæ crassæ.] Urinas crassas intellige quæcum sit de urinæ substantia, idest ipsius aquositate, ut scilicet urina ipsa sit crassa. Crassa autem urina dupliciter considerari potest, aut per respectum ad urinam simpliciter, aut per respectum ad hunc hominem, qui urinam minxit: quia prius tenues mingere solebat, ut crassæ sint per respectum ad illas quas prius mingebat, & hoc modo crassas urinas considerare oportet, quamuis & simpliciter crassæ intelligi possint. Crassarum uero urinarum (ut Actuarius libro primo De urinarum differentiis docet, capite nono) aliqua sunt turbida, aliqua non turbida. In hoc aphorismo Hippocrates seipsum non exprimit, an de turbidis, an de non turbidis loquatur. Propterea tu de crassis, non turbidis intellige: quamuis & de turbidis uerum esse possit.

οροβάδεια, idest trombosæ uel grumosæ.] *θρόμβος* enim apud Græcos, & grumum & fragmentum significat. Hoc autem ad urinam non spectat, sed ad contentum in urina: hocq; grumosum contentum, hypostasis est, & non in alio loco ob suam grauitatem, & ideo plerumq; in fundo sunt, ut a recentioribus sedimenta uocentur. Actuarius uero opinatur capite secundo libri primi De urinarum causis, contenta in urinis in tertia coctione fieri: ideo grumosæ hæc materiæ, quæ in urinis apparêt à tertia coctione deciduntur. Addeq; ostendere humores crassos in hoc corpore esse: unde & libro secundo De iudicijs urinarum, capite tertio, idem Actuarius docet, crassa apparentia contenta (quæ ista sunt illa quæ hic ab Hippocrate grumosa dicuntur) si non male olent, & per lenia fuerint: non etiam sanies erunt, sed erunt humorum crudorum quorundam in uenis manentium amputatio, ita ut ratione habita quantitatis & crassitudinis humorem uigetem testetur. Sunt autem grumosæ urinæ illæ, uel quæ habent multum crassam hypostasim, uel quæ ipsam habent in globos confictam & conformatam. Nec Hippocrates de urinis crassis simpliciter dixit, sed de crassis & grumosis, quia in libro De morborum decretorio oppositum dicere uidetur, q; hic dicat. At de urinis crassis solum uerba facit, non autem de grumosis. dicit uero, si de crassis tenuia fiant, male decernunt, tutaq; & certa non sunt, ut hinc uideas, in Hipp. contradictione uideri; nisi dixerimus, qd' in libro De morborum decretorio, de crassis sermonem habuit, quæ tenues fiant, sed in pauca quantitate: hic

te: hic uero de crassis quæ tenues fiunt, & in magna quantitate: propterea nulla contradictio in Hippocrate erit, quoniam diuersis modis in his libris intelligit.

ὀλίγα, idest pauca.] Sunt aut pauca ob crassitatem magnam humorū copiam conglobantem & continentē: & etiā quia apte exire nō possunt per uias, nisi prius attenuentur. οὐκ ἀπνευστι εἶσι. idest, Non sine febre.] Aldinus contextus non habet hanc particulam εἶσι. Febris autem hæc quæ cum his urinis molestat, ex ea materia accenditur,

quæ per urinam exit: propterea opus est, esse febres non multum intensas, quoniam a crassa materia ortum habent. Philotheus hic notat, si quis habuerit paucam urinam, & quæ hypostasim crassam habeat & irregularem & crudam, malum esse: ἀδύνατον γὰρ εἶ ἀλλοιώτως δινώμεως γιν' εἰκνυται, μη' ἰχνησας λεπυῖαι, καὶ πέναι, καὶ ἀλλοιώσαι πῶ ὕλην, δι' καὶ εἶα τὸ πᾶσι μάλιστα ἐξ ὀλίγων, ὀλίγα ἐφορῶ. idest, debilitatem enim aliteratiuæ potentiae ostendit, attenuare nō potentis, & coquere, & alterare materiæ: unde & ob crassitatem uix exeuntia pauca deferuntur. Deinde idem Philotheus ad aphorismi propositum ita sequitur, εἰαν δὲ μετὰ ὀλίγου χρόνου ἔλθοι πολὺ καὶ λεπτὸν ὕρον ἐκ τῶτων, ὑπόστασιν ἔχον λεῖαν καὶ ἡμαλλῶ, ὀφελεία, ὡς φησιν ἰπποκράτης. διὰ τοῦτου γὰρ ἡ ἀλλοιώτικὴ δύναμις ἐξ ὀλίγου ποτῆρα ἔσται. idest, si autem post paucum tempus urina multa & tenuis ex his uenerit, hypostasim habens lenem & æqualem, confert, ut dicit Hippocrates. ostenditur enim, quod aliteratiua potentia tenuem faciens, robusta effecta sit. propterea ita Hippocrates sequitur,

πλῆθος ἐλθὼν ἐκ τῶτων λεπτὸν ὀφελεία. idest, Multitudo ueniens ex his tenuis iuuat.] id est, multitudo urinæ tenuis, quæ post prædictas crassas fluxerit, iuuat. nam ostenditur, uires materiâ superare, & iam ipsam adeo attenuasse, ut in maiori copia exeat. Non est autem opus, quod simpliciter subtilissime sint: sed intellige subtiles, respectu crassarum, quia illa crassa urina attenuata est, & grumi sunt ferè liquefacti. Vnde & a Philotheo dicitur, λεπτὸν δὲ οὐ λευκῶς λεπτὸν εἶσι γὰρ ἀπνευστον, ἀλλὰ πῶς σύλυστον ἢ θρομβωδῶν, ὡς εἶσι καὶ σύμμετρον. idest, tenue autem nō proprie tenue, hoc enim incoctum est, sed ad comparisonem grumofarum, ut esse ipsam medio crem. Imò si Galenum contemplerur, nihil aliud est concoquere, quàm quod crassum est, attenuare: nempe in hoc casu natura urinam crassam & grumofam habentem hypostasim, attenuauit, idest ad mediocritatem deduxit, aperuit uias & expulit: tuncq; natura leuior effecta est. Propterea noli intelligere ualde tenuem, aliter malum esset, ut Hippocrates in libro De morborum decretorio docebat, quod transmutatio ex crassa in tenuem est mala: idq; non solum intelligebat, quando quæritas est pauca, sed etiam de multa tenuitate. Scito tamen, multas urinas aliter fieri posse, quàm ex attenuatione crassæ substantiæ urinæ & grumorum: nam quædam ob colliquationē naturalium humiditatum, & solidorum membrorum fiunt; quædam ob contentiæ debilitatem; quædam ob fortitudinem uirtutis attractiuæ, quæ in renibus continetur, & à icore humiditates trahit. Sed hæc multæ urinæ quando ob has causas prodeunt, semper malæ sunt: de quibus omnibus Actuarius in suis libris causas reddere conatur. Quum igitur febricitantem uisitabis, urinas istas crassas, grumofas, & paucas emittentem, attenuantibus utaris, ut materias illas crassiores attenues: & id arte efficias, quod natura longiori tempore (nisi ab arte adiuta esset) effecisset. Vnde & Oribasilus dicit, uel arte uel natura fiat, proficere.

Μάλιστα δὲ πᾶ ποιῶντα ὀφείλει, ὅταν ἐξ ἀρχῆς, ἢ εἶα πᾶσι ὑπόστασιν ἔχου. idest, Maxime autem tales ueniunt, quibus ab initio, uel paulopost (uel breui) hypostasis inest.] idest, illi potissimum has tenues urinas post crassas faciunt, quædo in principio febris statim, uel parum post principium, urinæ hypostasim habent. quoniam in principijs morborum, in quibus multa concoctio est, urinæ crudæ apparere solent, & potius nebulas habentes, q̄ hypostasies. Si uero in principio hypostasies habeant, materiâ crassiusculâ esse indicat. Hypostasies etenim illæ sunt, quæ in fundo subiacēt, uel in prima urinæ regione quæ ad fundum est, continētur. Theodorus & Leoniceus hoc uocabulū hypostasis, se dimen interpretantur. uocabulū hypostasis, uidetur significare subiectū, Celsus desiderium uel subsidentia uocat. nam utitur uerbo desiderare, pro eo quod est in urina hypostasim facere: id uero est capite septimo secundi libri. Cum igitur urinæ in principio hypostasim faciunt, materias crassas & multas in hoc uiro esse significat, quæ tamen suapte natura facile attenuari possunt, & uias esse satis latas & præparatas: ideo attenuatiōe facta exhibunt

exibunt. Philotheus ita hanc partem intelligit, Maxime autem tales ueniunt, quibus ab initio, uel paulopost hypostasis inest, *πιούπη δὴν, μάλιστα δὲ ὅτε συμβαίνει ἐπ' ἐκείνῳ τῷ πυρετῶν, ἐφ' ὧν αὖ ἢ τῇ πρώτῃ, ἢ τῇ δευτέρῃ, ἢ τῇ τρίτῃ ἡμέρῃ, διδύς ἡσπασίμῃ ἰσὺς τὸ εὐροῦ, λογῶν βάρους φλὺλῃς, αὐτὸν λόγῳ φύσεως.* idest, Hoc est, maxime autem hoc accidit in illis febribus, in quibus uel prima die uel secunda uel tertia protinus urina hypostasim habet, ratione grauis materiae, non ratione naturae. Et Actuarius libro primo De urinarum iudicijs, capite undecimo, inquit, Illud autem scire oportet, interdum in aegritudinum determinationibus multitudinem profluere urinae alboris & tenuioris, atque mediocrem continentis hypostasim, praesertim quum praecesserit urina crassior & globulientior.

GALENVS

NON simpliciter urinas crassas dixit, sed & grumosas adiecit, duorum alterum ostendens, uel crassitudinis quantitatem, uel consistentiae inaequalitatem, ac diuisionem, ita quod plures ueluti grumi ipsarum consistentiae circumscriptione appareant. Nonnulli uero non grumosas scribunt, sed crenosas, sicuti Mimisianus & Dionysius, siquidem per hoc uerbum foetorem quendam simul ostendentes, plus aliquid, quam alij demonstrantes. Si uero quasi crassitudinis quantitatem, nihilo plus hoc ipso docentes. Sermo uero Hippocratis totus non uidetur de urinis esse foetore habentibus, sed de paucis tantum ac crassis, ut ex opposito manifestat, inquiens, Multitudo ueniens, ex his tenuis iuuat. Quare si hoc solum scriberetur, quibus urinae crassae, paucae, nihil fermoni deficeret. Fiunt autem & sine febribus urinae tales, natura expurgante per renes totius corporis superfluitates. Fiunt autem & cum febre, in quibus quipiam forte existimaret ad contrariam transmutationem non esse bonam, quoniam magna ex parte in febribus, ex urinis ab initio tenuibus fit ad crassiores conuersio, tendente iam morbo ad solutionem, atque ideo mihi uidef ita scriptus ab ipso fuisse aphorismus, id quod raro accidit edocente. Contingit enim aliquando uel per initia morbi, uel non multo post urinas factas crassius habere sedimen. His igitur urinis sedimen, bonum signum non est, sicuti alijs, quae ab initio tenues existentes ratione totius morbi coctionis sedimen capiunt. Non absque ratione autem crassae urinae sunt multitudine paucae, ut quae uix renes pertranscant. Cum itaque & simul maior pars talium humorum malorum fuerit euacuata, simul autem & residuum concoquitur, tunc excernuntur multo prioribus tenuiores. Melius enim si ita dicatur, & non tenues absolute, quemadmodum dixit Hippocrates. Quae enim secundum naturam sunt, non simpliciter tenues existunt, sicuti neque crassae, sed medium tenent inter utrumque excessum, & cum mediocritate habeant, crassiores quidem sunt atque dicuntur aquosis, tenuiores uero grumosis; multae uero cum ratione excernuntur, quia prius fuere retentae, quo tempore crassae existentes difficulter exibant.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus notat cur Hippocrates simpliciter non dixerit, urinas crassas, sed adiecerit *θρομβώδεια*, idest grumosas. Hoc inquit adiectum est ob alterum duorum, uel ut crassitudinis quantitatem significaret, uel hypostasis inaequalitatem, ac diuisionem, ut hypostasis multis grumis sit referta.

Quod legitur, Vel consistentiae inaequalitatem. Graece habetur, *ἢ τὸ φλὺλῃς ἡσπασίμῃ αὐτῇ μαλῶν τε.* idest uel hypostasis inaequalitatem. Leonicens interpretatur *ἡσπασίμῃ* consistentiam; nos potius interpretaremur, subiecta; ut & ipse fecerat in interpretatio aphorismi sedimina; uel Graeco uocabulo uteretur, hypostasis; quoniam apud medicos notissimum est; quamuis recentes in eo exprimendo plurimum hallucinentur.

Quod legitur, Ita quod plures ueluti grumi ipsarum consistentiae circumscriptione appareant. Graece habetur, *ὡς ὑπὲρ κατὰ πνευματικῶν τινὰ φαίνεσθαι πολλὰς αὐτῶν συστάσεις ἀσπασίμῃ θρομβώδεις.* idest, ita ut & per circumscriptionem quandam plures ipsarum appareant consistentiae, ueluti trombi. In nostro antiquo contextu uacat illa particula *ὑπὲρ*.

SECUNDO lectionem quorundam refert, qui non legebant, grumosas, sed crenosas, ut una per hoc uocabulum *θρομβώδεια* foetorem ostenderent, ut aliquid plus hi dicant, quam alij. Scito autem quod hoc uocabulum *βόρεος*, crenum quidem significat, sed etiam foetorem; propterea nos foetorem interpretaremur. Nonnulli uero non grumosas scribunt, sed foetiditas.

Quod

Quod deinde sequitur, Siquidem per hoc uerbum foetorem quandam simul ostendentes. Græce est, *ἢ μὲν καὶ δυσωδίων τινὰ συνυπάρχοντων ἐστὶ τῆς λεύκων*, idest, siquidem & putredinem quandam per hanc dictionem coostendentes.

Quod legitur, Mimifianus: est proprium authoris nomen, qui Hippocratem interpretatus est: sed legi debet, Numifianus, *Νουμιανός*.

TERTIO Galenus probat, Hippocratis sermonem non esse de urinis foetorem habentibus, sed de paucis & crassis: quod ex ipsius Hippocratis dictis comprobatur: nam sequitur, Multitudo ueniens ex his tenuis, iuuat: & de bono odore mentionem non facit: sicuti de foetore secundum istos sermonem habuisset. Vnde addit Galenus, quod Hippocrati satis fuisse dicere, Quibus urinae crassae, paucae: & non addere, grumosa.

QUARTO Galenus docet, has urinas quandoque fieri cum febre, quandoque sine febre: sine febre quidem, natura totius corporis superfluitates per renes expurgante: cum febre, alicui forte uidebitur non esse bonam transmutationem ad contrarium, quia in febribus ex urinis tenuibus in principio ut plurimum ad crassiores conuersio fit, quando morbus ad solutionem tendit. propterea Galenus iudicat Hippocratis aphorismum tale esse. Quandoque accidit in principio morbi crassas urinas hypostasin habere, in quibus hypostasis non est bonum signum: sicuti in alijs bonum signum est, quae sunt in principio tenues, & in temporis processu dum fit coctio, hypostasin capiunt. Scito autem hic ex Galeno colligi posse, coctionem non solum esse attenuare quod crassum est, sed etiam incrassare quod tenue, & ad mediocritatem reducere, nam alias dictum est a nobis, non reperiri quod tenues materiae incrassentur: sed bene quod crassae attenuantur. Hic uero dicit, urinas tenues processu temporis crassas fieri quum coquantur. Igitur coctio in crassiorem materiam reddendo etiam fit. Sed si tibi libeat secundum Galenum id dicere, quod coctio sit potius attenuare (ut ipse ubique fere dicit) quam incrassare. Respondeas, Hippocratem hic non dicere coctionem esse incrassare: sed de urina uerba facit, quae coctionis signum est. Signum uero est hoc modo, quum materia coquitur, quae in nostro corpore continetur, semper est crassa quae attenuatur: in principio tenues urinae apparebant, quia ob suam crassitatem a materia peccante nihil decidebatur, cum materia attenuari incipit, superflua quaedam in urinam demitti incipiunt, & ita coctione exquisita facta urina ad mediocritatem redacta est, quae prius erat tenuis. Vnde hic uidere potes, quod nec a Galeno hic dicitur, coctionem esse incrassare, quod tenue est: sed quod ostenditur coctio per urinam, in materia peccante, quando ipsa crassa fuerit, & attenuatur.

Quod legitur, Atque ideo mihi uidetur ita scriptus ab ipso fuisse aphorismus, ibi deest particula Praecipue, quae hoc modo addenda est. Atque ideo mihi uidetur ita scriptus ab ipso praecipue fuisse aphorismus. Græce enim habetur, *καὶ ἐστὶν ἄριστος μοι διὰ τὴν μολυσίαν καὶ τὴν ἀφροσιν αὐτῆς γινώσκω*.

Quod etiam legitur, Quod raro accidit edocete. Græce habetur, *διὰ τὴν σπανίαν τῶν πρὸς τὸν νεφρὸν*, idest edocente rarum huius negotij. i. rem quae raro accidit, ostendente.

Quod etiam legitur, Urinas factas crassius habere sedimen. Græce habetur, *ὄντα γινώσκω παχέα ἐστὶν τὸ βάρος τῶν σποσίων ἐχόν*, idest, Urinas factas crassas propter grauitatem hypostasin habere, uel sedimen, uel subiectum. Nos autem pro hoc nomine hypostasis, semper hoc nomine sedimen utamur. Ex hoc loco uidere potes, in Leoniceni contextu illam particulam Crassas, non recte applicari, quia ipse ad sedimen applicat, quum ad urinas applicari oporteat: & etiam in eodem Leoniceni contextu deest haec particula, *ἐστὶν τὸ βάρος*, idest, propter grauitatem, quae tamen necessaria est.

Quod iterum legitur, Ratione totius morbi coctionis. Græce habetur, *τοῦ λόγου ἐπὶ πᾶσι τοῖς νοσήμασι*, idest, Ratione coctionis totius morbi: illa particula *ἅπαν*, idest totius, & in contextu Aldino, & in meo antiquo posita est. Sed in meo antiquo obelo confossa est, quod mihi magis placet, aptiusque est, praeponeere illam particulam coctionis, sicuti in Graeco contextu praeposita est illi particulae Morbi: ne quis illam iungat huic particulae Sedimen, ut facile fieri posset, si ita legamus ut Leonicenus coniunxit, aut chalcographus impressit.

QUINTO Galenus docet, rationabiliter urinas crassas esse paucas, quia ob crassitudinem uix renes pertranseunt: unde quum magna pars illorum humorum, qui per crassam

crassam urinam exeunt, fuerit euacuata, & reliquum coctum sit, excernuntur tenuiores multo prioribus.

Quod legitur, Concoquitur: potius legi debet in præterito, Concoctum fuerit. Græce enim est, *πεφθ.* Quod & si in præterito interpretari possit, tamen Galeni sensus ostendit, in præterito intelligi oportere: nam tenuiores urinæ non exeunt quando cōcoquuntur, sed quando sunt concoctæ. Deniq; Galenus docet, melius esse ita dicere, tenuiores prioribus, quàm simpliciter dicere tenues: ut Hippocrates fecit, quia urines quæ nunc exeunt, in præterito casu absolute tenues non sunt, sed tenues ratione crassarum: nam urinæ sunt secundum naturam. Urinæ uero secundum naturam absolute tenues esse non debent, neq; absolute crassæ, sed mediàm quandam naturam inter utrumq; excessum habere debent: unde ad extrema comparatæ, & tenues & crassæ dicuntur: nam si eas ad aquosas compares, crassæ sunt: si ad crassas, tenues. Additq; rationem cur dictum sit ab Hippocrate, multæ: quia (inquit) quando crassæ erant, bene exire non poterant, unde retentæ fuerunt: nunc uero attenuatæ in digna effatu copia exeunt.

Quod legitur, Sed medium tenent inter utrumq; excessum, & quum mediocritatem habeant. Græce legitur. *μέλα δὲ ἐκατόβας ἢ ἰσοβόλης ὄντα καὶ σύμμετρα.* i. sed cum medium inter utrumq; excessum & mediocritatem habeant, differētia est, quia ponitur illa præpositio Quum, ante particulam Medium, & demitur ab illa particula Mediocritatē.

Quod in extrema parte legitur, Difficulter exibant. Græce habetur, *μῶνυς διδῆναι.* id est, uix exibant.

APHORISMVS LXX

Quibus urinæ perturbatæ, quales sunt iumentorum, his dolor capitis uel adest, uel aderit.

BRASAVOLVS

QVI turbulenta urinam mingunt, & tali turbulentiâ affectas, qualis est iumentorum turbulentiâ, hos iudica uel capitis dolorem pati, uel in ipsis capitis futurum esse dolorem, nam ostēditur crassos uapores & multos caput petiisse, uel petere debere, ipsi sumq; uel impleuisse, uel implere debere. ad quam plenitudinē capitis dolor consequntur. Philotheus hic dicit, *ὁ παρῶν ἀφορισμὸς σημαίνει τὸ θῆναι, ἀπὸ γὰρ οὐρῶν διαγινώσκουσι λευκαῖς διαδιδῆναι.* i. præsens aphorismus significatiuus est, nam ab urinis capitis affectum cognoscit.

οἷον οὐρα ἀναπαραγυῖα. id est, Quibus urinæ perturbatæ.] Ita in suis codicibus Theodorus, & Leoniceus habebant. nam Theodorus interpretatur, Quibus urina turbulenta, & noster antiquus contextus eodē modo incipit. Sed Aldinus codex ante hæc uerba, alia habet, hæc scilicet, *ὁπόσοι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὐρα ἀναπαραγυῖα.* id est, Quibuscumq; autem in febribus urinæ perturbatæ. Vides in hoc cōtextu adesse particulam In febribus, quā alij non habent: eodemq; modo in antiqua translatione legebatur. Nos hanc particulam In febribus, uel addendam uel subintelligendam putamus: quia multis ob laborem ex ambulatione, uel ex ueloci equitatu similes urinæ contingunt, & mihi quandoq; accidere: tamē nec alijs, nec mihi aut doluit, aut dolebat, aut doluerat caput: propterea opus est intelligere urinas in febre factas, & etiam perseverantes: quoniam si semel, aut bis solum apparuerint, doloris capitis signa esse non possunt. Idq; addendum est, quod renes non expurgentur: tamen sua indicia adsumt, quando urinæ perturbatæ sunt, quia renes expurgantur. Nos in pestilenti morbo has urinas uidimus ferē semper: & Hippocrates prope finem septimi Epidemiorum libri in casu coniugis Eualcidæ in Thaso dicit: nam lotia spissa turbulentaq; ualde, clarum & certū signum sunt capitis dolentiæ, conuulsionis, mortisq;: in quo loco casus plures describit eorum qui has urinas mingebant, & capite dolebant, atq; pro maiori parte moriebantur: omnes autē hi de quibus mētionem facit Hippocrates, febre correpti erant: propterea & hunc aphorismū in febre intelligendū esse arbitramur. Tamen Galenus de febre nullam mentionē facit in tertio libro supra primū epidemiorū, ubi dicit, spasmi & saltus atq; urina similis his quæ sunt iumentorū, indicia sunt humoris crudi & crassi. Ast nos in febribus has turbulētas uel

uel perturbatas urinas intelligimus. Scito autem in urinis duplicem turbulentiam esse posse. una est quando urina putrescunt, eo quod in matula magnam moram traxerint, de qua hic sermo non est. Alia turbulentia est in ipsis urinis, cum statim minguntur. hæc autem ob crassorum humorum, dēforū, uel opacorum copiam à calore agitatorū fit, nam propter hanc caloris agitationē multi fumi & crassi uapores per urinā substantiam disperguntur, qui humores disperfos per totam urinā substantiā seruant, ut in unum locum non descendant, uel colligantur. propterea non ab re Galenus in commēto dicit, quod fiunt propter caloris agitationem. Caloris autem agitatio etiā postquā mictū sunt, permanet; quia etiā à nostro corpore decisa urina quēdam calorem per aliquod temporis spatium seruat. Cum autem hæc caloris agitatio circa hos crassos humores fit, crassi fumi & uapores multum densi eleuantur, qui caput petentes, & simul cum calore ascendentes, capitis dolorem inducunt.

οἷον ζῴων, idest, Quales sunt iumentorum.] Dat hic exemplum Hippocrates, ut quisq; etiā medio crīter eruditus, quales sint urinā perturbata, de quibus sermonē habet, intelligere possit. Sunt uero similes iumentorū urinis, hoc est equorum, boum, et aliorum animalium, quæ iuga ferunt. Si quis horum animalium urinas obseruet, facile cognoscere poterit, quid Hippocrates per urinas perturbatas intellexerit; turbulentiam habent, & præterea in eodem statu permanent, & non clarescunt. fiunt autem in iumentis urinæ tales (ut Oribasius dicit) quia crassa materia abundat, hæc autē à calore agitata urinam turbulentam efficit. crassos uero humores iumenta habent ob uictus genera quibus uescuntur. Nempe paleam, stipulas, fœnū, quæ non nisi crassos humores gignere apta sunt. Philotheus uero has perturbatas urinas ex tribus componi docet, ἢ ὡμίης ὕλης, καὶ φησὶ δ' ὅτι πνύματος, καὶ ἐξ ὀπίσθου ὑγρότητος, idest, ex materiæ cruditate, & flatuoso spiritu, & urinæ humiditate. Si uero petas, unde spiritus fiant. Philotheus respondet, γίνονται δὲ πνύματα ἢ ὕλης παχέας ὑπὸ βληχρῶ πυρετῶ θερμαινομένης, inest, fiunt autem spiritus ex materiæ crassitie, tenui febre accensa.

Τῶτοις κεφαλαλγίαι ἢ πᾶρεισι, ἢ ἄρῃσονται. idest, his dolor capitis uel adest, uel aderit.] nam si fumi qui eleuantur ex ebullitione illius crassæ materiæ, in caput nondū peruenierint, nondum dolet, sed dolebit postq; tunc peruenerint. dictū autē aliās à nobis est, quid proprie sint κεφαλαλγία apud Græcos authores: nunc ad huius aphorismi propositionem eandem fabulā ferē canemus quando capitis dolor, aut febrē, aut alium morbū sequitur. Solent Græci ὀδυμας κεφαλῆς, & πόνος κεφαλῆς, idest, capitis dolores appellare, tamen quandoq; hoc uocabulo κεφαλαλγία utuntur, sed proprie cephalalgia est, quando ob prauā temperaturam, uel ob nimiam materiæ copiā in corpore contentam, & ad caput effumantē, uel ab aliqua procatarctica causa, ut ictu, ingēti solis calore, uino multo epoto, aut re aliqua simili, capitis dolor infertur. Hunc igitur affectū Græci κεφαλαλγίαν uocant, nos in omnibus unum nomen solum habemus, & hoc ex duobus compositum, scilicet dolor capitis. est uero capitis dolor, quandoq; κεφαλαία, quando totum obtinet caput, & nos aliud uocabulum non habemus, q̄ cephalæa, quandoq; est ἐνθροκρανία uel ἡμικρανία, quando unam solam capitis partem obtinet, nos etiā Græco uocabulo utimur, dicentes hemicrania, quam Serenus uno carmine eleganter descripsit, inquit, Hemicranem esse,

Portio si capitis morbo tentetur acuto.

κεφαλαία uero, & ἡμικρανία ut plurimum diuturni morbi sunt. At κεφαλαλγία breuis esse potest. Ad rem igitur, si uapores à materia illa crassa agitata ascendentes, unā solam capitis partem peterent, semicrania induceretur; at si hi uapores totum caput occuparent, κεφαλαία esset, tamen nos experientia uidemus, in his qui urinas habent, quales iumentorum perturbatas, totius capitis dolores superuenire, & stupores quosdā, ut in pestilenti morbo id genus affectionis incidunt, quā uulgus Male de mazucho appellat, qui melius est inter phrenesim & lethargiā, in quo & dormiūt & uigilant. Si lethargiæ materia superet, Græci cathochos, quasi detētos appellāt. At si phrenesim materia superet, à Græcis dicitur ἀγρῆνον κῶμα, nos uertere possumus coma uigilans. Si autē æqua sit portio in afficiendo patientis cerebrum, & materiæ phrenitidis & lethargiæ, Græci nullum nomen habēt, minus habent Latini, uulgus Male de mazucho appellat, & cathocho etiā, atq;

comē uigili cōmune nomen est, modo nō sit uera phrenesis, neq; uera lethargia, sed de utraq; aegritudine participet. Experientia igitur edocebit non solū fieri ueros dolores, qui sunt tristes sensationes in capite, sed etiam fieri perturbationes, & desipētias quando hæc urinæ turbulētæ apparent, quales sunt iumentorū, ut quotidiana experientia docet. propterea cū ab Hippo. dicitur *τῶ τοιοῖσι κεφαλαλγία*, quod Theodorus & Leonice nus interpretantur, his capitis dolores; nos potius interpretandum ducimus, his capitis dolores, uel perturbationes fiunt: uel uno uocabulo dicamus, his capitis læsiones fiūt, uel postea id uocabulū, dolor, ad omnē laborem significandū amphemus. Hic dubitat Oribasius, quid ad urinā capitis dolor? Respondet, urinam esse colamentum sanguinis, quod ex hepate uenit. ideo significat totius corporis dispositionem. nam residens cruditatis materiei in stomacho, suo humore cerebrū tangit (nos intelligimus suo uapore pro suo humore) & extendit arterias, doloremq; capitis facit. propterea medicus uidens tales urinas prædicat, quod si non adest capitis dolor, mox aderit. Galenus uero in primo De Crisi libro capite decimo hæc distinctionē innuit, quod urinarū aliquæ sunt tenues, aliquæ turbidæ: tenues cruditatem significant: turbidæ uero differunt, quia aliquæ minguntur turbidæ, & turbidæ remanent: aliquæ minguntur turbidæ, & efficiuntur claræ: aliquæ minguntur claræ, & efficiuntur turbidæ. Primæ, quæ sunt turbidæ, & remanēt turbidæ, ob actionem caloris intrinseci agentis fiunt, qui materias febrē facientes adeo agit, ut multi crassi sumi, & ferē opaci exeant, & multæ materiæ, propterea in illa turbulentiā in qua erat, permanet. hoc contingit in pestilentibus febris in augmento & statu, & hæc urina à Galeno media iudicatur, quia non est pessima, nec minus mala. Illa autem quæ mingitur turbida, & clara efficitur, morbum iri coctum significat: quia cum coctio facta est, multæ materiæ simul exeunt, unde emittitur turbida, sed postea illæ materiæ in fundum secedunt, & ita efficitur clara: & hæc est bona urina, quæ coctionem significat. ideo fiunt tales urinae ut plurimum in declinationibus morborum. Si uero mingatur clara, & turbida efficiatur, signum est nondum factum esse coctionis principium, ideo hæc urina deterrima est, etenim multum tempus requirit, & facultatem ualidiorem ad coctionem, ideo emittitur clara, quia actio caloris nondum fecit ebullitionem, efficitur autem turbida, quia adsunt & uapores, & materiæ mixtæ per urinam, quæ cum urina frigescit, congelantur, & representant in ipsa turbulentiā. Hæc igitur colligamus apud Galenum præcitato loco. Urinæ quæ turbidæ mingūt, & efficiuntur claræ, optime sunt, quia coctionem iam factam significant. Quæ autem minguntur turbidæ, & remanent turbidæ, sunt mediocres, quia coctionē fieri a cū significant: quæ uero minguntur claræ, & efficiuntur turbidæ, pessimæ sunt, quoniā nondum cepisse coctionem significant. propterea Galenus in eodem loco dicit, primas significare factam esse perturbationem: secundas, fieri; tertias, nondum cepisse. Si uero petas de quibus turbidis in hoc aphorismo sermonem habuerit Hippocrates. Respondemus, de his quæ minguntur turbidæ, & remanent turbidæ: aut de his quæ minguntur claræ, & fiunt turbidæ. nam illæ quæ minguntur turbidæ, & fiunt claræ, per uiam crisis minguntur, quod bonum est. propterea doloris capitis uel futuri, uel presentis signa esse non possunt. forte præteritum dolorem præ se ferre possent. propter quid autem urinæ in aphorismo citatæ dolorem capitis significant, & ipse Philotheus causam reddit iniquis, τῶ πνευμάτων ἢ τῆ κεφαλῆ χωριστῶν, ἀλλὰ καὶ θηλώσει μελέτω γινόμενῳ τῷ πάθει, διὰ τὴν θερμότητι καὶ τὸ πνεῦμα. idest, Spiritibus in caput progressis, sed & ostendet exercitationem factam passionis ob caliditatem, & spiritum.

GALENVS

HVNC nonnulli aphorismum cum superiori coniūgunt, tanq; eius partem, ita scribentes. Quibus urinæ obuersæ, hisce dolores capitis. Et uolunt quidam uerbum, obuersæ, contrarias ostendere his, quas antea grumosas nominauit, nonnulli uero ipsas urinas perturbatas. Falsum autem est quod urinæ tenues sint cum dolore capitis. Videtur enim dolores capitis aliquando antecedere, aliquando simul esse cū perturbatis urinis, & quales nā hæc sint manifeste mōstrauit, iniquis, quales sunt iumentorū, & tales fiūt materia crassa ac dēfā à calore agitata. Hęc em̄ uidēt maximæ, et ab extrinseca caliditate in spiritum

in spiritum solui, sicuti bitumen, pix, atq; resina. Nonnullę igitur urinę longo tempore manent perturbata, nonnullę uero cito sedimen crassum habent, & cito morbum solutum iri significant. Quę uero non resident, si uires aduerint longum fore morbum ostendunt, si imbecillitas adsit, ægri mortem prænuntiant. hæc quidem ex superabundanti a nobis sunt dicta, quoniam non carent utilitate, quę uero ad ipsum attinentia aphorismū adhuc dicere oportet sunt ista. Urinis perturbatis capitis dolores necessario, aut adfunt, aut aderunt, ut inquit Hippocrates, quoniam spiritus flatuosus unā cum calore prompte fertur ad caput. Non tamen si quis dolet caput, aut doliturus est, huic omnino tales sunt urinę future. Fiunt enim dolores capitis etiā ex calore solo. Nonnunquam uero ex flaua bile, quę uel in capite, uel in uentriculo continetur, & ex humorum abundantia caput opprimente, uel propter aliquam loci obstructionem, uel spiritu flatuoso habente in parte ipsa generatio nem, quorum nihil talem facit urinam ex necessitate.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus quorundam opinionem recenset, qui hunc Aphorismum præcedenti coniungere uolebant, ut ita cōtinuaretur, Quibus autem urinę obuersę, hisce dolores capitis. immo illorum nonnulli addunt, quod uocabulum, obuersę, grumosis opponitur. aliqui uero intelligūt ipsas perturbatas urinas, non tamen grumosis cōtrarias.

Quod legitur, Quibus urinę obuersę. Ibi addenda est particula, autem, & legendū, perturbata & non obuersę. nam Græcus contextus Aldinus ita dicit, *οἱσι δὲ ἀνατεταραγμένα πύθρα*, idest, Quibus autem perturbata, uel turbulentę urinę. quamuis noster antiquus contextus non dicat *ἀνατεταραγμένα*, sed *ἀνεστραμμένα*. uerum probus quidam uir immutauit, & expunxit illam particulam *ἀνεστραμμένα*, & eius loco illam subiecit *ἀνατεταραγμένα*.

Quod etiam legitur, & uolūt quidam uerbum obuersę, lege perturbata. ut semper sit continuatio in nominibus. nam & Græce idem nomen semper est *ἀνατεταραγμένα*.

Quod etiam legitur, contrarias ostendere his quas antea grumosas nominauit. antiqus noster contextus, *πύθρα θρομβώδεις*, idest, grumosis legit, sed Aldinus habet *πύθρα λεπτοίς*. At uerba quę sequuntur, nobis ostendunt, quod legi debeat, *θρομβώδεις*, idest, grumosis; quoniam Galenus hos reprehendere uidetur, qui urinās *ἀνατεταραγμένας*, idest perturbatas, *θρομβώδεις*, idest, grumosis opponebant. nam si grumosis contrarię sint, tenues esse oportet, sed urinę tenues, capitis dolorem non significant. ex hoc igitur Galeni argumento, quo sumit urinas tenues, certū est, in præcedenti sententiā urinas *θρομβώδεις*, idest, grumosas intelligendas fuisse, quibus *λεπτοίς*, idest, tenues opponantur. aliter hoc argumentum, quod facit falsum esse, urinas tenues capitis dolorem non significare, ad propositum non uideretur, neq; esset.

Quod legitur, Sint cum dolore capitis, Græce habetur *εἶναι κεφαλαλγία*, idest, dolorem capitis significant, uel esse cephalalgia.

SECUNDO docet capitis dolores, urinas perturbatas quandoque antecedere, & quandoq; sequi. tamen adde tu, quod nunquam materię ebullitionem & agitationem antecedit, quamuis fumi in caput nondum peruenerint. ostendit autem quales nam hæc sint, quę sunt similes iumentorum urinis, quę a materia crassa, ac densa, a calore agitata sunt. uerbum agitata Græce est *κατὰ γαζομίμης*.

TERTIO docet has urinas, & ab extrinseca caliditate in spiritum solui, ut pix, bitumen, atq; resina faciūt, quę quid sint, nos diffuse in nostro simpliciū examine docuimus.

QUARTO, Turbularum urinarum duplex genus ponit, unum est urinarū que minuuntur turbidę, & efficiuntur clarę, & hæc morbum solutum iri significant. Aliud urinarū quę minguntur turbidę, & diu manent turbidę. Si quis integras uires habens has urinas minxerit, morbus erit longus; si uero sit imbecillis, ægri mors prædicēda est. Non meminit autē Galenus urinarū quę minguntur clarę, & efficiuntur turbidę, quia fortē putat in aphorismo illas intelligi quę turbidę minguntur, & turbidę permanent.

Quod legitur, Nonnullę igitur urinę, Græce habetur, *πνὰ μὲν οὐ τῶν ποιοτῶν ἔργων*, idest, Nonnullę igitur talium urinarum.

QUINTO excusat se cur hæc exposuerit, dicens, esse ex superabundanti dicta, quia utilia sunt, Græce autem dicit, *ἵνα τὸ πλεονέχον*, Leoniceus interpretatur ex superabundanti

perabundanti. At *πάροργον* obiter atque intempestiue significat.

SEXTO Galenus ad aphorismi expositionem se conuertit inquiring, ab Hippocrate dici urinas perturbatas presentem capitis dolorem, uel futurum significare, quia spiritus flatuosus unā cum calore fertur ad caput.

Deniq; docet, non conuerti, si cui doleat caput, quod urinas perturbatas esse oporteat: sicuti si quis perturbatas habeat, illi caput dolet. quoniam capitis dolor ab alijs multis causis fieri potest, & non solum ab ebullitione crassorum humorum, à quibus flatuosus si spiritus eleuentur, qui unā cum calore caput petant. nam quādoq; capitis dolores ex sola intemperie calida fiunt: quandoq; ex flaua bile, quæ in capite uel in uentriculo sit: quandoq; ex humorum copia caput opprimente: quandoq; ob partium capitis obstructionem: quandoq; à spiritu flatuoso in capite generato. hæc autem urinas perturbatas non faciunt, ideo non sequitur, si alicui doleat, uel doliturum sit caput, quod has perturbatas urinas habere debeat.

Quod legitur, Capitis dolores necessario aut adsunt, aut aderunt: ante hoc uerbum, adsunt, poni debet hæc particula, aut adfuerunt. nam Græce habetur *ἢ γέγονασιν, ἢ ὄντων, ἢ ἔσσονται*, hoc modo in antiquo nostro contextu legitur: sed Aldinus non habet hanc particulam *γέγονασιν*, idest, adfuerunt. Ex his apparet, Aphorismum etiam intelligi posse in urinis perturbatis, quæ claræ fiunt, quoniam & ipsæ dolorem capitis adfuisse significant.

APHORISMVS LXXI

Quibus septima iudicatur, his nubeculam habet quarta die urina rubeam, & alia ex ratione.

BRASAVOLVS

QVI in septem diebus ex suis morbis iudicari debent, indicia quædam præmittunt, quibus facile deprehendi potest, in illo die iudicium futurum. nam die quarta, quæ est septimæ indicatiua, nubecula quædam rubra in urina apparet, & alia omnia signa, quæ breui futurum iudicium significat. ex hac enim rubra nube, materiam ferè coctam esse ostenditur. propterea si quarta die appareat, hac die est ferè coctam materia: unde ad perfectam coctionem septimam diem transire non potest, & tunc iudicium fiet, quod tanto certius eueniet, quanto & alia signa hoc ipsum demonstrabunt.

ὅσιν ἐβδομαία κρίνεται, idest, Quibus septima iudicatur.] Quamuis multi contextus legant *ὅσισιν*, idest, Quibuscunq;: at ad aphorismi sensum hoc nihil facit. Theodoros interpretatur, Quibus septimo die iudicatur ad salutem, sed hoc addendum non erat. quoniam cum Hippocrates simpliciter dicit, iudicatur & iudiciū, semper bonam iudicationem, & bonum iudicium intelligit: nunquam uero de mala iudicatione uerba facit, nisi cum præfatione, male iudicatur, uel malum iudicium. Sensus Hippocratis est, hi qui septimo die iudicari debent.

Τῆ τρίτῃσι μὲν φελοῦ ἵχει τὸ ἔργον τῆ τετάρτῃ σφυρῶν, idest, His nubeculam habet urina quarta die rubram.] nam quarto die, de septimo iudicium ferè potes, an bonum sit, an non bonum iudicium: quia dies quartus septimæ diei indicatiuus est. Si aut in quarto die facta sit notabilis coctio in materia, adeo ut urina nubeculam rubrā habentes appareant, signum est in septimo die coctionem perfectam futurā. Itaq; in septima iudiciū fiet. Sed & per oppositum intellige, si in quarta die signa mortis appareant, ut urina, quæ nigram nebulam habuerit, septimus dies iudicium faciet ad malum. Galenus in tertio libro De crisi, capite tertio & quarto hæc diffusissime tractat, ubi eos docet qui in secundo die, qui in tertio, qui in quarto, qui in septimo, qui in quartodecimo, & qui in alijs temporibus iudicari debeant. id enim fit secundum ægritudinis motū. Immo casum quendam describit, si quis, nec primo die, nec secundo, coctionis signa habuerit, hic in primo quaternario non sanabitur. At si postea appareant, in septimo die iudicabitur. A cætuarius libro secundo De urinarū iudicijs capite octauo, ubi de iudicio cōtentorum subrubeorum & rubeorū uerba facit, inquit, contenta subrubea atq; rubea cruditatem quandam

quandam in tertia coctione, ob rubeæ bilis excessum, demonstrant, putantur tamen mediocria, atq; fortasse absq; periculo apparere; materia alia memorata cōtenta, nō minus quantitate, q̄; qualitate nocentia sunt. hæc uero sola quāritate solent uirtutē ipsam offendere, cuius nimietas si auferatur, uirtus per quā facile ad seipsam reuertitur. Ex quibus Actuarij uerbis excerpere potes, rubram nebulam nō esse malam, sed coctionem significare, quæ tamen nondum perfecta est: perficitur uero in septimo die, ideo tūc fit crisis, quæ in bonum terminatur. Oribasius dicit, non semper hoc fieri, propterea considerat, quando semper fiat, & quando non fiat. dicit autem, superius dictum esse ab Hippocrate, quartum diem iudicare sextum, sexto uero adueniente, septimi signa præcedunt, ut eo ueniente fiat iudicatio, sicut & nunc docet. Si quarto die præcesserint urinæ tales, & adueniente sexto die capitis dolor fuerit, et uirtus ualida, septimo die iudicabitur ad salutē. At hoc ab Hippocrate dictum non est, quod quartus de sexto iudicet, nec ista ratio, quā assignat Oribasius, conuenire uidetur. Scitoq; dictum esse ὡδινὲ φελοῦ, idest, nubeculam; tamen proprie nubem significat, quæ non sit penitus in superficie.

Hic uero dubium fit à Philotheo, quod tale est, διατι ἐπιγνῖ ὡδινὲ φελοῦ ἴχει θρυβρόν, καὶ ἂν ἐπι λουκόν, idest, propter quid dixit, Supernebulam habuerit rubram, & non dixerit albam? Respondet, διότι θρυβρὸν καὶ χολώδης ὕλη ὑπόκειται, καὶ φλεγματικὴ, καὶ ἴσσο δίνου, ἢ καὶ τῆ ἐβδόμεν κρίνεισθαι, idest, Quoniam calida & biliosa materia subiacet, non crassa et pituitosa, & hoc manifestum est ex eo quod dixit septima iudicari. At hoc dubio remoto, aliud facit inquiring, καὶ ἐπειδὴ ὕλη ξανθὴ ὑπόκειται, καὶ θρυβρὸν, εἴ τι μὴ ἐπιγνῖ, ὡδινὲ φελοῦ ἴχει ξανθόν, idest, & quoniam materia flaua subiacet, & calida, propter quid nō dixit, nebulam habuerit flauam? Respondet statim, ἀλλὰ τὸ ξανθὸν εἴ φαίνεται ὅτι ὑπόστασις, εἴ τι τὸ ἀνω αὐτὸ διαφανές, κατὰ χρυσάλευκος οὐκ ἀντὶ τῷ ξανθῷ θρυβρόν ἐπιγνῖ, idest, Sed flauum non uidetur in hypostasi, ob id quod est perspicuum. Abusus igitur pro flauo rubrum dixit.

καὶ τὰ ἄλλα ἢ λόγῳ, idest, & alia secundum rationem.] alia inquam scilicet signa in quarto die apparere debent, si iudicium in septimo die futurum sit. Philotheus exponit quæ sint hæc alia signa, inquiring, ποῖα εἰσὶ τὰ ἄλλα; διαχωρήματα, πῦσματα, μάστιγα εἰ τὸ πάθος ἢ τὸ θάνατος σφυγμός, εἰν γὰρ ταῦτα πάντα ἢ λόγῳ εἰσι, καὶ τὸ ἔργον ὡδινὲ φελοῦ ἴχει θρυβρόν, πένψυ δηλοῦν τῆ τετάρτη ἡμέρᾳ, πάντως τῆ ἐβδόμεν κριθήσεται. δια τί; διότι δηλωτικὴ καὶ δεικνῖ ἢ τετάρτη τῆς ἐβδόμης, καὶ ὡς αὐτὸς φησὶν, τῶν ἐπιτὰ ἢ τετάρτη ἐπίδηλος. idest, Qualia sunt alia: deiectiones, sputa, præsertim si passio thoracis pulsus fuerit. Si igitur hæc omnia secundum rationem sunt, & urina rubram nubeculam habuerit, coctionem significat quarta die, omnino septima iudicabitur, propter quid? Quoniam quarta septimæ iudicatio est, secundum quod ipse dixit, septenorum quartus est index. Galenus præter illa quæ in hoc commento disserit, alia multa in tertio De crisi capite tertio repetit, nam inquit considerandum esse morbi motum, & eius magnitudinem considerandam, consideranda symptomata, & considerandam ætatem, considerandum anni tempus, regionem, & illa omnia quæ morbum remorari & recidere possunt. Tamen in huius aphorismi cōmentio ipse intelligit, alia ex ratione, idest, alij dies ex ratione de his indicāt, supra quos indicare debent, & de illis excrementis quæ hoc iudicant, uel sint per sputa, uel per aluum inferiorem, uel per urinam, uel per sudorem, uel per aliam euacuationem ex his quæ indicant futuram crīsim. Hippocrates in libro De urinæ notis, signis, & differentijs (si is liber Hippocratis sit) inquit, urinam bonam esse, quæ rubra mingitur, nam coctionem significat, & sanguinis copiam; additq; in febribus continuis apparere.

GALENVS

SICVTI in pluribus alijs seipfos imperitos artis Hippocratis ostenderunt plurimi eorum qui eius librum exposuerunt, sic & in isto. Putant enim adiecta fuisse aphorismo, & alia ex ratione, quæcumq; circa somnos, uel uigilias, uel respirationem, uel acubitum, uel surrectionem, uel tale aliquid, in prognostico scripsit, ut si hæc omnia bene facta uideantur, post septimum futuram speremus iudicationem. Videntur autem ignorare capita maxima ad præcognitionem facientia, Vigilāt enim magna ex parte, & grauior se habent, ac februnt uehementius ægri quanto iudicatio appropinquat. Plures uero eorum prope iudicationem spirant difficulter. Non igitur neque quod ex urinis ap-

paret signum, sine talibus casibus sit ad firmiorem futuræ iudicationis spem signum in urinis, sed multa alia quæ frequentius, quàm istud apparent, de quibus nihil uidentur cognoscere, qui audent Hippocratis commentarios exponere, priusquàm totam ipsius artem perdiscant. Nam cum quarta dies sit index, quemadmodum ipse edocuit, & qualis sit futura septima nunciet, omne quod in ipsa dignum effatu signum coctionis apparuerit, futuram septima die iudicationem ostēdit, adeo quod non solum rubra aliqua nubes apparens, antea non uisa, iudicationem significat, sed & alba multo plus ipsa. Adhuc autem magis & sublimamentum album, æquale, atq; consistens. Si uero uelociter admodum morbus moueatur, & mutatio coloris, & consistentię, sunt sufficientia signa futuræ iudicationis. Tenuis itaque urina si mediocriter crassa efficiatur, & si alba ruffa fiat, in tali morbo iudicationem significat. Vnius itaque signi nominatim Hippocrates meminit, urinae scilicet rubrae. Dignum autem existimat, ut sicuti hoc, ita & alia ex ratione intelligamus, quæcunque futuras iudicationes ostendunt. Sunt autem hæc quæ in diebus ab ipso uocatis indicibus, & contemplabilibus fieri consueuere, uel in excrementis alui inferioris, uel sputis: semper enim hæc talia omnia iudicationes significant, non tamen bonas semper. Solis enim coctionis signis in diebus contemplabilibus apparentibus, bonæ futuræ iudicationes indicantur. Sensus ergo uerborum aphorismi talis est. Meminit autem nubes rubeæ tanquam signi perrari. Alba enim frequentissime apparent, & sunt signum coctionis manifestum. Rubrae uero raro fiunt, & nisi hoc in loco de ipsis dixisset Hippocrates quod in diebus indicantibus apparentes futuram nunciāt iudicationem, forte nemo talem ipsis adesse uim expectaret: siquidem Hippocrates colorem rubeum quidem salutarem, diutinum tamen esse uult. Nam in Prognostico ita ad uerbum scribit, Si uero urina fuerit subrubea, & sedimen subrubeū, & leue, magis quidem hæc diutina, quàm illa. Sed admodum salubris. Nunquid igitur quarta die talis nubes apparens futuram in septima iudicationem significabit, in alia autem aliqua indice non significabit, diligentius est inquirendum, quod in ipsis operibus est obseruandum. Nam quantum ad rationes attinet, sunt ad utranq; partem argumenta, & magis ad alteram, quod non significabit nisi morbus ualde uehemēter moueatur. Nam si quarto die fiat æquale tempus priori, id quod sequetur assumens non est impossibile quod iudicationem ostendat. In undecimo autem apparens non mihi uidetur admodum tribus solis egere, sed etiam pluribus, uerissimum si quidem est, colorem talem aliquid suffragari solutionibus. Ego quidem raro signum tale in alijs diebus uidi præter quartum. Cui uero in septimo apparuit, hic quartodecimo fuit iudicatus: cui uero quartodecimo, hic in uigesimo. Apparuit autem cuidam alteri in undecimo, qui decimo septimo iudicatus est: & cuidam alij in eodem undecimo rursus, qui uigesimo die fuit iudicatus.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus interpretes quosdā antiquos reprehendit, qui illam uetimam Aphorismi particulam, & alia ex ratione, male interpretabantur. uolebāt enim alia sequi ex ratione, id est, illa quæ in primo Prognosticorum enumerata sunt, quæ hæc sunt, Si bene dormiant, bonam respirationem habeant, naturaliter accumbant, & reliqua, quæ ab Hippocrate in illa parte enumerantur: sed Galenus ipsos reprehendit. quia Hippocrates hoc non uoluit. & quod id uerum sit, apparet: quoniam cum est futura crisis, non est opus quod in his bene se habeant quæ ab Hippocrate in illa parte referuntur. nam quando iudicatio ad bonum futura est, uigilant ægri, grauius se habent, respirare nequeunt, intensius februnt. propterea hi non intelligunt Hippocratem, qui ita exponunt. Nempe omnia Hippocratis commentaria prius addiscere debebant, quàm hoc opus interpretari inciperent.

Quod legitur, uel tale aliquid in Prognostico scripsit, legi debet, uel tale aliquid aliud in Prognostico scripsit. nam Græce habetur, ἢ τι καὶ πρὸ ἄλλο τῶν ἐμπεδοκλεῶν ἐν τῷ προγνῶστικῷ γράμματι, illa particula ἐμπεδοκλεῶν in antiquo nostro contextu adest. In Aldino minime, neq; illam habuit Leonicensius in suis.

Quod legitur, post septimam, futuram speremus iudicationem, Græce habetur, τὴν κείνην ἐπεὶ δὲ τῆν ἑβδόμην ἡμέραν ἐλπίσωμεν, id est, secundum septimum diem, uel in septimo

septimo die futuram speramus iudicationem. nam iudicatio, de qua sermo fit, non post septimum, sed in ipso septimo contingit.

Quod etiam legitur, Quando iudicatio appropinquat, *ὅσα πρὸ ἀνεγνωτῶν ἐκείσιν αὐτῶν*, idest, quanto iudicatio magis appropinquat; uel potius, quanto magis iudicatio appropinquat.

Quod etiam legitur, Non igitur neq; quod ex urinis apparet signum sine talibus casibus fit ad firmiorem futuræ iudicationis spem. græce scriptū est, *ὅτι δὲ εἶται τὸ εἶναι τῶν ὄρων φάσμα σημεῖον, ἂν δὲ τῶν εἰρημνίων συμπτωμάτων εἰς πιστοτέρων ἐλπίδα τὸ μελλόντος εἶναι καὶ κρείσσονος σημεῖον ἢ ὄροις*. Quæ si nos ad uerbum referamus, inquit, Non igitur oportet, neq; quod ex urinis apparet signum sine talibus symptomatibus fieri ad firmiorem futuræ iudicationis spem. Scitoq; hanc ultimā particulā, quæ dicit *σημεῖον ἢ ὄροις*, & à Leonico interpretata est, signum in urinis, uacare. quamuis in Aldino contextu adfit, tamen ut superflua auferri debet, quæ Hippocratis seriem perturbat, non enim potest eum prædicta sententia recte copulari.

SECUNDO Galenus Aphorismū interpretari incipit, cum dies quarta de septima indicet, ideo omne coctionis signū in quarta die apparet, coctionē in septima die futuram offendit; propterea non solum rubra nubes hoc significat, sed & multo magis alba, & album sublimamentum, equale atq; consistens. unde si morbus uelociter moueatur, & sufficientia coctionis signa appareant, ut si urina tenuis fuerit, quæ mediocriter crassa efficiatur, & alba ruffa fiat, hæc urina quia coctionem significant, etiam in hoc morbo futuram crifim ostendunt.

Quod Leonicoenus interpretatur, sublimamentum album, græce est, *ἐναώρημα λεῖον*, est autem *ἐναώρημα* illud contentum in urina quod in media regione est, nos superius interpretati sumus sublationem, uel sublime.

Quod sequitur, æquale atq; consistens, hæc particula, consistens, in aliquibus cōtextibus legitur *συνεπής*, in alijs *συνεπής*, idest compactū, solidum, quod dispersum non sit.

Quod legitur, tenuis itaq; urina, legi debet, ut tenuis urina. aliter perfecta præcedentium ad sequentia continuatio fieri non uidetur, quæ per hanc particulam, ut, fit. nam hæc particula, ut, illius quod dicebat, exemplum esse notat. si uero morbus uelociter moueatur, & mutatio caloris, & substantiæ sunt sufficientia signa futuræ iudicationis, postea sequatur, ut tenuis urina.

Quod etiā legitur, & si alba ruffa fiat, illa particula, ruffa, græce est *ὀχρῶν*, idest pallida. TERTIO Galenus docet, ab Hippocrate unicum signum dici, scilicet quando apparent urinae rubrae, & per hoc unū signū omnia alia intelligenda esse docet, quæ solent futuras iudicationes ostendere. Sunt autē omnia illa quæ in diebus ab Hippocrate uocatis iudicijs, & cōtemplabilibus sūt; uel in urinis, uel in excrementis alui, uel in sputis. hæc enim iudicationes semper significant, non tamen semper bonas, quia solum quando coctionis signa in diebus contemplabilibus apparent, bonæ iudicationes futuræ sunt.

QUARTO Galenus causam reddit cur Hippocrates rubrarū nebularū mentionem fecerit, huius inquit causa est, quia est signum rarum. nam albæ nubeculae frequenter apparent, & coctionem significant; rubrae uero raro fiunt. Immo addit, nisi Hippocrates de ipsis hoc loco mentionem fecisset, nullus forte iudicasset hoc ab ipsis indicari. Nam in libro Prognosticorum Hippocrates omnino putat urinas rubras, & nubeculas tales esse salutaris, sed morbum longum significare.

Quod legitur, Magis quidem hæc diutina, quam illa. græcus contextus dicit *πλουζον νιότητος μὲν τὸ πρῶτον γίνεται*, idest, Magis quidem hæc diutina, quam prima, fiunt.

QUINTO Galenus dubitat, an urina in quarta talē nubeculam habens, in septima iudicationē fieri significet, sed in alia die si fiat, quæ indicatiua sit, illud non significet, dicitq; inquirendum esse diligentius per ea quæ obseruantur. Si quis autē à Galeno argumēta petat uel hoc, uel illud probantia. Respondet ipse, argumēta adesse, quæ utranq; partē probare possunt, & præfertim quæ probare possunt, quæ non significabit, nisi morbus ualde uehemēter moueat. nā si quarta die appareat rubra nubecula, tres dies præcessere, & iam facta est notatu digna cōcoctio, propterea totidē diebus additis, quot præcessere quartā diē, qui erunt tres dies, cōueniēs est deinde perfectā coctionē esse paratā

At si in undecimo appareat, uerisimile non uidetur, quod perfecta iudicatio in quarto decimo die fiat, quia Galeno non uidentur satis esse tres dies, etenim plures præcessere quam tres, hoc tamen certum est, cum hoc signum apparet, coctionem significare.

Quod legitur, in undecimo autem apparens, non mihi admodum uidetur tribus solis egere. hic deest particula, diebus: legi enim debet, tribus diebus solis egere. nam Græce habetur *τριῶν ἡμερῶν δεήσεσσι μόνων*.

Quod etiam legitur, Aliquid suffragari solutionibus, græce habetur, *ὡμίτην τῆς λύσεσσι*.

Denique Galenus dicit, se tale signum uidisse raro nisi in quarta die, & quosdam casus refert, ut de illo qui in septimo die hanc nubeculam habuit, & in quartodecimo iudicatus fuit: & de alio, qui in quartodecimo hoc signum habuit, & fuit iudicatus in uigesimo: & de uno qui idem habuit in undecimo, & in decimo septimo iudicatus fuit, & de alio qui signum habuit in undecimo, & iudicatus fuit in uigesimo. Vnde hoc signum, solum uidetur uerum in die quarto quod de septimo iudicet, de alijs uero iudicatijs diebus certa ratio non est, quia experientia docuit, & nunc etiam docet, in diuersis diebus iudicationes fieri. tamen semper fiunt uel citius, uel tardius, hoc autem prouenit secundum quod morbus uelocius, uel tardius mouetur.

APHORISMVS LXXII

Quibus urinæ albæ, & perspicuæ, malæ. præsertim si in delirantibus appareant

BRASAVOLVS

ALBÆ urine, & adeo lympidæ, ut diaphanæ, idest, perspicuæ appareant, nō solum in ægrotantibus, sed etiam in sanis cruditatem extremam significant: præsertim quando nullam causam euidentem habeant, propter quam factæ sint: ut si quis multam aquam potasset, aut copiose dilutius uinū. Sunt uero ideo malæ, quia malum significant: quod potissimum in agris intelligere oportet, pessimæ uero sunt si in delirantibus appareant, quia in caput materiā inuehi significatur, & ipsum implere, & exaugere deliria, nihilque ex prauo humore per urinam transmitti. Philotheus hunc aphorismū ita introducit, *ὁ πῦρ ἀφορισμός ἐκ τῶν πινάτων τῶν διάγνωσις ἐγκειμένα*. idest, præfens Aphorismus ex urinis cerebri iudicium facit. Celsus capite quarto secundi libri de hac urina mentionem facit, & ipsam non appellant perspicuam, sed dilutam, eius uerba hæc sunt. (Ibi enim de malis ægrotantiū signis agit) Diluta quoque atque alba uitiosa est, sed in phreniticis maximè. Quam sententiā ad uerbum refert Plinius libro uigesimo octauo capite sexto.

ὁ ὡμίτην ὄρα διαφανέα λευκά, πονηρά. idest, Quibuscumque urinæ perspicuæ albæ. Hic non adest copula, &, quam Leoniceus addidit, & in suo contextu album, perspicuum præcedit. Celsus dilutam interpretatus est, quam diaphanam uocat Hippocrates. Actuarius in primo libro de urinarum differentijs capite octauo urinas albas, in crystallinas, niueas, & aqueas distinguit, & has dicit esse summæ cruditatis indicia, hasque ex qui site albas uocat, postea remisse albas enumerat. Sunt uero lactea, quæ lacti assimilatur: glauca, ut cornu pellucidum: & charopea, quæ similis est subalbidis cameli pilis, uel ungui lapillo sic appellato. Omnes etiam istæ crudæ sunt, sed minus quam præcedentes, quæ exquisite albæ nuncupantur. Idem Actuarius in primo libro De urinarum iudicijs inquit, si alba urina in sano semel appareat, significat multam uini potionem, præsertim uini exilis. Addit paulo deinde, quæ in febribus acutis urina alba exit, eiusmodi apparet, quod humor qui ipsam tingebat, aliò transmissus est. In proposito autem huius aphorismi, transmittitur ad caput. propterea dicit peiores esse in delirantibus. Denique causas omnes albarum urinarum concludit dicens, urinæ albæ fiunt, aut à crassitudine & multitudine crudorum humorum, aut ab oppilatione meatuum, aut à potus magnitudine, aut ab incoctione, aut etiam ab auersione humoris tingentis, atque à frigidityte secundum naturam, & secundum ægritudinem, quæ ualde albæ sunt, atque cum tenui substantia exeunt. Quæ uero cum ægritudine fiunt, minus albæ prædictis sunt, sed

sunt, sed indicant multum humorem crudum in corporibus uigere. In primo etiam libro De urinarum caulis capite quinto idem Actuarius de urinis albis tractans inquit, quamobrem in albis coloribus cum urina fuerit crystallina, uel aquea, quisque cognosce re poterit, naturae cruditatem omnimodam ortam a frigiditate, aut maximam oppilatio nem, praesertim meatuum urinam sequestrantium, aut bilem ipsam, quae tingit ad alias cor poris partes transfluere. Vrina uero quae albedinem remissam offendit, praesertim quae uergit ad glaucum & charopum colorem, non ita facile praesentatur ob transpositionem rubre bilis, quae alio forte mittitur: sed potius ob debilitatem uirtutis alterantis, & con coquentis humores, producitur. Quod nemo prudentium inficias ire poterit. Quid ergo intelligit Hippocrates per urinas perspicuas albas? Respondemus, intelligit uel al bas crystallinas, uel albas aqueas, quas Celsus dilutas uocauit, quae magna cruditate humorum significant. & non ab re Leoniceus praemisit album perspicuum, quia perspicua u rina, una est albae urinae species. Sunt uero multae causae albarum urinarum perspicuarum, qua rum magna parte superius ex Actuario retulimus. Vna causa potest esse nimius aquae potus, aut uini aquosi, aut etiam uini non aquosi, sed in summa copia, in aquoso autem potissimum fit. Secunda causa esse potest, eo quod bilis, quae urinam tingere solebat, ad alia loca irrepit, & potissimum ad principalia, ut ad cerebrum, cor, & reliqua. Ter tia causa potest esse debilitas & uirtutis attractiuae, & expulsiuae uiarum urinae, cum enim haec uires debiles sunt, neque attractiua trahere poterit, nisi quod tenue est: neque expulsiua expellere nisi quod tenue est: propterea perspicua urina, & alba uidebitur. Quarta causa potest esse uiarum iecoris, & uiarum urinae in uirtute retentiuarum. Ideo aquositas quae urina est, contineri non potest, sed exit: & propterea alba apparet, & perspicua. Quinta causa potest esse uehemens iecoris frigiditas, & membrorum naturalium, ob quam non fit commixtio partium humoralium a calore, quae partes urinam tingere debent, uel crassiores reddere, ut non esset perspicua. Sexta causa esse potest uirtutis attra ctiuae robur, uirtutis inquam attractiuae quae in rebus est, sicuti in urinae stillicidio con tingit, nam aquositas tanto tempore non continetur in uasis, ut concoqui possit & colo rari, sed alba exit, & perspicua. Septima causa potest esse uenarum obstructio & mea tuum urinae, ita ut in ipsis crassa materia contineatur, tenuis aut exeat & aquosa atque perspi cua. Si uero petas de qua causa in Aphorismo intelligatur, scito omnes causas malas esse, ea excepta, quando quis multum biberit: sed potissimum causa ueritatis Aphori smi Hippocratis, est humorum cruditas, quae per has urinas significatur, & raptus materiae ad principalia membra. Nam in rei ueritate, in temporibus pestilentibus, & in morbis pestilentibus, qui caput occupare solent, haec urinae potissimum apparent, quae prius co loratae fuerant, tunc materia caput petebat, & omnes ferè moriebantur. Si etiam hic petas propter quid dixerit perspicua, & alba. nam quae perspicua sunt, alba esse uiden tur. Respondet Philotheus, *φαιλὸν ὅτι ἐκ τῆς μολυβδαίας, ἀλλ' ἐστὶν ὅτι καὶ διαφανῆ εἶσι, καὶ ἐκ εἰσὶ λευκὰ ἀπὸ φαυλῶν, ἢ ἀρχαῖα γούνη τὸ διάφορον τῷ διαγῶς προσέθηκε τὰ λευκὰ*, idest, Di cimus, quod non ex necessitate (scilicet quod est perspicuum esse album) sed reperiuntur quandoque & quae perspicua sunt, & non sunt alba, sed flaua, uel luthea. propter diffe rentiam igitur perspicuitatis, albas praemisit.

μάλις δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικῶσι ἀνφαίνονται, idest, Maximè autem in phreniticis appa rent. Ita habet noster antiquus contextus, & Aldinus, sed Hagonensis legit *μάλις ἐν τοῖσι φρενιτικῶσι ἢν ἀνφαίνονται*, idest, Maximè si in phreniticis apparuerint. Leoniceus, & antiquae translationis interpres, hanc lectionem habuere. At Theodorus praedi ctum contextum secutus est, Maximè autem in phreniticis apparent, utraque lectio con ueniens est, nam malae sunt si in phreniticis apparent, & sunt etià malae, praesertim si in phreniticis apparerent. malae inquam sunt, quia significatur biliolosam materiam in caput uerge re, quae urinam tingere solebat, uel praesertim istae urinae ob praedictam causam in phreniti cis apparerent. Theod. & Leoniceus hanc particulam *φρενιτικῶσι* interpretatur, Leonice de liraticibus, Theod. deliratis. At & si qui phreniti laborant, delirant, tamè non interpretarer phre nitis delirant. quauis & Celsus ea. decimo octauo tertij li. de tribus infantiae generibus lo quitur, quas dicit a Graecis *φρενιτικῶν* appellari, tamè quàm alia plura sint delirij genera, quae phrenites non sunt, nos potius phreniticis in hoc loco interpretaremur, quàm delirantibus. & si

Cellum

Celsum imitari uoluerim, dicerem insanientibus: tamen Celsus ipse quando in secundo libro capite quarto hunc Aphorismum refert, ubi de malis aegrotantium signis agit, interpretatur in phreniticis: & aphorismi sensum facit, ut Leonicensus interpretatus est, inquit, Diluta quoque atque alba uitiōsa est, sed in phreniticis maxime. quod idē est ac si dixerimus, praesertim si in phreniticis appareat. Actuarius li. primo de prauidētijs ex urinis capite secundo, huius urinae quae phrenesim significat meminisse uidetur, ubi dicit, urinae igitur albae colore, crystallinae uero & aquae speciei, semper tenues si māsērint, illa significant, quae in ijs de iudicijs dicta sunt. Nunc autem illa subdere oportet. Nam cum urinae aureae, aut rubrae, aut uineae, aut aliquo colore tinctae praecesserint in febre uehementi, neque aliquid dignū signū crisis aderit, decētere nosse poteris futurā esse phrenesim, atque eo peius, quo praemonstrati colores fuerint peiores. Nec omnino menitus fueris, si rursus tinctis urinis pronūciabis phrenesim solui. Siquidē uringille demonstrātibīlē, quae fluore tingit, sublimari ad caput, quae procraftinans additionē afferre poterit passioni, ac mortem significat. Haec Actuarius, ut hinc uidere possis tanto peiores esse, quanto uariorū colorū uringe praecesserint, & tūc indicare phrenesim, quando praecesserint. Si uero nō praecesserint, hoc nō significare. Oribasius dicit, Hippocratē uelle ostendere passionē phreneticā, tamen Hippocrates de urinis potius tractat. Non deerant aliqui interpretes, qui idē esse dicebant albū, & perspicuū: sed hi ab Oribasio reprehenduntur, quia aqua est alba & perspicua. Iac uero est albū, non autē perspicuū. Adde quod lotura sandaracae potest esse perspicua, nō tamen alba. Volens autē Oribasius causam reddere cur istae uringe phrenesim significēt, multa falsa dicit & hoc potissimū, quod phrenesis ex pituita fiat, & quia pituita est alba, ideo urina quae deciditur est alba. nam dicit, crassitudinē phlegmaticā cerebrū tangente arterias extēdere, & cauitates replere ideo passionem phreneticā inducere, unde & in infantibus, quae maxime hoc cōtingere solet, quia dicitur phreneticā passionē fieri ex nimia siccitate, aut nimia humiditate. Hic ab Oribasio multa falsa, & praeter rem dicuntur. nam quod phrenesis a pituita fiat, falsum est, & quod maxime in pueris fiat, adhuc falsum. nisi phreneticā passionem aliud intelligamus ab Oribasio dici, quae phrenitīm. Dubitat hic Philotheus cur uringe albae, & perspicuae prauae sint. Respondet, *ὅτι τὸ σημαίνει ἀρχαίως ἀπειρίαν, ἀλλὰ ὅτι τοῖς φρενιτικοῖς μάλλον πονηρά, ἰδὲστ, propterea quod extremam cruditatem significat, sed in phreniticis magis praua.* Sed statim aliud dubium facit propter quod in phreniticis magis prauae significant. Respondet, *ὅτι ἡ φρενίτις ἀπὸ χολάδης ὕλης γίνεται, καὶ ἴδιαι καὶ τὰ πρὸ φαυλά ἐστὶν. ἀλλὰ ἐπιπέδιος ὁ γίνεται, σημαίει κακόν. διὰ τοῦτο ὅτι ἀνθεκί πρὸς ἡ χολάδης ὕλην ἰδίαν τὸν ἐγκέφαλον, καὶ ὅτι τὸ πάθει κύνειον μόριον, ἵπτι τὸν ἐγκέφαλον, κακόν ἐστίν.* idest, Quoniam phrenitis a biliosa materia fit, & oportebat etiam urinam flauam esse. Sed quoniam hoc non fit, si gnum malum: ostendit enim quod ascendit quodammodo biliosa materia ad cerebrū, & ob id quod patitur principale membrum, uel cerebrum, malum est.

GALENVS

URINAE tales extremam cruditatem significant, quare & morbos longos faciunt, quaedam uero ex ipsis cum anticipauerint uires dissoluere, sunt perniciosae, ueluti in delirijis: nullum & enim uidi delirantem, in quo talis urina apparuisset, saluatum. Melius si quidem est, ut sicuti totus morbus est biliosus, sic & urinae appareant biliosae. Aquosae autem urinae (tales enim sunt albae, atque perspicuae) magnam cruditatem ostendunt, & praeterea flauam bilem ad caput solummodo rapi. Quibusdam enim urinae perspicuae non tamen albae, quae scilicet tenuem habent substantiam, colorem uero biliosum. Quae uero perspicuae sunt, & albae simul, sunt penitus aquosae. Si igitur simpliciter scriptum sit, Maxime uero in delirantibus, horum uerborum intellectus est manifestus. Si uero finis sermonis adficiatur, sicuti in alijs exemplaribus uidetur adiectum uerbum, apparet, sensus erit talis. Aquosae urinae male sunt, praecipue uero tales apparent in delirantibus qui exitio proximi sunt. Neque enim in omnibus, quemadmodum nonnulli libri expositores audierunt, nihil scientes ex his quae in aegrotis apparent, in quibusdam exemplaribus ita scriptus est finis aphorismi, Praecipue uero in delirantibus tales apparent, & est idē intellectus qui secundae scripturae antea a nobis dictae.

Brafa

BRASAVOLVS

PRIMO à Galeno edocemur quare tales urinæ malæ sint. quia, inquit, extremam cruditatē significant, quod malum est. Nam si uirtus constet, morbus erit longus: si autē defecta sit, mortem significant, ut in delirijs. Vnde ipse testatur se nunquā uidisse delirium qui has urinas habuerit, & sanatus sit. Vbi autem Leonicensus delirium interpreta- tur, tu semper phreniticū dicitō quoniam in Galeni cōtextu semper φρενιτικόν dicitur.

SECUNDO docet, melius esse si morbus sit totus biliosus, quod urinæ sint biliosæ, nam opus est urinas proportionari morbo. Urinæ aquosæ (ita enim Galenus perspicuas & albas appellat) cruditatem significant, & etiam flauam bilem in caput rapi.

Quod legitur, & præterea flauam bilem ad caput solummodo rapi, deest una particula, scilicet uniuersam, uel totam: & illa particula, solummodo, legi debet, sursum. nam eius Græca uerba hæc sunt *καὶ πρὸς τὴν κεφαλὴν χολῆς ἀπασαν τὴν ὀφθαλμὸν ἀνω γρο- νφοῖται πρὸς τὴν κεφαλὴν*, id est, Et præterea omnē impetū flauæ bilis ad caput sursum rapi.

TERTIO Galenus docet, inueniri posse & urinas perspicuas non albas, ut sunt tenues, quæ biliosum colorem habent: sed illæ quæ perspicuæ & albæ sunt, aquosas esse oportet: unde Celsus eas recte dilutas appellauit. quamuis & nos etiam crySTALLINAS intelligamus, tamen & hæc crySTALLINÆ sunt aquosæ.

QUARTO Galenus secundam aphorismi particulam interpretatur, quæ ob id ali- quam difficultatē parere uidetur, quod secundum varias lectiones præponitur. Si ita le- gatur, Maximè uero in delirantibus, aphorismi sensus clarus est atq; dilucidus. At si in fine hoc uerbum, apparent, addiderimus, ut in alijs exemplaribus scriptū est, sensus erit, urinæ aquosæ malæ, sed hæc potissimum apparent in phreniticis qui sunt prope mortem. unde in omnibus non apparent, ut quidam ignari putarūt. Tamē in alijs exemplaribus ita scriptum inuenit Galenus, præcipue uero in phreniticis tales apparent. At idem est sensus cum præcedenti lectione.

Quod legitur, Qui exitio proximi sunt, Græce habetur *ὀλιθολοῖς ἔχουσι*, id est his qui in perniciem uenient.

Quod legitur, in quibusdam exemplaribus, adde particulam, uerum, ut legas, uerum in quibusdam exemplaribus. Græce enim est *ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀνω γροφῶν*.

APHORISMVS LXXIII

Quibus illa suspenfa murmurantia, lumborum dolore superueniente, his alui humectantur, nisi flatus erumpant, aut urinæ multitudo proueniat, hæc ue- ro in febribus.

BRASAVOLVS

Quibus illa prædura, & adeo tumida habuerint, ut suspenfa dici possint, & murmurēt, & lumborū dolor superueniat, in his quod alius humectabitur, prædicere potes, nisi id acciderit, quod flatus erumpat, aut urinæ multitudo fluxerit, hæc aut omnia in febribus intelligere oportet. non possunt enim illa suspenfa esse, & murmurare, nisi humidæ ma- teriæ adsint, quæ uersus infernas partes tendunt, & multæ flatus copiæ mixtæ sint: pro- pterea lumborum dolore superueniente, alui humectantur, nisi illa humiditas ad urinæ uias tendat, & urinæ copia fluat, uel per modum flatus exeat.

οἶον, uel ὀνόσιον (utroq; modo legitur) *ὑποχόνδρια μετώρα διασπορευόντα*, id est, Quibus hypochondria eleuata murmurantia.] Id est qui partes sub hypochondrijs eleua- tas habēt, nā potius nos interpretaremur hypochōdria græco uocabulo utentes, q̄ illa, nā ut superius edocuimus, à Celso hypochōdria latine præcordia dicūt. sunt uero apud Celsum sub hypochōdrijs, id est præcordijs illa. hic aut Hipp. intestina intelligit, quæ sub præcordijs cōtinent. p̄terea Orisab. dubitat, quare dixerit præcordia, & nō intestina, nā spiritus flatuosus in intestinis extēdēs tumorē facit atq; dolorē. Respondet, qd' hic spi- ritus in utriusq; locis esse potest, & in intestinis, & præcordijs, tamē nos Hippocrate intel- ligimus, ut per hypochōdria intestina, quæ è regiōe hypochōdriorū sunt, intelligat, idq; ab Hippocrate sc̄pius fit, nā in multis locis, ubi utri' uocabulo hypochōdria, partes ipsas hypochon

hypochondrijs subiectas intelligit, quæ sunt intestina, iecur, atq; lien. Scito autem has partes dupliciter murmurare posse, modo murmure quodam, quod à puro flatu in intestinis contento fiat, alio modo est miscella humidæ materiæ cum flatu, & ita fit sonitus quidam obtusus, adeo ut strepitum suum liberum non habeat, sed talis est sicuti si quis tibiam madefactam inflare uoluerit.

ὄσφρος ἀλγίματ' ὠδ' γνομίης. idest, Lumborum dolore superueniente.] Non quidem proprie lumborū, sed illarum partium, quibus hæc intestina inhaerent. Dicitur uero est superius, quod uocabulum ὄσφρος illam partē significat, in qua cingimur, ad hanc intrinsecam partem intestinorum reuolutiones perueniunt, quæ plene, & intumescens, ibi dolore inferunt. unde ab Orbasio dictum est, magis autem excitat dolores circa lumbos, quia intestina extensa lumbos premunt.

Κοιλία τῶν ῥοισι καθυγραίνοντα. idest, Alui his humectantur.] Humectantur inquam, quia necessario humida materia simul cum flatu adest, quæ materia à flatu ipso ad exeundum habilior redditur: tum quia flatus uias aperit, atq; dilatat: tum quia materias rariiores reddit, & ad exitum faciliores: tum quia illam materiam agit, cui ipse flatus commiscetur, propterea facilius exit: tum quia expulsiuam uim ad expellendum quicquid intus sit excitat: tum quia flatus suapte natura mobilis est, ideo facillime impellitur, impulsus aut materias quas inuenit, secum ducit, propterea alui humidæ fiunt.

ἢν μὴ φύσαι κατὰ ῥαγῶσι. idest, Nisi flatus erumpunt.] Quia si flatus erumpant per se soli, signum est, humidam materiam ibi non adesse, sed tantum flatus: uel exeunte flatu sine humida materia, cum amplius hæc eadem materia, non habeat à quo excitetur, ibi remanet, & non facit alui humiditatem: uel erumpente flatu, signum est totam materiam in flatum uersam esse.

ἢ ἕως πλῆθος ἐπιέλθῃ. idest, Vel urinx multitudo proueniat.] Nam urinx multitudi-
ne profluente, euacuatio per aluum sedabitur, una etenim euacuatio aliam impedit. Dicitur hic Orbasius, si morbus est intra intestina, quomodo per urinam egreditur. Respondet, quia ipse spiritus flatulentus, ex superioribus partibus ad uescicam descendit, & illud quod tenue est, per urinam excernitur: unde inquit, illud quod ab hepate trahitur, per urinam excernitur: illud autem quod in uentre remanet, per ani meatum. propterea dicamus nos, sub hypochondrijs iecur & intestina contineri, materia erit in iecore, quæ per uescicam defluet, uel à iecore per mesaraicas quæ in medio intestinorum sunt, trahetur, & ad urinx proximiores meatus transmittetur. non tamen (ut Orbasius dicit) quod per inuisibiles cauernas ab intestinis ad uescicam tendant, sed opus est prius ad hepar, ad renes postea & uescicam transmittatur, ut deniq; per fistulam urinaria exeant. hæc aut urina multa esse debet, idest, idest, in maiori copia, quam is mingere consuetus sit. Si autem tibi animo sit multæ & paucae urinx iudicia prænoscere, Actuarium lege primo De iudicijs urinarum libro capite undecimo.

Ἐν πυρεσσι δὲ ταῦτα. idest, Hæc autem in febribus.] Quia in febribus humidæ materiæ potissimum abundant, & præsertim in membris ad nutritionem destinatis. In febre etiam coctiones imperfectiores fiunt, propterea materiæ & flatus abundant. immo calore naturali attenuato atq; debilitato, & calore præter naturam superante, crudæ materiæ & multæ gignuntur, quæ in flatum à caliditate diminuta facile immutatur. Philotheus ut hoc quod ab Hippocrate dictū est facilius elucescat, ex hypothesi casum quandam proponit inquit, Ἐποικίδω νόσημα πυρετός, καὶ ἴσως ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις ἀπὸ πνύματ' ἀφωσάδης, καὶ ὑγρότητ' ἐγκρατα μεμιγμένης τὸ πνύμα, καὶ ἄτως ἔχοντ' ἄφρα ὀδίω ποδὶ τῷ ὄσφρῳ ἡγνῆται, αἰ κοιλία καθυγραίνοντα ἢ κατὰ ῥαγῶσι πρὸ ὕλης, πλὴν εἰ μὴ χρωιδῶσι πρὸ ἀλλήλων τὰ μεμιγμένα. τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ πνύμα, καὶ τὸ μὴ ὑγρὸν, ἢ ἄρα ἄρα, τὸ δὲ πνύμα, ἢ ἢ πρὸ πυρετῶν κενώθη. idest, Supponatur morbus qui est febris, & fortasse in hypochondrijs à spiritu flatuoso, & humiditate commixtus sit spiritus. Si sic habente, dolor repente circa præcinctum fiat, alui humectantur propter transmutationem uel transitum materiæ nisi seperentur ab inuicem quæ mixta sunt, humiditates & spiritus: & humiditas quidem per urinam, spiritus autem per intestina euacuetur.

G A L E N U S

L I I S suspensis, hoc est ad maiorem tumorem ex multis causis deductis, quarū una est propter

est propter spiritum flatuosum (de hac nunc diserit) simpliciter facta, nonnunquam ex aliquo affectu difficilem habent solutionem partium ad aluum attinentium, nonnunquam uero ex aliqua recenti occasione. Distinguit autem & Hippocrates ista. Nam prior dispositio, neq; cum murmure fit. Extenta enim atq; inflata instar utris illa in ea representantur. Altera uero cum murmure. Sic autem nominatur spiritus sonus, cū neq; magnus, neq; multus extiterit, cum quadam autem modica humiditate ad inferiora eua cuatus. Et quidem accidit tali murmuri descēdenti ad lumborū loca, unā cum ipso iliorum tumorem deportare, unde partibus quæ hic sunt ex ipso distentis prouenit dolor, deinde hoc pacto humore aliquando ad corpus distributo, solus spiritus flatuosus emit titur, nonnunquā uero unā cum humore, & quidem humor distributus magna ex parte per urinas excernitur. Recte ergo inquit in dictis signis aluum disrumpi, nisi anticipet, seorsum quidem humor distribui, seorsum uero spiritū in intestinis retentū per sedem excerni. Contingit uero quandoq; utrūq; ad corpus distributū, uidelicet & spiritū, & hu morē cito ad uesicā permeare. Quod uero in fine aphorismi scribitur, In febribus uero hæc, tale aliquid mihi uidetur ostendere; à febribus molestari dicebant antiqui illos, qui absq; inflāmatione, uel abscessu, uel erysipelate, uel ut simpliciter dixerim, absq; aliquo mēbro præcipue affecto ægrotabāt. Quod si propter lateris inflammationē, uel pulmo nis, uel talis partis alterius febricitarent, nō febricitantes ipsos nominabant, neq; à febribus molestari dicebant, sed pleuriticos, aut peripneumonicos, & alijs similibus nomini bus, ueluti hepaticos, & lienosos, appellabant. Nunc itaq; mihi uidetur Hippoc. duorū alterū uelle insinuare, uel quod hæc quæ dixit, febribus accidūt, in quibus nullū mēbrū affectū est, uel quod & in illis accidunt morbis, non tamen ipsis aluus disrumpa sit, uel fla tus, aut urinae prodierint. Neq; enim aliquo naturæ motu membris spiritum flatuosum expellentibus murmur in illis contingit fieri. Sed ueluti casum tantummodo.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, Illa ex multis causis suspendi, idest in maiorem tumorem eleuari, sed una causa est flatuosus spiritus, de quo nunc sermonem habet Hippocrates. fit autem dupliciter, quandoq; ex aliquo affectu partium, quæ ad aluum pertinent, qui affectus difficilem solutionem habet; quandoq; uero ex aliqua recenti occasione. Hip pocrates in hoc aphorismo hanc distinctionem innuit, quia dicit, cum murmure; ex hoc innuit aliam esse, sine murmure.

Nota quod à Leoniceno interpretatum est illa, ab Hippocrate dicit hypochondria. Tu uel hypochondria dicit, uel præcordia, ut Celsus facit.

Quod legitur, de hac nunc diserit simpliciter facta. legendum est dupliciter facta, & non simpliciter. græce enim habetur *διηώς αὐτὴ γινόμενης*, est uero non parua differentia dicere simpliciter, & dupliciter.

Quod legitur, distinguit autē & Hippocrates ista, Græce habetur *διακρίνει τῶν τε νῦν καὶ οἰπποκροῦτος*, idest, Distinguit hæc nunc & Hippocrates, ubi uides loco illius parti culæ, aut, legendum esse nunc, quamuis Aldinus codex utrunq; ponat & autē, & nunc, hoc modo, *διακρίνει τῶν τε νῦν οἰπποκροῦτος*, idest distinguit autē hæc nūc Hippocrates.

SECUNDO Galenus exponit quid sit βορβορυγμός, idest murmur. Est sonus, quem flatus facit, quando neq; magnus, neq; multus extiterit, cum quadam modica humidi ta te ad inferiora eua cuatus, unde hic murmur ad lumborum loca descendens, simul defer re contingit hypochondriorum tumorem, ideo dolor ex partium intensione inducitur, quæ hic sunt. propterea quandoq; flatus solus emittitur, quandoq; flatus & humor, quandoq; humor per urinam excernitur, unde nisi flatus erumpat, uel per uesicam uri næ copia fluat, aluus humectatur.

Quod legitur, Seorsum uero spiritum in intestinis retentum per sedem excerni, Græ ce habetur, *διὰ δὲ τὸ κατὰ λαφίην ἐν τοῖς ἐν τῆσιν πνεύμασι φιλῆσθαι ἐκκεῖσθαι*, idest, seor sum uero spiritus in intestinis retentus per sedem excerni.

Quod etiā legit, cito ad uesicā permeare, antiquus noster cōtextus eodē modo legit, *πρῶτος*, idest cito, sed emendatus est, & legit *εὐδως*, itaq; etiā contextus Aldinus habet, potius nos legendū putamus *εὐδως*, idest facile, q̄ *πρῶτος*, idest cito; quia nihil refert, quod cito spiritus & humor ad uesicā permeent; at multū refert, quod facile permeent,

TERTIO ut Galenus ultimam Aphorismi partem exponat, quæ est in febribus ue ro hæc, notat antiquos dixisse illos à febris molestari, qui simplicem febrem patiebantur, sine aliqua affectione alicuius membri. unde qui abscessum non habebant, neq; inflammationē, neq; dolorē, neq; erysipelas, & febre correpti erant, febrem pati dicebantur. Si uero febrem ob aliquod horū patiebantur, uel quia inflammationē haberent, aut in iecore, aut in liene, aut in lateribus, hos febricētes non uocabāt, sed ab huius affectionis nomine denominabant, unde hos pleuriticos, peripneumonicos, hepaticos, & lienos appellabant. Quare unum duorū uult Galenus in Hippocrate intelligi, uel quod prædicta accidit febribus simpliciter, in quibus non est aliqua affectio in aliquo membro: uel quod hæc in illis morbis accidunt, tamen alius nō sit disrupta, nec flatus, uel urine prodierint. quia nullo motu naturæ in illis membris murmur fieri contingit, quando illa membra spiritum flatuosum expellunt, sed est solum tanquam symptoma.

Quod legitur, Vel abscessu, uel erysipelate deest una particula, uel dolore. Græce enim habetur ἢ ἀρρηματῶ, ἢ ἀλγυματῶ, ἢ ἐρυσιπέλατῶ.

Quod legitur, Neq; à febris molestari dicebant, Græce habetur ἢ ἐπὶ πυρὶ τῷ ἰσχυρομένῳ. idest, neq; à febris perturbatos.

Quod etiam legitur, Vel quod hæc quæ dixit febribus accidunt, græce habetur ὡς ἢ πῶς πυρὸς τῶν πῶν ἐν κενῶ συμβαινόντων. idest, uel febribus his quas dixit accidentes.

Quod etiam legitur, Vel quod & in illis accidit morbis, græce est, ἢ ὡς γινώσκουµεν, καὶ ἐκείνα τὰ νοσήματα. idest, uel quod factis quidem, & in illis morbis,

APHORISMVS LXXIII

Quibus speratur abscessum futurum ad articulos, liberat ab abscessu urina multa crassa, & alba facta, qualis in laboriosis febribus quarto die quibusdam incipit fieri. Si uero etiam ex naribus fluxerit sanguis, breui admodum solutio fit.

BRASAVOLVS

QUANDO in ægitudine medicus coniecturis morbum per abscessum ad articulos finiturum uidet, si æger magnā urinæ copiam minxerit, quæ crassa sit, & alba, qualis illa est quæ solet in laboriosis febribus quarto die apparere, hæc urina ab abscessu hunc ægrū liberat. nec mirum, quia materia illa quæ ad abscessum permeare debebat, per urinæ uias transiuit, propterea amplius abscessus non fit. Si præterea sanguis ex naribus fluat, ab abscessu liberatur: quia & per nares expurgatur materia, & breuiori tempore soluitur, si per nares exeat sanguis, quàm si per urinam. Oribafius ex hoc uno aphorismo duos aphorismos facit. unus est quibus speratur in articulis abscessum futurum, liberantur per abscessum. ut si cui fuerit abscessum in genu, & abscessus fuerit factus in talo, hoc corpus per abscessum liberatur. Itaq; quoties in arterijs fuerit ex fluxu humoris à capite, locus ille per quem eruperit, liberat corpus à periculo, quia si in suo loco erupisset, in faucibus esset abscessus. Tamē hoc nunq; uoluisse Hippocrate in hoc aphorismo certū est, quāuis in se uerū sit, nam si materia illa in uno loco abscessum facere debebat, ad aliū locum transmittatur, primus ille locus liberabitur. At de diuersis abscessibus in diuersis partibus sermonē non habet Hippocrates, sed de abscessu tantū à quo æger per urinā liberetur, tamen per eandem rationē, quia materia aliō transmittatur, & nō ad locū in quo abscessus fieri debebat. Post hæc idē Oribafius ex secūda aphorismi parte aliū aphorismū facit. At re uera conclusionē nō habet, nisi ipsum totū, idest primā simul aphorismi partē cū hac secūda referamus, ut consideranti manifestum esse potest. Philotheus huius aphorismi sententiam hoc modo introducere uidetur, ἐπὶ τῶν ἰσχυρομένων πρὸς τὴν ἀποκρίσιν τοῦ ὀφθαλμοῦ καὶ τῶν πύλων, ἀλλὰ τῶν οἰ μὲν, ἢ τῶν πρὸς τὰ κενῶ αἰτία γίνονται, οἱ ἢ τῶν πρὸς τὸν ἰσχυρομένον, γίνονται ἐν τῷ πρὸς τὰ κενῶ αἰτία γινώσκουµεν ὡς πρὸς ὁ λόγος ἐπὶ ἰπποκράτει, καὶ ἢ τῷ πρὸς τὰ κενῶ αἰτία τῶν πρὸς τὸν ἰσχυρομένον ὡς πρὸς τὸν πύλον. idest, spes est uel expectatio, fieri ad articulos abscessum in laboriosis febribus quomocuncq; sed harum (scilicet febrium) hæc quidem ab extrinseca causa fiunt, illæ

fiunt, ille uero à precedente, uel intrinseca, hic igitur de labore factio ab extrinseca causa Hippocrati sermo est, & in extrinseca causa labore precedente febrem. In hac (scilicet febre) enim potissimum hūlcerosa, morbum per abscessum soluit.

Ὅσιν, uel ὁσίοσιμ ἐὶς ἀθήρα ἀΐσασθαι ἐπιταρῆ ἀρσάσι. idest, Quibus ad articulos futurus est abscessus.] Ita habet antiquus noster cōtextus, sed Aldinus addit hanc particulam ἐλπίς, inquit, ὁσίοσιμ ἐλπίς ἐν τῇ ἀθήρα, & reliqua, idest, Quibus spes est abscessum futurum ad articulos, uel quibus speratur. Theodorus non habuit in suo cōtextu particulam, ἐλπίς, propterea interpretatur, Quibus abscessurū in articulos est. Si autē cognoscere uolueris, quādo ad articulos abscessurū sit, illa quæ ab Hippocrate & Galeno superius dicta sunt in memoriā reuocato. nam quādo aliquis labore in articulis passus est, abscessurū ad articulos sperare oportet: uel quando in morbo ex ui morbi lassi effectū sunt, tunc sperandū est ad articulos abscessus fieri: & quando morbus ex crassis humoribus factus, & qui adhuc perseverat, diu perdurauerit, abscessum ad articulos futurū sperare conuenit, quia diurnæ febres quadragesimū diem transeuntes, per abscessus finire solent. Quibus ergo speramus, & bona spe, quia ita sanantur, ad articulos, idest, ad omnes adenosas partes, & ad articulos, immo & circumferentiā fieri abscessus, tunc sequitur,

ὄσιν πολλὴ, καὶ παχὺ, καὶ λευκὸν γινόμενον. idest, Urina multa, crassa, & alba facta.] Hæc enim urina quia alba à pituitosa materia prouenit. ut plurimum uero hi abscessus à tali materia fiunt, propterea hac urina apparente, signum erit materiam quæ abscessum inducere debebat, illuc tendere, & presertim quia crassa, at quia multa, totam materiam exire significat, ideo nihil amplius relinquere, quod ad articulos, & ad adenosas partes transire possit, & abscessum inferre. Hæc igitur urina tres condiciones habere debet, multa, crassa, alba.

Ὅσιν ὅν ποῖσι κατώδισι πυρεσισι πεπραγίοσιμ ἀρχεται ἤνιοσι γίνεσθαι. idest, Quales in laboriosis febribus quarto die quibusdam fieri incipiunt.] Oribasius per laboriosas febres hemitritum, & duas tertianas intelligit, quæ ex bile & pituita fiunt: an uero recte, tu considera. Actuarius libro secundo De urinarum iudicijs, capite uigesimo tertio inquit, In principio habere urinam albam tenuē, & ueluti aqueam, sed postea in processu fieri crassam, & habere hypostasim cumulatā. Tamē per laboriosas febres, malas intellige, & uehementes, in quibus urinæ in aliquo indice die, quid futurum sit in eo supra quem indicant, ostendere incipiunt. Nec te ipsum ad diem quartum coarctare debes. Antiqua translatio omnes recentes hic errare fecit, quia ubi legitur Quarto die, habet Quartanis, uel intellige per laboriosas febres illas quæ difficulter soluntur, quæ cum pituitosæ sint, similes urinas habent. & bene dicit, fieri incipiunt, quia deinde paulatim coquantur, uel intellige (& melius) febres laboriosas illas, quæ cum uno prædictorum laborum in secundo libro, & in aphorismo trigesimo primo huius quarti libri fiunt. At Philotheus ab alia re laborum distinctionē sumit, quam nos superius fecerimus. inquit enim, τριτῆς γὰρ ὄσιν ὁ κόπῃ, ἢ γὰρ περικυάται ὁ κόπῃ τῷ πυρεσῷ, ἢ ἐπιταρῆ, ἢ σιώσειμ. ἐὰν ἐν περικυάται ὁ κόπῃ τῷ πυρεσῷ, ἐλπίς ἔστι ἀπόσασθαι τὴν κρίσιν γινόμεσθαι ὅν ποῖσι ἀθήροις. καὶ ἡ αἰτία ἐρηται. ἐφ' οἷς ἐν δὴ ἐλευθέρως, ἢ ἀπόσασθαι γίνεσθαι τῇ κρίσιν, ἐὰν ἐλθοῖ ἔσθρον παχὺ λευκὸν οἶον ὅν ποῖσι κατώδισιμ πυρεσισι, τῇ πεπραγίμ ἡμῶρα εἰ ἀποφάινγεται ὄσιν τὴν ψύξιν παχὺ ὄσιν τῷ ἀρσάσι. ὁ κῆμων γινόμεσθαι ἐστὶ τὸ κινεῖσθαι τὰ αἶμα τὰ ἀρσάσι τὰ νοσοποιά. idest, Triplex enim est labor, etenim uel labor præcedit febrem, uel sequitur, uel simul est. Si igitur labor febrem præcedit, spes est per abscessum crism fieri ad articulos, & causa dicta est. ex quibus igitur est hulcerosa, per abscessum fieri crism, si urina crassa alba prouenerit, ut in laboriosis febribus quarto die uidetur, ob frigiditatem cito liberatur laborans ab abscessu, qui fieri debebat, quia mouentur causæ abscessus, effectrices morbi.

Ἦν δὲ καὶ ἐκ τῶν ἔσθρων ἀμορῆρα γήσι. idest, Si uero & ex naribus fluxerit sanguis.] Quod potes & præcedenti sententiæ coniungere, & per se dicere. Galenus per se ponit. Si coniungas, hic est sensus, quibus speratur abscessum futurū ad articulos, liberat ab abscessu urina multa, crassa, alba. Si autē & fluxus sanguinis nariū simul cū urina supratenerit, tātō citius ab abscessu liberatur, quia per duas uias tēdet materia: nā & per urinā, & per nares simul tendet. Vel cū Galeno simul intelligamus, quod fluxus sanguinis nariū fiat

sine tali urina. nam & ipse aptus est hominem ab abscessu laborare. fluente enim sanguine, & materia simul quæ abscessum inducere debebat, ab ipso liberat, & ideo recte Philothicus dicit, κατὰ μίαν ζομένην γὰρ ἂ ὄλη αὐτὴ καὶ ἕκαστο τὰ χεῖρα ἀπολύσις γίνεται τοῦ νοσήματός. idest, In partes diuisa enim materia superius & inferius uelocissime solutio morbi fit.

καὶ πᾶν κατὰ λύσει. idest, Et breui admodum soluitur.] Vel ualde cito liberatur hic æger ab abscessibus. Intelligentes uel si fiat etiam fluxus sanguinis narium cum illa urina, uel per solum fluxum sanguinis ex naribus ualde cito liberatur, & citius quam per urinam, quia pluri tempore indigemus si materia per urinam expurgetur. cum uero natura frequenter per oppositas partes materia euacuationem simul non faciat, ideo seorsum urinas tales intellige, & fluxum sanguinis narium seorsum. quamuis græcus contextus per particulam καὶ, fluxum sanguinis narium cum urina tali continuare uideatur, & Theodorus Gaza interpretatus sit, sed si sanguis quoque. ut ferè notare uideatur, id quoque addendum esse.

GALENVS

DICTVM est à me etiam prius quòd abscessus fiunt ad articulos his qui in eis laborem passi sunt, & quibus quouis modo in morbo articuli lassati sunt, & præterea in quibuscunq; crassorum humorū multitudo longo tempore perdurauerit. Si itaque natura ualuerit per urinam expurgare corpus, æger ab abscessu liberatur, humorem ad articulos decubitorum per uelicam euacuans. Satis autem habuit laboriosarum febrium ueluti in quodam exemplo meminisse, quæ initium ad urinam motionis in die indice accipiunt. His enim laboriosis hoc inest, quòd cito abscessus faciunt nō expectantibus, ut aliq; tempus prolixius. His uero ipsis, & iuxta aurem fieri abscessus cōsueuerit, sicuti alijs prolixioribus multitudo plus ad inferiora decumbit. Quibus igitur caliditas maior magis materiam subleuauit, uel sanguinis profluuiū patitur, aut parotidas, idest iuxta aures abscessus habent. Quod autem solutio hæc ocior sit altera per urinas, non oportet dicere, quare & in ipsa adiecit Hippocrates. Et breui admodum solutio fit, altera quæ fit per urinas euacuatione plures exigente dies. Quod autem quarto die dicitur, pro exemplo positum est. Te uero oportet transferre ad omnes dies alios quicunq; sunt contemplabiles, & iudicatorij.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, ex quot possimus prænoscere, quando abscessus ad articulos fieri debet, prænoscutur, quia articuli aliquid passi sunt, prænoscutur, quia aliquo modo in morbo lassati sunt, prænoscutur, quia multi humores longo tempore durarunt.

Quod legitur, Articuli lassati sunt. Græce habetur, ὅτι τῆ νόσῳ καὶ πάθει οἱ ἄρθροι, idest, In morbo lassati sunt, & non adest particula illa articuli, nec poni debet, quia posita est in prima causa: sed intelligi debet de ipsis uiris, qui in morbis effecti sunt lassati quomodo cunq; tamen antiquus noster contextus habet, ἀρθροῖς, sed consossus est.

SECVNDO docet, Si natura per urinam humores expurgare poterit, quod ab abscessu liberabit.

TERTIO laboriosarum febrium exemplum posuisse uult, quia hæc febres hoc habent, quod abscessus cito faciunt, & potissimū post aures. Si cuti prolixiores ad infernas partes potissimum faciunt. ut hinc uideas quod per laboriosas febres uehementes intelligit. & tu potissimum illas intellige quæ fiunt, aliquam lassitudinem ex his quas superius nominauimus insequentes. & in secundo libro ubi dicebat, spontaneos labores morbos prædicere, & in Aphorismo trigessimoprimo huius quarti libri.

QUARTO Galenus docet, Si in his, in quibus labores fieri debet, caliditas maior sit, tunc materia subleuatur, & necessarium est, uel parotidas, idest abscessus post aures, fieri, uel profluuium sanguinis narium; & hic sanguis exiens ab abscessibus liberat, qui fierent.

QUINTO cōparat solutionem & liberationem ab abscessibus per urinam, illi quæ fit per fluxum sanguinis narium. nam hæc liberatio à fluxu sanguinis narium ocior est. & quod id sit, non est opus probare uel declarare, quia ex se manifestissimum est, & in quotidiana experientia habetur.

Deniq;

Deniq; Galenus docet dictum esse, quarto die, ut hoc die tanquã exemplo uteretur, nam per ipsum, omnem iudicatorium diem intelligit, per quem de alio die iudicium dare possumus. Vnde omnes dies contemplabiles uel iudicatorios per quartum diem intelligimus.

APHORISMVS LXXV

SI sanguinem, aut pus mingat, aut renum, aut uesicæ exulcerationem significat,

BRASAVOLVS

IN urinis sanguis nonnunquam, nonnunquam pus exit. Quicquid horum tibi præsentetur, iudica statim, uel in uesica, uel in renibus exulcerationem factam esse, quia pus & sanguis sine ulceratione exire non possunt, exulceratio autem est in partibus à quibus urina fluit, quæ sunt renes, & uesica.

Hy. a. u. idest, Si sanguinẽ.] Sanguis è nostro corpore tribus modis solum exire potest, aut per fractã uenã, aut per uenę caput quod aperiatur, aut per refudationẽ. Si quis sanguinẽ minxerit, necesse est è partibus fluere, è quibus urina prouenit. urina autẽ à iecore prouenit (ut ab hac parte incipiamus, & nõ à toto corpore) à renibus, à uesica, & à pene. eadem ratione & sanguis qui per urinam emittitur, à iecore, renibus, uesica, & pene prouenire potest. unde hic Oribasius dubitat, cū sint quatuor loca per quæ urina deducitur, cur duo tantum ab Hippocrate numerentur, renes, & uesica, & duo prætereantur, iecur, & penis. Respondet, ideo Hippocrates media loca nominauit, ut extrema intelligeres. Ad rem igitur, sanguine per urinã exeũte, necesse est aut in uno horum membrorum fractã esse uenam, aut os uenę apertũ, aut sanguinẽ refudare. hæc autẽ fieri possunt ab extrinsecis causis & ab intrinsecis, ut ab ictu, & percussioẽ, à casu, à potu rei ueneno sæ, ut sunt cantharides. hæc omnia harum partium uenas confringere possunt, & exulcerare. Si uero à causis intrinsecis, hæc possunt esse plures. ab Aetio una causa ponitur capite tertio libri decimi, quæ est per quosdam circuitus, & per modum crisis, sicuti sanguis per hæmorrhoidas etiã expellitur; & si prohibeatur, hic hydropem inducere solet, & omnia alia, quę hæmorrhoidarum suppressionem sequuntur; & hic modus etiã à Paulo tangitur capite quadragesimo quinto quarti libri: sed hi per hũc mictũ potius leuamẽ sentiunt, & ipsis prodest. hoc autẽ prouenit, uel quia multo sanguine abundet, uel quia membrũ aliquod ipsis abscisum fuerit: propterea nutrimentũ quod ad ipsum transmitti debet, amplius non transmittitur, & consequenter facta in uenis congregatione per uiam crisis ad urinẽ uias transmittitur: quamuis quandoq; ad anum, quandoq; ad nares transmitti etiã possit. Religiosam uirginem curauit, quæ singulis mensibus sanguinis mictũ habebat, & illi menses defecerãt, expurgabatur autẽ per urinam, quia solum dum mingebat exibat sanguis, aliter uero nõ exibat, quæ & nũc uiuit, & integra sanitate fruitur. unde per uiam crisis esse potest, uel simpliciter ex multo sanguine, quia plenis uenis in ipsis cõtineri nõ potest, sed per uenas refudat, aut uenarũ ora aperiuntur, aut uis corporis ut deoneret se, sanguinẽ per emulgentes uenas simul cũ aquositate transmittẽs, emittit. uel simpliciter hoc corpus multo sanguine nõ abundat, sed ex accidẽti abundet, quia membrũ aliquod amiserit, propterea illius mēbri nutrimentũ deficiat, ideo sanguis accumulatur, & exaceruatus naturã ad expellendũ cogat. Alia causa potest esse ex ipso sanguine, qui adeo biliosus sit & tenuis, ut refudet, uel ora uenarũ aperiat, uel frangat. Alia causa potest esse ex iecoris, & renũ imbecillitate, quæ sanguinẽ ab aquositate separare nõ possit. ideo sanguis ipse simul cũ urina exit. Alia causa ea esse potest, quæ in Aphorismo dicitur, & à Galeno & à Paulo præcitatũ locis refertur, & à Galeno li. sexto De locis affectis ca. tertio: quando in iecore præsertim in gibbo, aut in renibus, aut in renũ canalibus, aut in uesica, aut in pene exulceratio facta sit. Per hæc uero distinguuntur, quia si ex iecoris exulceratioẽ fiat, in iecore dolor persentitur, & tussicula quẽdã sicca addest: si uero ex renibus, aut renũ uis, dolores in illis locis sentiuntur. In renibus autẽ sunt minores, quia minorem sensum renes habent, & sanguis est ualde urinæ mixtus, quia per longinquã uiam uenit. Si uero ex exulceratione uesicæ, circa uesicã dolor sentitur,

& circa peccen, & est minus urinæ mixtus, hoc aut intelligendo, quando crassus est, quia quando tenuis est, urinâ tingit ut id discerni nō possit, tamen ut plurimū est crassus, quia sanguis quando extra uenas etiam per tēporis modicū fuerit incrassescit, & in globos cōformatur, nisi statim mingatur. Quando aut à pene prouenit, dolor in pene est, & pri usquam urina exeat, exit sanguis. Hæc uero sunt omnes causæ mictus sanguinis, ex quibus unam solam profecutus est Hippocrates, scilicet harum partium exulcerationem.

ἢ πύου ὄρε. idest, Vel pus mingat.] Vnde uel sit sanguis, qui rupto abscessu exeat, uel pus factum per naturalem calorem agentem in illum sanguinem, semper

τῶν νεφρῶν ἢ τῆς κύστεως ἐλκωσιν σημαίνει, idest, Renum, uel uesicæ exulcerationē signi ficat.] Pus autē quod per uesicam exit, potest etiā ex abscessu lateralis morbi exire, & ad uesicā tendere, ut in libro De locis affectis à Galeno edocemur, & esse potest ex ulcere gibbæ partis iecoris. hæc ab Actio & Paulo præcabitis locis longius traduntur, & à Galeno sexto libro De locis affectis capite tertio, ubi cū dixerat, exire quandoq; pus cū urina, addit, quandoq; exire sanguinē, quod erosi iam ulcers indicium est. unde Ori basius hic dicit, sanguis quidem ex ruptura fit, pus autem ex exulceratione; Tamē quia tu quærere posses, cū in urinis pituitosa materia quandoq; descendat, quæ cū pure simi litudinem habet, quæ differentia est inter pituitosam materiam & alia crassiora in urinis contenta, & pus ipsum: Respondemus, Actuariū libro secundo De iudicijs urinarū ca pite tertio tibi satisfactū ire. nam dicit, quin etiā interdū accidit, ut eiusmodi mucosa de tenta in membrīs urinarijs, homini dolore non parum afferant, cuius urinæ contenta inspecta similia feceris saniei: sed differūt ab ea, qua nec male olēt, & qua multū sunt ui scida, sanies uero quādā quoq; uiscositatē habēs distat à uiscositate, quæ in humore cru do memorato insistit. Cognoscitur etiā sanies, eo quod præcessit in loco dolor, quodq; cōtingit sanguinē mingi, atq; sanies posita super carbonibus grauior loco. Hęc Actuari us, ex quibus puris differentiā, & pituitosorū in urina cōtenorū excerpere facile potes.

Sed alicui forte mirū uidebitur, cū tot causę puris & sanguinis mictus sint, hæc solum ab Hippocrate numerētur. Respondemus, ex alijs causis rarius aduenire, & quando ex alijs partibus fit, in illis lesionē & dolorē perferiri, nisi sit per modum crisis. Vnde & Hippocrates in libro De hominis natura, in fine illius partis, ubi de uenarū natura ser monem habet, inquit, si urinæ cruentæ sunt, in uenis uitii est, ac genus uitij non expli cat, quia multa esse possunt. uel non erat conueniens, eum authorē, qui succincta quæ dam traditurus erat, omnia ad amissim explicare. Philotheus, ex hoc uerbo ὄρε, idest mingat, aphorismo sensum condonat, inquit, εἰ πῶς ὄρεν, ἀπερὲς ἄπιστο εὐλογοντες, ἢ ὄρεσηματῶν ἢ ἄλλῳ ὄρεν ἢ ἄλλῳ μορίῳ φέρει τὰ ὄρα. ἢ ἐκείνῳ μίλιον, ἢ ἢ μίαν ἢ ὄρεν, ἢ τρεῖς ἢ μὲν ἢ καὶ αἰρέσει ἐλκωσιν σημαίνει, τὸ γὰρ ἐλκωσ ἐστὶ βλάβη τοῦ μίλι, σιωπῶν ἢ βλάβη τοῦ ἢ νεῖ ἀργία καὶ ἄμα τὸ πύου κρητὴ ἢ αἷμα. ὡς πῶρ ἢ τῶν διουρητικῶν γίνεσθαι. ἢ τὸ πύου τῶν κρητῶν ἢ ἐκείνῳ μίλιον, ἢ γίνεσθαι καὶ αἰρέσει ὄρεν διότι μνηθεῖς τῶν ἀκρω, συμποδὲ λαβεῖ καὶ τὰ μίλι.

idest dicēs mingit, eos reprehendit, qui dicunt, ex abscessu factō in iecore, t̄el in alia par te urinas deferri. In illo quidem in uno die uel duobus uel tribus purgatur, & nō ampli us, hoc autem longa temporis productione purgari exulcerationē significat. nam ulcere exedente uasa quædam corroduntur, & simul pus euacuatur, & sanguis, sicuti in dy senteriam patientibus fit, propter quid autem ureterarum non meminit: hoc enim & in ipsis fit. quoniā extremitatum mentionem faciens, simul accipe & media. Celsus ca pite septimo secundi libri hunc aphorismum ad uerbum refert inquit, At si sanguis, aut pus in urina est, uel uesica uel renes exulcerati sunt.

G A L E N U S

SI VE in renibus, siue in uesica ulcus factum fuerit, si quidem in uase aliquo effatu di gno constiterit, & præcipue cum aliqua exesione, sanguinis excretio cōsequitur, si ne hoc aut puris tantūmodo. Contingit aut factō ulcere in aliquo urinæ meatu, & pus, & sanguis per urinam exeat. Hi uero renes, ac uesicam interiacent, & oportet, hos illis subaudire. Exulcerantur autem magna ex parte his qui in renibus lapidem habēt mear iantur. Ulcera autem si in pene fiant, etiā sine urinis & pus exit, & sanguis. Exit autem & simul cum urinis aliquando pus disrupto abscessu in aliquo aliorum locorū. Quare & plures

Plures copulati
in hunc modum
propter quod
quod si in aliquo
locorum in dep
pus in m
in hunc modum
Quod a
et que cum
mactus
Galen
in domum
vesicam, ure
intelligere oport
13 CVND
in urinis
sanguis, & pu
abscessu in aliquo
Quod legitur
gatur. scilicet p
in loco scriptum
operatum locorum
nil impediret leg
qua uesica esse sup
ignat, quæ in
TERTIO, qu
uatum ex his solu
prehendit, immo
QVARTO
tio tam differunt
loci præsentis, &
fuerunt tamē
setiam propter
tate dicendum esse
Deniq; Celsus
tam magis signifi
sanguine immo d
in edocet. Si
non est, quoniam
Quod legitur
id est autem

Et plures expositores alteram scripturam magis probarunt in qua coniunctio, & scribitur, in hunc modum, Si sanguinem, & pus minxerit, renum, aut uesicæ ulcerationem significat. quasi altero solo, scilicet pure, per loca urinæ exeunte fieri possit, ut sit signum non modo renum, uel uesicæ exulceratæ, sed etiam alicuius partium superiorum. Forte igitur & hi aliquid dicunt. Forte autem & uerbum, mingat, quod aliud ostendit, quam minxerit, in seipso continet distinctionem. Neque enim idem est, uel ita dicere, si sanguinem & pus mingat, uel illo modo, Si sanguinem & pus minxerit. In uno enim, uel duobus, uel tribus diebus potuit minxisse pus disrupto abscellu ad urinæ instrumenta. Multis autem diebus, ac mensibus, ubi hoc factum fuerit, renum, aut uesicæ exulceratio significatur. Quod autem ipsorum magis, & dolor distinguit qui in differentibus accidit locis, & ea quæ cum urinis excernuntur, de quibus deinceps loquetur, & quidem de urinaris meatibus eadem est ratio.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus hunc Aphorismum non solum ad renes, & uesicam ampliat, sed etiam ad omnem amplum meatum ex his per quos exit urina. meatus autem præter renes, & uesicam, ureteres sunt, & penis, unde per renes & uesicam omnes alios meatus subintelligere oportet.

SECUNDO docet, habentibus lapidē in renibus, urinarios meatus exulcerari, ideo à uasis urinaris sanguis, & pus tunc exit. quando autem in pene ulcera sunt, etiam sine urina sanguis, & pus exeunt. Quare hæc est differentia. tamen & pus, & sanguis exeunt abscellu in aliquo superiorum locorum disrupto.

Quod legitur, in aliquo aliorum locorum, eodem modo à nostro antiquo contextu legebatur, scilicet *ἢ τῶν ἄλλων χωρίων*, sed illa particula *ἄλλων*, obelo consossa est, & eius loco scriptum est *ἄνω*, & contextus Aldinus habet *ἄνω*, ut sensum faciat, in quodam superiorum locorum. Nosque putamus legendum esse *ἄνω*, idest, Superiorum. quamuis nihil impediret legi *ἄλλων*, idest, aliorum: quia uesica non est superior ad ureteras: tamē quia uesica est superior ad penem, & renes superiores ad ureteras, magis probo, ut *ἄνω* legatur, quam *ἄλλων*.

TERTIO, quosdam expositores copulatiue legisse ostēdit, si sanguinē, & pus, quia unum ex his solum à partibus superioribus prouenire potest. Quos Galenus non reprehendit, immo ipsos mediocriter laudat.

QUARTO Galenus innuere uidetur quod in uerbo *ὑρῆν*, idest, mingat, sit facta solutio. nam differunt dicere *ὑρῆν*, idest, mingat, & *ὑρῆσιν*, idest, minxerit. nam unum significat de præsentī, & aliud de præterito, & unum significat per multos dies & menses perseverantiam. tamen quia penitus uerum non est, quod hæc uerborum tempora, ista præseferant, propterea Galenus dicebat, ita forte dici posse. At non assererat, ita determinate dicendum esse.

Denique Galenus dubitat, cum renum & uesicæ exulcerationem significet, quod horum magis significabit: Respondet, dolorem qui in illis partibus fit, quæ diuersa sunt distinguere, immo & illa quæ per urinam exeunt, distinguunt: quæ autem hæc sint, posterius edocebit. Si etiam de urinaris meatibus, idest, pene & ureteribus quæsiueris, eadē ratio est, quoniam dolor in illis partibus, & exeuntia ostendunt.

Quod legitur, Quod autem ipsorum magis, Græce habetur *ἰπότερον δὲ αὐτῶν μάλλον*, idest, utrum autem ipsorum magis.

APHORISMVS LXXVI

Quibus in urina crassa existente, carunculæ parvæ, aut ueluti capilli unà exciunt, his à renibus excernitur.

BRASAVOLVS

QUI crassam urinam mingunt, in qua parvæ sint carnes, aut simul cum paruis caribus, uel etiam seorsum ueluti capilli exeant, à renibus excernuntur. nempe nullus

est alter locus, à quo carunculae illae, uel quaedam in caruncularū forma prouenire possunt, quàm à renibus, qui in minimas partes fracti, in quaedam, quae sunt de renum substantia resoluuntur. Capilli autem, aut aliqua in capillorum modum, ab alio prouenire non possunt, quàm à renibus, in quibus generantur.

ὀύσισιμι γν τῷ ὄρω παχέα ἰόντι. idest, Quibus in urina crassa existente.] Galenus per crassam urinam medicorū intelligit, quae respectu tenuioris crassa uocatur, & hoc quando cum urina carunculae exierint; sed cum exeunt ueluti capilli, nihil refert an crassa sit an tenuior urina. unde Galenus Aphorismum hoc modo exponendum esse iudicat, Quibus in urina crassa, idest, quae non est tenuis. & Philotheus Galeni sententiam imitatur inueniens, ὄρω παχὺ γν ταῦτα τὸ ἵππ. φύσιμ καλέ, πῶσβάλλων ὠτῶ τὸ πῶσ φύσιμ λεπθου. τὸ πο γάρ τὸ ἵππ φύσιμ μέσου ὄν, πρὸς μὲν τὸ λεπθου πῶσβαλλόμενον, λέγεται παχὺ, πρὸς δὲ τὸ παχὺ, λέγεται λεπθου. idest, urinam crassam hic secundum naturam uocat, tenuem prae ter naturam illi comparans. hoc enim quod medium secundum naturam est, ad tenue quidem comparatum crassum dicitur; ad crassum uero tenue nuncupatur.

Σαρκία μικρά. idest, carunculae paruae.] de quibus Galenus non modo hic, sed & in sexto De locis affectis libro capite tertio disserit, inueniens, sed efficacissima ulceratorū renum coniectura est, si cum urina exiguae quaedam carunculae excernantur, utpote quas renum essentiae partes, easque ob uehementem ulceris erosionem auulsas esse constat. unde non solum docet hoc loco Galenus esse renum substantiae partes, sed praeterea addit quid praedicere debemus, scilicet malum, quia significatur uehemens ulcus in renibus, cuius uiolentia renum partes euelluntur, & cum urina exeunt. At ne putes quod sint frustra carniū notatu digna, sed exigua sunt, & parua, ideo non ab re ab Hippocrate σαρκία, idest, carunculae nuncupantur. tamen quia quandoque sanguinis frustula cum urina exeunt, propterea hoc modo cognoscuntur, quia cum ex ex substantia renum, est caro, non sanguis coagulatus, & cum dolore renum infertur, quod opus non est in coagulato sanguine exēte contingere. Est autem morbus ferè incurabilis, ut Aetius libro undecimo capite decimo octauo docet, & Paulus Aegineta libro tertio capite quadragesimo quinto differentiam ponere statuens inter renum exulcerationē, atque uesicae inquit, quando renes exulcerati sunt, exiguae carunculas nonnunquam cum urina exire, & non ab re Paulus dicit nonnunquam exire, quia non est opus etiam si sint exulcerati renes, quod semper exeant, sed bene è contrariis, quoties carunculae exeunt, renes exulcerati sunt, tamen renum ulceris alia signa esse constat, haec uidelicet; dolor cum quadam grauitate circum lumbos creberrime uexat, & citra impedimentum emingunt, atque cum lotio pus aliquando emittitur, sed de hac re Aetius diffusius & elucubratus tractare uideatur quàm Paulus. Tu hos auctores in praecitatis locis consule, ne Paulum, & Aetium integros adducere cogamur. Ab hoc tamen Aetij signo enumerando abstinere non decreuimus, quoniam & uerissimum est indicium, dolorem hunc pulsatilem esse retro iuxta primum dorsi uentriculum, & paululum supra spurias costas distenditur. At ex pene in quo sit abscessus, & postea exulceratio fiat, ueluti carunculae exire non possunt, quia caro alterius generis est, quàm illa renum, & etiam discernentur, ex alijs, quae à praecitatis authoribus ubertim descripta sunt. Philotheus etiam hic dicit, εἰν ὄρω εἰ τὸ ὄρω ἵππ φύσιμ, δῆλον ὅτι ἔρρωται τὸ ἵππ. κατὰ λέγειται δὲ τὸ πάθος εἶναι γν τοῖς νεφροῖς, καὶ ὡς πρὸς μικρὰ σαρκία ἐκκρίνεται, ἀπνευ ὀροβοειδῆ καλῶσιν, ὑπὲρ ὀροβούμιν παχίος ἀματῶ γν νεφροῖς, ἵππ ὀυσκρασίας θέρμης ἐκείσε ὄσιν. idest, Si igitur urina secundum naturam sit, manifestū est, quod iecur robustum sit. Reliquū est passionem esse in renibus, & tanquam paruae carunculae fecernuntur, quas nonnulli orobas uocant, sanguine crasso in renibus supra modum assato, uel adusto, à calida temperatura illic existente.

ἢ ὡσπὲρ τρίχες σωεφθρονται. idest, uel tanquam capilli unā exeūt.] Hippocratis con textus innuere uidetur, & carunculas, & ueluti capillos exire, quia uerbum σωεφθρονται, quod unā exire significat, id referre uidetur. tamē cum haec sint duo distincta, & Galenus notet unum absque alio accidere posse, ut etiam in sexto De locis affectis capite tertio innuit; propterea simpliciter id uerbū σωεφθρονται, idest, exeunt interpretetur, ut Theodorus facit; & non, unā exeūt, ut Leonicenus. Potius igitur Hippocratis sententię ueritatem defendamus, quàm alicuius uerbi purum & integrum significatū; praeter tim cum in

cum in compositione plerumque hæc coniunctiones, uerborum significata non immutent. Erunt ergo duo distincta, & quæ in diuersis hominibus, & in diuersis temporibus accedere solent, quamuis & simul uno tempore caruncula contingere possent, & ueluti capilli. Tamen si Hippocratem in libro De natura hominis cōtemplemur, in illius partis fine, ubi de uenarum natura sermonem habet, uelle uidetur unum solum esse carunculas, & capillos, nempe dicit, Si urina quæ crassa est, habuerit ad effigiem capillamenti carunculas admodum minutas, signo est uitium esse in renibus, & articularibus. unde Aphorismum Hippocratem in hoc loco sequi uidetur. nam capite septimo secūdi libri hunc aphorismum refert his uerbis, si hæc (scilicet urina) carunculas quasdam exiguas quasi capillos habet, significat scilicet renū exulcerationē. tamen nos uidimus hæc duo distincta, & renum carunculas nō sunt aliquo pacto capillis similes, immo potius rotundæ, quas facile uidere poteris quādo tibi egros similes curare cōtingat, urina per linteū percolata. Et Galenus ipse duo distincta esse notat, & hic, & in sexto De locis affectis libro capite tertio, ubi, posteaquē de carunculis dixerat, quod magnā renum exulcerationē significant, de capillis hæc dicit: ea uero quæ pilis similia sunt, Hippocrates quoque cū urinis excerni uidit, quæadmodum in Aphorismis scripsit. ac ipsi etiam uidimus aliquando, quæ semipedis longitudinē æquarent, interdū etiam ijs longiora, quæ nōnunquam adeo uidebatur exigua, ut mirarer quomodo in renū spatio talia possent consistere. proinde probabilis mihi uidebatur, in uenis huiusmodi res procreari, ut ex his in Galeno diuersitas quædam uideatur, utpote qui in prædicto De locis affectis libro dicat, in uenis hæc capillamenta procreari. & paulo post addit, ex crassa materia & lenta, quæ calor calefecit, exsiccauitque. in uenis consistere: tamen dicit se non intelligere longitudinis ipsorum causam. At in huius aphorismi cōmento dicit quidē ex crassa materia fieri, sed in renibus urini, & substantiam quandam capillis similem generari. fortē hic intelligendus est Galenus, ut de renum uenis intelligat, & non in ipsis renum cavitatibus. tamen post dimidiā huius cōmentationis partem, materiā capillos hos facientem, in uenis ponere uideatur, inquit, In ijs igitur quæ sunt ueluti capilli, semper urina est crassa, quum pituitosa substantia, quam uenæ aggregarunt, per renes expurgetur. Et ideo ne tibi ipsi oppositus uideatur, dicere oportet, quod intelligit à uenis ortum habere, sed deinde in renibus excoquitur. Si uero causam quæsiueris, cur adeo producti nascantur, Galenus se ignorare fatetur. Nos uero an causam assignare possimus, tentabimus, non tamen nos ipsos Galeno præferentes, sed potius, ut alijs ansam excogitandi condonemus. Hæc materia ex qua capilli fiunt, crassa est, & glutinosa, propterea & resolutioni resistit, & ne in cinerem uerti possit. nam si aquosa esset, resolueretur: si terrestris, lapidesceret. Cum autem uenas exeat, & renes ingrediatur: cum glutinosa sit, & à paruis uenis in renū cavitates transeat, paulatim transit, & per partem post partem ex renum calore exsiccat, nec ita breui finit, quia glutinosa materia ita facile non disjungitur. Vnde isti capilli non sunt de renum substantia, sed crassi quidam humores, qui in renibus ita coquantur, cum paulatim cōtinui descendant. Nos multo crassiores uidimus, quàm sint capilli, & qui ita affecti erant, sanitati restituti sunt (ut etiam Galenus de capillis & hic dicit, & in sexto De locis affectis libro) illa propinando quæ urinam prouocāt: quod indicium est, non esse renum exulcerationem, quia renum exulceratio ex his quæ urinam prouocant, augetur. Ille autem quem nos uisitauimus, per totam hyemem legumina comederat, tamen neque dolorem ex his capillis habebat, neque aliquod nocumentum sentiebat, sed quandoque hoc uidens exterritus, ad me accessit, putans ipse lumbricos esse. non erant multum crassiores capillis, & erant albi, ut ex pituitosa materia facti uiderentur. immo & nunc reuerēdis iam uirginem & pudicissimā Eleonoram Estensem (cuius nomen nunquam sine digna præfatione nominandum est) curamus, & in urinis ueluti capilli uidentur, quandoque ad spithami longitudinem extensi: sed in huius uirginis urina cyatho potius inhaerent, & scaphio, quæ sunt per urinæ substantiā sparsi, ipsaque in dies aperientibus potionibus sumptis, & ex febre, & ex horū capillorum generatione liberatur. De his uero capillis hæc à Philotheo dicitur, ὡς πρὸς τὸ πρὶν ἐκ τοῦ νεφροῦ ἀδύνη ἐκκρίνονται, τῆς πρὸς αὐτοῖς ὁρμῆς καὶ τῆς πρὸς τοῖς νεφροῖς ἀφροδισίων τῶν ποδῶν χρομῶν ἐν αὐτοῖς παχέων, καὶ φλεγματικῶν τῶν κατὰ τὴν ὕλην, καὶ

ὄλλω, καὶ εἰς τὸ πρὸς τὸ γῆμα τῶν νεφρῶν, ἀμύκεις ἐκκλόνοντα, idest, Certū est quod tanquā capilli albi excernuntur caliditate præternaturali excurrente cōtentam in ipsis renibus materiam crassam, & immodice pituitosam; & ob hoc, & ob renum formā, longi fecernuntur. Vt simul habeas capillorum in renibus causam, & longitudinis, quamuis alicui fortassis longitudinis causa manca esse uideatur.

Oribasius Aphorismum exponens, de capillamentis solum uerba facit, inquit ex pituita, & sanguine, adueniente naturali calore, ex pituita fiunt calculi, & ex sanguine ueluti capillamenta in uasis urinarijs fiunt propter qualitatem loci, quemadmodum figulus ex humida argilla figuram aliquā facit, & ad ignem ponit, & quod ante fuit lutū, lapsus efficitur. Sed nos uidimus non quidem ex sanguine, sed ex pura pituita factos capillos, & ita Galenus uere censet.

Τὰ πρῶτα ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκλόνονται, idest, His à renibus excernitur.] Hippocratis diligentiam hic notato, qui non dixit exulceratos renes significari, quoniam absq; renum exulceratione, capilli fiunt; sed communiori loquendi modo usus dixit, ex renibus exire, unum autem exit ipsi ulceratis, scilicet carunculæ paruæ, aliud scilicet ueluti capilli renibus non ulceratis. Ideo conueniens fuit communiori uocabulo uti.

GALENVS

PARVÆ quidem carunculæ renum substantiæ indicia sunt, qui uero uti capilli, nullo modo renum. Neq; enim fieri potest, ut ad talem substantiæ formam ren dissoluatur. Qui enim hoc aiunt renum ignorant naturam, sed neque uesica resoluta, aut exesa, ut quibusdam uisum est, tales urinæ exeunt. Sunt enim huius particulæ filorum similes magis, sicuti & Hippocrates paulo post, eas squamas appellat. Sed ueritas ita se habet, quod nobis forte quadam sapius uidere contigit, sed alij quidam medici, quantumuis in operibus artis multum exercitati, raro se aiunt uidisse urinas tales. Vocant autem medici hanc passionem capillitium, quoniam capillis similia sunt, & albis magis similia apparent, quæ in urina feruntur. Nuper autem quidam talia corpora tam longa mingeat, ut incredibilis longitudo uideretur, nam quidam ex ipsis ad dimidium cubitum extendebatur. Hic uero toto serè anno qui antecesserat in usu cibario habuerat orbum, & fabam, & sæpissime caseum tenerum, ac siccum, & pluribus alijs, & talia mingere contigit qui cibis crassioribus uescebantur. Tali igitur humore in renibus uisio capillis similes substantiæ generantur, & quidem modus ipse curandi rationi quæ de causa habetur attestatur. Nam ab extenuantibus, atque incidentibus medicinis, adhibito etiam alio uictu humectante ægri curantur. Si uero tanta esset exulceratio renum, aut uesicæ, quod eorum substantia dissolueretur, non modo nihil ex talibus medicinis situeretur, sed supramodum iritarentur. In his itaq; sicuti, & in alijs Hippocrates dignus est admiratione, eorum inuentor quæ à pluribus medicis ad hunc usq; diem fuere ignota. Ipsa quoq; sermonis diligentia magnam habet admirationem, cum dicat talia ex renibus excerni. Neq; enim sicuti in priore aphorismo renum causatur exulcerationem, ita & nunc dixit, uerum simpliciter ex renibus inquit excerni: quemadmodum si aliquo mingente lapidem, ex renibus ipsum excerni dicamus, non quod sit pars substantiæ eorum, sed quoniam in ipsis suam habuit consistentiam. Paruæ igitur carunculæ substantiæ renum ulceratarum partes existunt, qui uero ueluti capilli, in renibus quidem consistentiam accipiunt ueluti alij lapides, non sunt autem partes eorum substantiæ. Male ergo in omnibus exemplaribus hic aphorismus sine particula, aut, legitur, Carunculæ paruæ, ueluti capilli. Nullo enim modo carunculæ paruæ assimulantur capillis. Verum oportet inter uerbum Paruæ, & alterum Ueluti, mediam ponere dictionem Aut; tanq; Hippocrates non de una re, sed de duabus faciat suo sermone mentionem, quarum una est Carnes paruæ, altera uero, Ueluti capilli. In his igitur qui sunt ueluti capilli semper urina est crassa, cum pituitosa substantia quam uenæ aggregarunt, per renes expurgentur. In carunculis autem non est necessarium, nunquam tamen talem uidi renum dispositionem, sed quæ sunt ueluti carunculæ, sæpius à me uisæ sunt in illis febribus in quibus & quæ sunt similia orobis sedimina conspiciuntur, sanguine crasso in renibus, aut in hepate exiusto. Non tamen ueras carunculas unquam uidi cum urina exeuntes. Puto igitur posse contingere, quod crassa urina ab ipso dicatur, quæ secundum naturam est meo

diocris

diocris. Hæc enim tenui quodammodo opponitur. Neq̄ nos latet quod propriæ quidem secundum excessus oppositiones ita nominantur: per abusionem autem, et medio, & mediocri, extremorum nomina tribuuntur, cum & ad maxime crassum, tenue, & ad maxime tenue, crassum, nominetur. Quod si ita audiuerimus, sermo talis erit. Quibus in urina quæ tenuis non est ea quæ diximus exeunt, renum est passio, si uero urina sit tenuis, totum uenosum patitur genus. eundem intellectum mihi uidetur etiam in sequenti ostendere aphorismo.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, paruas carunculas de renū substantia esse. At ea quæ sunt ueluti capilli, de renum substantia non sunt: quia renes ad talem substantiæ formam non dissoluntur, & hi errant qui ita dicunt. Errant præterea qui ex uelica resoluta, & exesa prodire dicunt. immo, ut in sequenti aphorismo uidere licebit, ea quæ ex uelica prodeunt, squamis potius assimilantur.

Quod legitur, foliorum similes, Græce est *πεταλόδης*, ac si dicat foliacea.

SECUNDO docet unde hæc ueluti capilli proueniant. nam ex crassis humoribus, & glutinosi fieri censet, propterea casum cuiuspiam refert qui longissimos capillos emittebat, hic toto ferè anno orobum, fabam, & plerunq̄ caseum tenerum ac durum comederat, omnescq̄ qui talia minxerunt, cibos crassos prius comederant, & ideo crassis humoribus generatis ad renes transmittentur, & hanc formam ut ueluti capilli apparent, sibi acquirebant. Quod uero ex crassa materia generentur, & non ex renū exulceratione, sanandi modus probare potest, quoniam per res extenuantes atq; in cidentibus, & uictu humectante sanabantur, sed hæc exulcerationi obsuissent. ideo renum exulceratio huius affectionis, quam medici antiqui capillitium appellabāt, causa nō erat.

Quod legitur, uocant autem medici hanc passionem capillitium. non dicitur medici, sed recentes. Græce enim ita legitur, *καλῶς δὲ οἱ νεώτεροι τριχίασιν τὸ πάθος*, idest, uocant autem recentes hanc passionem capillitium. Græci uocāt *τριχίασιν*, & Leonicenus uerbum uerbo reddens modum probare potest, quoniam per res extenuantes atq; in cidentibus, & uictu humectante sanabantur, sed hæc exulcerationi obsuissent. ideo renum exulceratio huius affectionis, quam medici antiqui capillitium appellabāt, causa nō erat. Quod legitur, uocant autem medici hanc passionem capillitium. non dicitur medici, sed recentes. Græce enim ita legitur, *καλῶς δὲ οἱ νεώτεροι τριχίασιν τὸ πάθος*, idest, uocant autem recentes hanc passionem capillitium. Græci uocāt *τριχίασιν*, & Leonicenus uerbum uerbo reddens modum probare potest, quoniam per res extenuantes atq; in cidentibus, & uictu humectante sanabantur, sed hæc exulcerationi obsuissent. ideo renum exulceratio huius affectionis, quam medici antiqui capillitium appellabāt, causa nō erat. Quod legitur, uocant autem medici hanc passionem capillitium. non dicitur medici, sed recentes. Græce enim ita legitur, *καλῶς δὲ οἱ νεώτεροι τριχίασιν τὸ πάθος*, idest, uocant autem recentes hanc passionem capillitium. Græci uocāt *τριχίασιν*, & Leonicenus uerbum uerbo reddens modum probare potest, quoniam per res extenuantes atq; in cidentibus, & uictu humectante sanabantur, sed hæc exulcerationi obsuissent. ideo renum exulceratio huius affectionis, quam medici antiqui capillitium appellabāt, causa nō erat. Quod legitur, uocant autem medici hanc passionem capillitium. non dicitur medici, sed recentes. Græce enim ita legitur, *καλῶς δὲ οἱ νεώτεροι τριχίασιν τὸ πάθος*, idest, uocant autem recentes hanc passionem capillitium. Græci uocāt *τριχίασιν*, & Leonicenus uerbum uerbo reddens modum probare potest, quoniam per res extenuantes atq; in cidentibus, & uictu humectante sanabantur, sed hæc exulcerationi obsuissent. ideo renum exulceratio huius affectionis, quam medici antiqui capillitium appellabāt, causa nō erat. Quod legitur, uocant autem medici hanc passionem capillitium. non dicitur medici, sed recentes. Græce enim ita legitur, *καλῶς δὲ οἱ νεώτεροι τριχίασιν τὸ πάθος*, idest, uocant autem recentes hanc passionem capillitium. Græci uocāt *τριχίασιν*, & Leonicenus uerbum uerbo reddens modum probare potest, quoniam per res extenuantes atq; in cidentibus, & uictu humectante sanabantur, sed hæc exulcerationi obsuissent. ideo renum exulceratio huius affectionis, quam medici antiqui capillitium appellabāt, causa nō erat.

Quod legitur, Nuper autem quidam talia corpora tam longa mingebat, Græce habetur, *ἤαγγε δέ τις ὄρει μακρὰ τὰ ποιῶντα σώματα*, idest, Quidam autem modo mingit tam longa corpora. Quod sequitur ut incredibilis longitudo uideretur, legendum est, *ἰδὲκε*.

Quod etiam legitur, In usu cibario habuerat orobum, Græce legitur, *ὀροβῶν*, & nō orobum. nam ita legit Aldinus contextus, & ita noster antiquus, sed noster antiquus a utro quodam docto correctus, obelo confossam habet particulam *ὀροβῶν*, & legit *ὀροβῶν*.

Quod etiam legitur, Et pluribus alijs talia mingere cōtigit, qui cibis crassioribus uesciebantur, hic duo contextus habentur, unus, quem Leonicenus sequitur, & noster antiquus eodem modo legit, *καὶ ἄλλοις δὲ πολλοῖς ὄρεισαι σωῆβη ποιῶντα, οἱ παχυχύμοις ἐδίσμασιν ἐκίχλωπ*. At noster antiquus contextus correctus est, & eodem modo præcisè legit, ut in Aldino contextu habetur, *καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πάντες οἱ ὄρεισαι σωῆβη τὰ ποιῶντα παχυχύμοις*.

τα πρὸς χύμους ἐδίσμασιν ἐκείλωτο, idest, & alij omnes quibus talia mingere contigit, cibus crassioribus uescebantur. Nos hanc lectionem magis probamus, quam præcedentem: quamuis sensus ipsi non differant.

Quod etiam legitur, Adhibito etiam alio uictu humectate, deest una particula ὅτι, idest, sic: postea sequatur, ægri curantur.

TERTIO Galenus Hippocratem laudat, qui multa inuenerit ab alijs non inuenta, & qui in sermone diligentissimus fuerit, nam in hoc loco, dicit, ista ex renibus exeunt, & non dixit ut in præcedenti aphorismo, renes esse exulceratos: quia cum illa exeunt, quæ sunt ueluti capilli, renum exulceratio non significatur, sed bene ex renibus exeunt. eodem autem modo hi capilli in renibus sunt, ut lapides: exeuntes uero renum substantia non exit.

Quod legitur, eorum inuictor, quæ à pluribus medicis ad hunc usq; diem fuere ignorata. Græcus noster contextus habet, τὰ μὴ δέπω μὴ δὲ τήμβρον ἐγνωσμένα τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν αὐτῶν ἔδιδόν τε. Aldinus contextus ita etiam habebat, solum differt, quia in fine legit ἔδιδόν τε, & eodem modo Leonicensus in suo contextu habebat, sed in nostro antiquo omnia ferè sunt obelo confossa, & hæc deinde supra scripta, τῶν πρὸ μὴ δέπω πρὸς τὰ ἐκ σιμάων ἐγνωσμένα πολλοῖς τῶν ἰατρῶν αὐτῶν ἔδιδόν τε, idest, eorum inuictor, quæ à pluribus medicis fuere, per signa cognita ignorata.

Quod etiam legitur, Veluti alij lapides, legi debet, Veluti & lapides. nam Græce dicitur, ὡς πρὸς καὶ οἱ λίθοι.

QVARTO docet legendam esse particulam, aut, quæ carunculas, ab his quæ in urinis, & uidentur capilli, distinguat. quamuis Celsus septimo capite secundi libri, & Hippocrates in libro De natura humana idem faciunt & non duo diuersa.

QVINTO docet, quando exeunt ueluti capilli, semper urinam esse crassam: sed quando carunculae exeunt, urinam crassiusculam esse non est opus.

SEXTO Galenus fatetur se nunquam uidisse carunculas in urinis, quæ renum partes essent: sed bene uidit similia carunculis in illis febribus in quibus sedimina orobis si milia conspiciuntur. at quæ uidit carunculas similia, erat crassus sanguis in renibus aut in iecore exultus: ueras uero carunculas nunquam uidit Galenus. propterea inquit, Hippocratem per urinam crassam, mediocrem intellexisse, quæ respectu tenuis crassa dicitur, & respectu crassæ tenuis. quoniam medium uni extremo comparatum, alterius extremi uim habet. propterea aphorismi sententiam talem facit, Quibus in urina crassa, idest, quæ tenuis non est, prædicta exeant, renum est passio. Si autem sit urina tenuis, totum uenosum genus patitur, unde dicens quæ tenuis non est, simul & caruncularum urinam, & capillamentorum intelligit.

Deniq; infert, eundem esse intellectum sequentis aphorismi, quantum sit de urina crassa. Quod legitur, & quæ sunt similia orobis sedimina. legi debet, & quæ sunt similia orobis uocata sedimina. Græce enim habetur, καὶ τὰς κατὰ μὲν ὀροβοσὶδ' ἐξ ὑποστασεως.

Quod etiam legitur, Puto igitur posse contingere, quod crassa urina ab ipso dicatur, quæ secundum naturam est mediocris. Græce habetur, ἐγγωρεῖν οὐκ ἠγόμενον πρὸς τὸ ἄγαν εἶναι πρὸς αὐτὸ τὸ σύμμετρόν τε καὶ ἡτ' ἀύσιν, idest, Puto igitur posse contingere, quod crassa urina ab ipso dicatur mediocris, & secundum naturam. ut facile uidere possis, esse alium sensum, quam à Leonicensio referatur. In aliquibus cōtextibus legitur, & non secundum naturam, quos tamen falsos esse iudico. immo est secundum naturam, quia & mediocris.

APHORISMVS LXXXVII

Quibus in urina crassa, sursurea quædam simul exeunt, his uesica scabie laborat.

BRASAVOLVS.

CVM urina crassa mingitur, in qua latae squamæ ueluti sursures insint, uesicam scabiem pati iudicare oportet. nempe hæc squamæ ab alio membro decidi non possunt, quæ à uesica, quia nullum membrum talem nerueam substantiam habet, quæ in squamas eleuari possit. Scabies uero significat, quia est materia saluginea quæ id facit, scilicet illas squamas eleuat. immo ij qui patiuntur, magnam pruritum circa uesicæ partes sentire uidentur.

Plinius

Plinius malū esse iudicat fursura in urinis apparere libro uigesimo octauo capite sexto.

ἡρόσιον γὰρ ἐστὶ οὐρα παχὺ ἰόντι. idest, Quibus in urina crassa existente.] Galenus in fine commenti præcedentis aphorismi inquit, urinam crassam intelligendam esse, ut in præcedenti aphorismo intelligebatur. Ibi uero intelligebatur crassa, idest mediocris, ipsam ad ualde tenuem comparans. propterea exponebat crassam, idest non tenuem, unde & à Philotheo dicitur, *ἡνωθῆτα παχὺ ὄρον, τὸ σύμμετρον λέγει.* idest hic urina crassa, mediocritatem significat. & ratio in promptu est, quia cum urina tenuis extiterit, necessarium est genus uenofum pati. Recentes ex falsa interpretatione quædam inuenire coguntur, quæ absona sunt, nam in suis codicibus illam particulam *παχὺ*, quæ crassum significat, interpretatam habent pingui. Ideo coacti sunt dicere, urinam pinguem esse medicorem, quia quod pingue est, concoctum est, ob debitam humiditatem aerei & uncti uosi cum siccis terreo commixtionem, & alia dicunt, quæ ad rem nihil faciunt, ob prauam unius uerbi interpretationem: quamuis re ipsa uera esse possint.

πιτυρώδεια στυβζορέται. idest, Furfurea quædam simul exeunt.] Vel simpliciter, fursura exeunt. Si uero dicamus simul, idest cum urina hæc fursura exeunt. Sunt autem fursura quædam in similitudinem squamarum, unde & Galenus in principio libri De locis affectis, ubi inter ulcus uesicæ, & renum differentiam ponit, & dicit, differentiam esse per essentiam proprietatem; nam si ea quæ cum urinis excernuntur, laminarum speciem referunt, in uesica ulcus est. Si uero carunculis assimilentur, id erit in renibus. Hoc autem loco Galenus hunc aphorismum adducit, in quo non dixit Hippocrates esse ulcus, sed scabie laborare, tamen quædo scabies adest, semper exulcerationem facit, unde & à Philotheo dicitur, *Ψωρίασι δὲ ἡνωθῆτα τῶ ἐπίπολυ ἑλκώσι πλὴν ὡς φησὶ.* idest, Hic scabiem dicit multam uesicæ exulcerationem. In sexto etiam De locis affectis libro, capite quarto Galenus, ubi inter ulcus renum, & uesicæ ab essentiam proprietate differentiam ponit, inquit, quippe partes à uesica euulsæ, lamis, à renibus uero carunculis sunt similes. In utrisque autem his præadductis Galeni locis, Galenus non utitur uocabulo *πιτυρώδεια*, quod fursura significat, sed utitur hoc uocabulo *πιτυλώδεια*, quod in præcedenti aphorismo Leonicensis interpretatus est, foliorum similes. tamen in libro De locis affectis Copus interpretatur, lamas, possunt uero squamæ istæ ex extrinsecis, & ex intrinsecis causis provenire. ex extrinsecis, ut ex potu cantharidum, quibus uesica excoriatur, & exiit ueluti fursura, & parua lamæ. Causæ uero intrinsecæ uariæ esse possunt. Nam quædoq; ob magnam adustionem, quæ in uenis sit, superiores uenarum cortices excoriatur, & cum urinis exeunt. quandoq; ex falsis humoribus, in meatibus uritidibus existentibus fiunt, qui hos meatus excoriant, & tanquam squamulæ prodeunt. Iudicant quoq; recentes, à renibus prodire posse, & à uesica ueniunt, quando falsi humores uel acuti uesicam petierint, & eam in superficie adeo exederint, ut parua squamulæ commingantur. Et Oribasio hic teste in marasmo, & ethica febre similiter fiunt, tamen re uera in ethica & marasmo, sunt quædam pinguiâ potius supernatantia, quam fursura, unde exquisitus Actuarius fecit, quam Oribalius, & eleganti distinxit libro secundo De urinarum iudicijs capite decimo, ubi dicit, Altera parua hypostasis est fursura sic uocata, quæ peior est prædicta, scilicet orobea, ceterior tamen est prauitate laminæ. Apparet hæc cum febris in profundis uasis infixæ est. Illius meminisse oportet, namq; interdum est signum solius uesicæ patientis, sed distinguitur hoc etiam concoctione, & cruditate, ac febre, & febris absentia. Galenus autem inter contenta *πιτυλώδεια*, & *πιτυρώδεια* differentiam facere non uidetur. quoniam in præadductis locis hunc aphorismum referens, ubi hic dicit *πιτυρώδεια*, idest fursura; ibi refert ac si dixerit, *πιτυλώδεια*, idest foliacea, uel ut alij interpretantur, laminæ. Tamē Actuarius libro primo De urinarum differentijs capite quinto decimo non paruam differentiam facit. nam (ut dicit) *πιτυρώδεια*, idest fursuræ hypostases sunt, quæ uidentur similes fursuri bene moliti tritici. hæc ita magnæ apparent, ut uere fursures credantur. Quamobrem discere conuenit ab euidenti rerum specie, quæ hoc pacto appellantur, ita ut non longius protrahatur oratio decens, ac si disceretur ab ipso posito nomine. Hæc Actuarius. postea sequitur ac si de re diuersa loquatur: laminæ uero hypostases notæ sunt rationi. ipsæ quidem sunt similes laminis, sed non per longitudinem (hoc enim potius uidentur dissimiles)

sed similes sunt specie: laminas uero nouimus appellatas esse, quæ & longitudinem & latitudinem habent, non etiam euidentem altitudinem. In secundo præterea libro De iudicijs urinarum, hypostasim furfuream, & lamineam tanquam duas distinctas hypostasias ponit, & cum procedens febris partes corporis solidas attigerit, laminea fit. Ut autem Actuarium, & Galenum simul cõcordes reddamus, scire oportet Galenum sub furfurea lamineam intellexisse, & sub laminea furfuream. nempe differentia non est, nisi in maiori, & minori latitudine, & amplitudine, & in scabie uesicæ quandoq; est latior, quandoq; minus lata, ex qua etiam scabie quandoq; in formã furfurum, quandoq; laminarum apparent. At omnes furfureæ ab Hippocrate hic uocantur. Galenus uero modo appellat *πυρώδεια*, idest furfurea, modo *πεταλώδης*, idest laminea, uel folijs similia. Imò & ipse Actuarium præcitato loco, scilicet decimo capite secundi libri De urinarum iudicijs, cum edocuerit furfurea & ex febre & ex uesicæ scabie fieri, & deinde de laminis loquatur, docet & hæc fieri ex febre, & ex scabie uesicæ: unde dicit, sed quæ addita sunt de furfurea hypostasi, ea audienda sunt hoc in loco. Aut enim totius corporis passio existimat, si & febris & cruditas aderit: aut solius uesicæ, cum in homine non est febris, & in urina demõstratur concoctio. ut hic intellectus aphorismo dari possit secundum Actuarium, & debeat, Qui febre carent, & urina sit mediocris, & in ipsa appareat furfurea, uel laminea, his uesicæ scabie laborat: quia furfurea hypostasis uel laminea, quando non sunt ex uesicæ scabie, semper cum febre contingunt, & ingenti. Galenus uero non curat uel dixerimus *πυρώδεια*, idest furfurea, uel *πεταλώδης*, idest laminea, & similis folio: propterea quandoq; uno uocabulo utitur, quandoq; alio, quia lamæ & fursura solum per magis & minus differunt, unde & in præcedenti aphorismo dicebat, particulas uesicæ esse *πεταλώδης*, & statim Hippocratem in hoc aphorismo referens, dicit Hippocratem in hoc aphorismo eas appellare *λεπίδας*, idest (ut Leonicenus interpretatur) squamas uel lamas. In hac uero uesicæ scabie, ut Aetius capite uigesimo secundo libri undecimi inquit, Vesica scabit, his pruritus tum imi uentris, tum pectinis succedit, inq; urinis asperæ & fursureæ hypostasies deferuntur. Progreddente uero morbo, uesica exulceratur, accessionesq; ad ulcera præscriptæ inducuntur. Nolle igitur operæ pretium est, quod non penitus curabile sit malum: curandum tamen ut pro uiribus leniatur. At Paulus libro tertio, capite quadragesimo quinto, fursureas hypostasies scabiæ uesicæ significare dicit: sed squameas & lamineas cum pure habentes, uesicæ exulcerationem significare. Paulus omnino uerum non dixisset, nisi addidisset, quod pus in fundo matulæ adesset, quoniam laminae & squamæ in uesicæ scabie apparent. Est autem uesicæ scabies, exulcerationis principium: quum deinde magis exulceratur, ut uenulæ quas habet, disrumpantur, & febris superuenit, atq; exit pus, & circa pectinem & inimum uentrem crescit dolor. Trallianus idem sentit, & omnes Græci authores. Vnde & à Philotheo dicitur, *ἀσπὴ γὰρ ψώρας ἔσται ἢ παντὸς τοῦ σώματος ἢ ἐκτίθηται τινὲς λεπίδας, ὡς ἀπὸ ἰχθύων. καὶ καθίστη εἰκνόντων οὕτως καὶ ὡς ἐν τῷ ὑποπλῦ ἑλλώσεως ἐν λυσεως, ἐπιπυρώδης πιννα σὺν τῷ ἔρω ἐκκοινωνοῦται.* idest, sicuti enim quum sit scabies per totum corpus, quedam squamulæ decidunt, quemadmodum à piscibus: & præsertim ita proueniunt in magna exulceratione uesicæ fursura cea quædam cum urina excernuntur.

Τυτίσιον ἢ λυσε ψωριᾶ. idest. His uesica scabie laborat.] Qui illas squamulas uel lammas, uel fursurea sine febre habuerint, & in imo uentre atq; pectine pruritus inest. Hippocrates in libro De hominis natura, uelle uidetur fursurea nõ subsidere, sed innatare, ubi in fine illius partis, in qua de uenarum natura tractat, inquit, Si pura, & in summa urina ueluti fursures huc illucq; innatent, scire licet, uesicæ scabiæ subesse. Celsus quoq; de fursuribus loquens, non dicit uesicam scabie laborare, nec subsidere: sed cum posuerit malam esse urinã, in qua subrubra subsident, aut liuida, & peiorẽ, in qua fila quædam tenuia & alba. Addit, pessima ex his, si tanq; ex fursuribus, factas nubeculas repræsentat.

GALENVS

QVANDO urina tenuis fuerit haud secundum naturam uenæ se habent. Cum uero non tenuem, sed medio crem habuerit substantiã, in quo significato crassa accipere oportet hoc loco, ea quæ simul cum tali urina excernuntur circa renes aut uesicam passionem ostendunt. Cum enim ex uenis urina ueniat, in renibus autem percolatur, in uesica

uesica uero aggregetur, quicquid in ea præter naturam apparuerit, aut uenas, aut renes, aut uescicam male se habere indicabit, sicuti & nunc fursurea, uescicam scabie laborare, quando uenæ multum affectum habent. Feruntur enim & ex ipsis aliquando fursurea, cum earum tunica patitur, quemadmodum & uescicæ, uel cum sanguis qui in ipsis continetur à febre ardente peruritur. Aptior autem ad hoc est quicumque humor in eis crassior existit, & magis qui ueluti sex sanguinis est, quem solemus humorem melancholicum nominare. Sicuti enim cutis superficies quam cutem superiorem nominant, in scabie, lepra, atque lichenibus tenuè quid abijcit, quale quod serpentum senectus nominatur; sic ubi in partibus interioribus ea quæ est ueluti cutis tale aliquid patitur, & casus erit passionis similis, hac ratione igitur, & uenæ ipsæ, atque uescica scabie laborantes fursureos cortices una cum urinis emittent. Distinctio autem fiet ex tenuitate, ac crassitudine urinae, ut antea diximus. Tenuis enim urina uenas, non tenuis aut uescicæ pati indicabit.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, cum urina sit tenuis, uenas non esse secundum naturam, nisi is multum biberit, qui hanc tenuem urinam habuerit. At si urina adeo mediocris sit, uenarum, uel iecoris affectio non notetur, quicquid per urinam excernitur, id totum uel supra renes, uel supra uescicam disijdat. quia ex uenis urina uenit, percolatur per renes, & in uescica coadunatur. propterea opus est supra unum ex his tribus significet, unde cum in uenis nulla affectio sit, & fursurea prodeant, uescicam scabie laborare necesse est. Quod legitur, Venæ multum affectum habent. legi debet, Venæ nullum affectum habent; Græce enim habetur, ὅτι γὰρ αἱ φλέβες ἀπαθείς ἰσχυροῦσιν.

SECUNDO docet, ex uenis quandoque fursurea educi, uel cum tunica uenarum patitur, & exoriatur, uel cum sanguis qui est in uenis, ab ardente febre uritur, sed atrabiliaris humor ad exiccandum cæteris humoribus aptior est. Eum uero intelligo, qui est tanquam sex sanguinis.

Quod legitur, Cum earum tunica patitur. ποῖ μὲν αὐτῶ τῶ χιτῶν ὁ αὐτῶ παδόντῳ. id est, Quandoque cum earum tunica patitur.

Quod etiam legitur, A febre ardente peruritur; Græce est, ὑπὸ καυσάδους θερμῶ φρουρῆσιν. i. ab ardentis febris calore exiccatur. Ita habet contextus Aldinus, & nosster antiquus; sed nosster antiquus correctus est, & loco illius particula θερμῶ, illā habet πυρρῶ.

TERTIO Galenus comparationem facit inter scabiem uescicæ, & alias scabies. Sicut enim in scabiibus exterioribus cutis superficies aliquid emittit; ita in scabie uescicæ aliquid, quod est tanquam cutis & superficies, emittitur. unde & uenæ scabie laborantes, & uescica tale quid emittunt.

Quod legitur, Quam cutem superiorem nominant; Græce est, καλοῦσι δὲ αὐτὴν ὑπὲρ ἀφροδίδα. Nosster antiquus contextus prius legebat, ὑπὲρ δεγματίδα.

Quod etiam legitur, In scabie. Aldinus contextus, & nosster etiam antiquus legunt, ἢ τῶν ψύραγγ. sed nosster antiquus aliam lectionem habet, nempe legit ἢ τῶν ψυραγγῶσιν. id est, in scabierum speciebus, & non ab re, quoniam multæ sunt scabierum species.

Denique Galenus inter fursurea exeuntia à uescica, & à uenis differentiā facit. nam quæ à uescica exeunt, cum mediocris urina prodire solent; quæ à uenis, cum urina tenui. Adde, à uenis, esse cum febre; à uescica, sine febre; à uenis, esse absque pectinis pruritu, & imi uentris; à uescica, cum pruritu illarum partium. tamen & quæ in uescica est scabies, difficulter sanatur, quum tamen urina ipsa scabiem exteriorem exiccando sanare possit.

APHORISMVS LXXVIII

Quicumque sponte sanguinem mingunt, his à renibus uenulam ruptam significatur.

BRASAVOLVS

QUI sanguinem repente mingunt, ab alio loco, quam à renibus prouenire non potest; ideo quum sanguinis mictum uideris, aliud cōiectari non poteris, quam in renibus uenulam ruptam esse. Philotheus ita hunc aphorismum introducit, ὅτι γὰρ αὐτῶ παδόντῳ συνβαλόντων ἢ οἷς κερροῖς ὁσπλίγῃ. i. & hic de passionibus, in renibus, contingētibus disputat.

διόσει ἀπὸ τῶν κομμάτων. idest, Quicumq; sponte.] Hoc quod dicitur Sponte, dupliciter Galeno interpretat; uno modo, idest sine causa manifesta; alio modo sponte, idest repente. Adde & tertium significatum quod est naturaliter : sed hoc tertium significatū cum primo coincidit, quia primū est sine causa manifesta, scilicet extrinseca; sed est ab intrinseca, ideo naturalis uidetur. Philotheus Galenum sequitur inquiring, τὸ γὰρ ἀπὸ τῶν κομμάτων, τὸ ἐξ αἰφνης ἢ ἀβρόως διαλύει. ὅσα τὸ πλεονέχον γὰρ τὸ αἷματος ἐίνοντι τὰ φλεβία, καὶ τὰ τῶν σφαιρῶν. Ἐπολύ αἷμα ὑρέσει, ἀπὸ δὲ τῶν ἀναβράσεων, ὀλιγισσι. Ἐπὸ τῶν διηλονότι δὲ ἢ τῶν ἀνασώμασι φέρει, ἀλλὰ ἢ τῶν ῥήσι, ὅτι τὸ ἢ τῶν ἀνασώμασι φερόμενον, ἐκ ἐστὶ τέλειον αἷμα, ἀλλὰ αἷμα τῶν δει. idest, Hoc enim quod dicitur, ἀπὸ τῶν κομμάτων, idest à casu, repente uel statim significat: nam ob multitudinem sanguinis uenarum intenduntur, & intensione disrumpuntur & multus sanguis mittitur, in erosione autem paucus. & unde uidelicet non per oris apertionem fertur, sed per fractionem. Quod enim per oris apertionem fertur, non est perfectus sanguis, sed sanguineum. Oribalius hunc aphorismum refert, ac si Hippocrates duo ponat, repente & sponte, itaq; dicat, Quicumq; repente & sponte, & reliqua. exponitq; hæc duo uocabula dicens, Repente, est subito: sponte autem ex natura. Galenus uero intelligit, sponte, idest subito: quia in nullo alio loco ita subito fractio fieri potest, sicuti in renum uenis. Refert uero Galenus in fronte primi libri De locis affectis, in uesica quandoq; grumos induci, ex sanguine per renes emissō.

αἷμα ὑρέσει. idest, Sanguinem mingunt.] Qui scilicet purus sit sanguis, non multum urine mixtus. At mictus sanguinis ex multis causis, & extrinsecis & intrinsecis fieri potest. Ab extrinsecisq; causis ex multis membris, ex icore, toto corpore, renibus, ureteris, uesica, pene. A causis uero intrinsecis, ab uniuerso corpore, quādo sanguis adeo copiosus est, ut superabundet, tunc ad secur transmittitur, renes, & uesicam; uel quia uires icoris contentiue adeo imbecilles sunt, ut sanguinem non continentes emittatur: uel quia discretiua uis icoris est imbecillis: propterea exit per uenas sanguis urine mixtus non discretus. Si uero sanguis ob uenas, uel ob imbecillas icoris uires exeat, urine plurimum mixtus est, quando à longioribus partibus ueniens multum cōmiscetur; & tanto magis erit mixtus, si ex imbecillitate uirtutis discretiue exeat. uel ex uesica exit. At hinc exire non potest, nisi fracta uena, aut corrosa; quod repente non fit, nec etiā repente à toto corpore uenit, uel à icore. At si à renibus profluat, non potest nisi ex uenis exire. At quum sanguis uenas exit, aut est quia os uenę aperitur, aut uena frangitur, aut refudat. Si refudat, paucus est sanguis, & uix urinas tingit. Si ex apertione oris uenę, non exit etiā in copia, ut dicit Galenus. Sed paulatim, & urina fit subsanguinea, non autem perfecte sanguinea. Ideo relinquitur, quod in hoc aphorismo uenę fracturam intelligamus. Propterea addit,

τῶν τοίσι ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίῶν ῥήσι συμάλνε. idest, ijs à renibus uenam ruptam significat.] Intelligentes quod sanguis copiose exeat, quod sit purus, quod sponte, idest repente fluat. nam nisi has cōditiones aphorismo cōdonemus, non esset opus intelligere hęc sanguinem à renibus profluere, quia etiā ab alijs partibus per urinas uias fluit, sed non repente, non in copia, non purus. Oribalius causam edocere uolens. cur iudicandum sit à renibus fluere, inquit, Nimirū quia uenę quę in renibus sunt, tenuiores sunt his quę in uesica. Cum Philotheus edocuerit, uenam in renibus ruptam significari, si quis sanguinem minxerit, ut rationem reddat, hæc uerba addit, Ἐπὸ τῶν διηλονότι ἀπὸ τῶν νεφρῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἀναπνευστικῶν, ἢ βρεπτικῶν, ἐκ τῶν εἰρημῶν, ὑρέσει. ὅσα γὰρ τὴν ἐπίμονον ὑρέσει τὸ αἷματος διαλύει. εἴτε γὰρ ἀπὸ τῶν ἀναπνευστικῶν, εἴτε ἀπὸ τῶν βρεπτικῶν, ὅσα ῥήσι φλεβία ὑεί, πῶς ὀλιγὸν ὑρέσει, καὶ διείρας πάντων. ὅσα δὲ ἄλλοι ὅτι δὲ ἢ τῶν ἀναβράσει, ἀλλὰ ἢ τῶν ῥήσι γίνεται ἢ αἷματι ὑρέσει. idest, Et unde uidelicet à renibus, & non à respirationis partibus uel nutritiuis, ex eo quod dicit, mingunt; hoc enim assiduum sanguinis mictum ostendit. Siue enim à partibus respirationis, siue à nutritiuis ob uenulę fracturam est, ad paucum mingitur, & statim cessat. Unde manifestum est, quod non per erosionem, sed per fractionem fit sanguinis mictus. Hippocrates in libro De natura hominis, in illius partis sine, ubi de uenarum natura differit, inquit, Si urine cruentę sint, in uenis uitium est. In hoc loco Hippocrates non dicit à renibus prouenire, sed à uenis: quia est pauca cruoris quantitas, & quia repente non fit, sed cum aliquo tempore,

GALENVS

QUOD dicitur sponte, potest idem quod sine causa exteriori ostendere: potest & quod ueluti repente nullo casu præcedente, quales apparent uesica ulcerata. In ipsa enim uenam rumpi ex influentis sanguinis abundantia, quemadmodum in renibus est impossibile. Neque enim per eius uenas sanguis percolatur, sed solum tantum quantum ipsi sufficiens contribuitur. Præterea neque uenæ quæ in uesica nudæ, aut instabiles natura sunt, sicuti quæ renum uentres subintrant, quarum ora aperiuntur, & quæ aliquando dirumpuntur propter humorum multitudinem, ac crassitudinem qui in ipsis continentur. Disruptio itaque puris sanguinis facit euacuationem. Ora autem aperta non uniuersim sanguinem effundunt, præsertim cum parua est apertio, sed paulatim, atque tenuius percolant, unde totam urinam subsanguineam efficiunt. Fit autem, ut dixi, & uenis uesicæ ex exesione laborantibus sanguinis euacuatio, quam antecedunt ulceris signa in uesica existentis, hoc est & loci dolor, & pus, & ipsius corporis uesicæ quædam ueluti frustula. Hac ratione igitur melius uerbum Sponte, pro Repente, accipere; & non pro Sine causa manifesta: siquidem sanguis ex renibus sæpius, & sine causa excernitur manifesta, uase ex multitudine rupto: sed aliquando ob saltum uehementiorem, uel ex alto casum, uel ictum.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, uocabulum sponte, quandoque sine extrinseca causa significare, quandoque repente: id est quod nullum symptoma antecedit, sicuti est in uesica ulcerata, in qua symptomata apparent. Impossibile enim est, in uesica subito uenam frangi, ut in renibus fit; quia in uesica sanguis per uenas non percolatur, sed solum tantum sibi accipiunt, quantum pro nutrienda uesica satis est. Adde, quod uenæ uesicæ non sunt tectæ carne, ut illæ renum, quæ plenæ & compressæ à carne dirumpuntur, uel earum ora aperiuntur.

Quod legitur, Quemadmodum in renibus est impossibile. Hic desunt duo uerba: legi enim debet, quemadmodum in renibus consueuit accidere, est impossibile. nam Græce habetur *ὡς αὐτὸ νεφεδῶν ἰσθμῶν συμβαίνει*.

Quod etiam legitur, Quantum ipsi sufficiens contribuitur, hic deest una particula, scilicet *ἐς προσῶν*. Hoc igitur modo legatur, quantum ipsi sufficiens ad nutrimentum contribuitur. Nam Græcus contextus ita habet, *μόνον δὲ ὅσον ἐς προσῶν ἀναρῶν αὐτῶν χερύσσει*. i. Sed solum tantum, quantum ipsi ad nutrimentum sufficiens contribuitur.

Quod etiam legitur, Nudæ, aut instabiles. Græce habetur *γυμνὰ πῶν καὶ ἀσθαινοί*. id est, Nudæ & sine firmamento. Quidam interpretati sunt, inuestes: sed aptius est, sine firmamento, interpretari.

Quod etiam legitur, Quarum ora aperiuntur, & quæ aliquando dirumpuntur. Græce habetur, *καὶ ὡς ἀνατόμοις καὶ ῥήξιν*. id est secundum quas ora aperiuntur & franguntur.

SECUNDO Galenus inter uenæ diruptionem, & oris uenæ apertionem differentiam ponit, quoniam cum ora aperiuntur, sanguis uniuersim non effunditur, præsertim quædo est parua apertio, & tenuiter percolatur. ideo urina tota non sanguinea, sed subsanguinea efficitur.

TERTIO dubium remouet: si quis de uesica dubitet ex qua quandoque profluit sanguis. ideo non semper à renibus. Respondet, omnino sanguinem à uesica quædoque profluere, sed ex exesione fit, & non subito, & signa ulceris antecedunt, scilicet loci dolor, pus, & plerumque quædam ueluti uesicæ frustula.

Quod legitur, Et ipsius corporis uesicæ quædam ueluti frustula. Græce habetur, *καὶ πῶν πολλὰς αὐτῶ τῶ σώματι*. *ἢ λυσιώσ οἶον πρὸς θρύμματι*. id est, Et sæpe ipsius corporis uesicæ quædam ueluti frustula, ut uidere possis in Leonicieni interpretatione deesse hanc particulam sæpe.

Denique Galenus infert, exponendum esse Sponte, pro Repente, & non Sine causa manifesta: quamuis & sine causa manifesta sanguis ex renibus exeat, quando uas ob multitudinem rumpitur. tamen quandoque fit ob causam manifestam, ut ob uehementem saltum, ob casum ex alto, uel ob fortem percussionem.

QVibus in urinis harenosa subsistunt, his vesica laborat calculo.

BRASAVOLVS

VESICA calculo laborat, quando in urinis arenæ subsistunt, nempe ex eadem materia arenæ & lapides generantur: propterea quum arenæ apparuerint, lapidem in vesica esse iudicato: hoc intelligentes ut deinde exponemus.

ὁμοιοσιμὴ ἐν τοῖσιμ ὕρσοισιμ ψαμμώδεα ὑΰσια του. idest, Quibus in urinis harenosa subsistunt.] Ac si dicat, qui urinas habent, quarum hypostases arenarum plenæ sint.

Τρῶτισιμ ἢ λῦσιμ λιθία. idest, His vesica calculo laborat.] Galenus hūc Aphorismum integrum non esse putat, sed partem illi deesse, quæ uel à primo librario fuerit omiſſa, uel eam Hippocrates neglexerit, quia uerum non est, si arenulæ exeant, quod uesicæ lapis significetur. quoniam & renum lapis significari potest. nam ex utriusq; lapidibus arenulæ exeunt. Adde & hoc aliud, Arenulas plerunq; exire, etiam si non adsit, lapis in uesica, uel renibus. Nos contextum quēdam legimus hoc modo habentem, *ὁμοιοσιμ ἢ λῦσιμ λιθία, τρῶτισιμ ἐν τοῖσιμ ὕρσοισιμ ψαμμώδεα ὑΰσια του,* idest, Quibus uesica calculo laborat, ijs in urinis harenosa subsistunt. hicq; sensus uerissimus est & plenus non autem decurtatus, & mutilus. Galenus uero hanc lectionem nunquam incidit. nam si incidisset, eam approbasset: quoniam qui in uesica calculum habent, arenulas semper cum urina emittunt, quæ ab eadem materia fiunt, ex qua calculus confectus est. imò quandoq; à calculo deciduntur, unde & Philotheus edocere uolens. quomodo arenularum secretio fiat, inquit, *ὅτι τὸ ἀκρὸν τῆς οὐρῆς τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ λίθου,* idest, propterea quod pars aliqua à lapide frangitur. tamen & lapis ex plurimum arenularum collectione fieri plerunq; conſueuit. & Hippocrates in libro De puerorum calculo, inquit ex arenis fieri, sedimento uti glutine, copulante. dicitq; quandoq; arenosa mingere: ac si innuere uideatur, Quorum uesica calculo laborat, in urinis arenosa subsident. nō tamē si arenosa fuerint, quod uesicæ calculus adsit. Celsus etiam qui ante Galenum scripsit, & qui septimo capite secundi libri multos aphorismos ex his refert, calculosi indicia edocere uolens, inter alia dicit, Eadem scilicet urina arenosa est: ac si dicat, Quum calculi uesicæ insunt, arenæ apparent: tamen per oppositū non diceret, Si arenæ appareant, calculos uesicæ inesse oportere. At lapides in omni ferè corporis parte ortum habent: in capite inquam, in uentriculo, in liene, in iecore, in pectore, in iuncturis. Et nos uidimus uerum gypſum iuncturas exire, quod in tanta copia abundabat, ut quidam experiri uoluerit, an gypsi officio fungeretur: nam omnes gypsi qualitates, quæ sensu presentantur, habebat. Collegimus ferè huius gypsi unciam, & in puluerem redeimus, postea addita aqua subegimus, & lapidem delinentes, parietiq; applicantes lapidem tenacissime substinebat, ut etiam uerum gypſum in hac proprietate excederet. Hippocrates de lapide in utero mulieris, in libro De humoribus agit: quamuis Galenus in sexto De locis affectis libro, capite secundo referat, quosdam dixisse lapidem ex ano exisse, quod dicit se nec audisse, nec uidisse. Tamen nos uidimus mulierem Gallam hic Ferrariæ, quæ lapides quinq; ex ano egressit, quos malleo ferreo contundens in puluerem redigebam, ac si essent percocti lateres, tamē parui erant: nam & colore & magnitudine & figura mespilorum seminibus assimilabantur. Præterea & Galenus prope finem quarti libri De locis affectis, inquit, Quidam expuit grandines. recentes dicunt, lapides. Si hoc sit uerum, nihil impedit aliū quem per tracheam arteriam uermem transeuntem per pulmonem expuere. In hæc uerba prorupi, quoniam heri uir quidam extuffiens, simul cum excreatu uermiculum expuit in medio excreatus, adeo compactum, ut à nulla alia parte prodire poterit, quam ab ea, à qua prodijt excreatus. Sed ad rem nostram redeunt, sunt potissimum ex pituitosa materia illa, quæ est tanquam basis & fundamentū lapidis, tanquam materia: agens uero est naturalis calor. Tamen à Philotheo dicitur, *ἰσίου δὲ, ὅτι ὁ λίθος ποιητικὸς μὲν ἀπὸ τῆς ἕλης, θερμασίαν παρὰ φύσιν, ὑλικὸς δὲ πᾶσι χυμοῖσιν.* idest, Sciendum autem quod lapis agentem quidem causam habet caliditatē præter naturam, materialem uero crassitiam materia. In duobus uero potissimum locis generantur, in uesica, & in renibus. Propterea

pterea & idem Philotheus dicit, *λίθοι ἢ ἐν τοῖς νεφροῖς γίνονται, ἢ ἐν τῇ κύσσει*, idest: lapis uel in renibus fit, uel in uesica. Differunt uero lapides in his partibus generati, in quātitate, & qualitate: in quantitate aliqui posuere, in numero, & magnitudine: in magnitudine, quia uesicæ lapides longe maiores sunt, quā renum lapides: in numero, quia plures lapides in renibus, quā in uesica generant. At si hi intelligant plures lapides in renibus fieri successiue, quia nonnulli sunt, qui singulis mensibus pariunt, uerum dicunt, & eos approbamus. Sed si intelligāt eodem tempore, absurde loquunt. Vidimus etenim dñm Petrum Argētam, ex renibus plus q̄ quadraginta calculos emisisse. & lanium quendam, qui in uesica plus q̄ quadraginta habebat. Iulium præterea nos excellentissimū Albertum Sauonarolam, D. Hieronymi Sauonarolæ fratrem, post obitū aperiri (ita enim placuit illustribus Alphōso duci Ferrariæ) hic doctis. uir Albertus & sanctis, in uesica decē lapides habebat magnitudine ouī colūbæ, imō & maiores, qui eandē præcisē formā seruant, ac si arte facti fuissent: omniū pondus est sex uncia & semis: quisq; lapis semī uncia pōdus excedit. Nos seruamus hos lapides auro colligatos, tanq̄ perpetuū monumentū, & illius uiri, & ipsorum lapidum, qui eadem præcisē forma in tantam multitudinē creuerint, & unus solus lapis effectus non sit. At de his satis. In qualitate uero differunt, quia uesicæ lapides ut plurimum albi sunt, uel cineritij. Addidimus ut plurimum, quia & rubros quandoq; uidimus, uel subrubros, sed conformati erant, non ex materia quæ prius in uesica tenella, in lapidem uersa esset. At ex lapidibus & arenulis à renibus in uesicam descendētibus, deinde in lapidem conformatis, ex pituita glutinosa existente, quæ simul illos renum calculos agglutinet. Sed calculi qui à renibus profluunt, semper sunt subrubri, uel ruffi. horum causa est, cum quia renum color est talis, & renum caliditas intensior: tum quia materia ad renes defluens nōdum est à sanguine depurata. At uesicæ lapides sunt albi, uel cineritij (nisi ex renum calculis conformentur) cum quia materia, quæ ad uesicam profluit, sanguine & bile magis depurata est: tum quia uesicæ color albus est, & eiusdem calor multo minor est quā renum calor. Eadem est arenularum uesicæ differentia & renum: quia uesicæ arenulæ sunt albæ, renum uero rubræ. Tamen alia est lapidis uesicæ differentia à lapide renum, in duritie, & mollitie, in asperitate, & lenitate, quia uesicæ lapis durior est, quā lapis renum. Imō hi decem lapides excellentissimi Alberti Sauonarolæ si in terrā proiciantur, ueluti trigonalis pila profiliunt. Adde quod uesicæ lapis est magis asper, quā renum lapis: nam renum cavitates est adeo parua, ut in transitu leuigentur, sed hoc magno ægri dolore. cavitates autem uesicæ spatiosa permittit, ut acumina in lapide fieri possint, ex qua cavitatis amplitudine rationem reddit Philotheus cur Hippocrates in hoc aphorismo de lapide uesicæ mentionem fecerit, & non de lapide renum, inquitens, *ἐπειδὴ γὰρ ὡς ὑδὴ πολὺ ἐν τῇ κύσσει γίνονται οἱ λίθοι, οὕτως δὲ ἀξίολογόν ἔχειν κριλότητα τῶν κύσσει, οὕτως ἴσθη τὰ αὐτοῦς μόνως ἐμνύσθη ἔχει δὲ καὶ τὴν νεφροῦ.* i. quoniam uero ut plurimum in uesica lapides fiunt: propterea q̄ uesica cōpetentem habet cavitatē: propter hoc, huius solius mentionē fecit, non autē & renum. Scito autē nonnullos recētes esse, qui ubi apud aliquē antiquū authorē inueniunt hoc nomen *λίθιας*, uel aliud simile, semp̄ interpretandū uolunt tophus. est uero tophus, genus illud lapidis spongiosum in montibus nascens, quod nos uulgo *tuffo* nūcupamus. At in uesica non semper sunt tophi, qui sunt friabiles: sed plerūq; marmorei calculi in ipsa generantur, & adeo duri, ut lapides marmoreos duritie æquent, & ideo semper tophi non sunt, quoniā plerūq; ad marmoris duritiē ueniunt. Recentes in hoc loco dubitāt, cur in pueris uesicæ lapides potius gignant, in senibus renum: cum tamen calidiores sint puerorū renes, q̄ seniorū: ideo potius in pueris renum lapides generari oporteret. Respondent, in pueris uim expultricē renum fortem esse, & humores respectu renum esse tenues, ideo ad uesicam expelluntur, quæ cum sit exanguis & frigida, superfluitates resoluere non potest, & attenuare. At in pueris superfluitates exuberant, quia tenues sunt: in senibus autem, renum uirtus est defecta, & humores sunt crassi: propterea ad uesicam non expelluntur, sed in renibus ad lapidem conuertuntur. Hæc est recentiorum dissolutio.

Nos uero pro exquisitori huius ambiguitatis solutione id annotare decreuimus, in ipsa ambiguitate duo peti. Vnum est, lapides in pueris frequenter generari. At quom hoc nomen Puer, à principio ortus usque in magnum ætatis progressum signi-

ficare uideatur, ideo quærere possemus in qua ætate quo ad numerum annorum, hi calculi fiant. Hippocrates in tertio Aphorismorū libro, aphorismo uigefimo sexto, respondit, calculos fieri quā magis adoleuerint: in aphorismo uigefimo quarto, de nuper natis puerulis sermonē habuerat: in uigefimo quinto, de his qui dentire incipiunt: in uigefimo sexto, ubi calculos generari scribit, de his uerba facit, qui magis adoleuerint. Galenus exponit tempus à dentitione usq; ad pubertatem, idest usq; ad duodecimum uel decimū tertium annum: in hoc tempore pueris calculi fiunt. Fiunt autem calculi secundum Galenum hic, in hac ætate, quia ob edacitatem multi crudi humores coaceruantur, ex quibus crassior pars una cum urinis ad uescicam perueniens, materia generationis lapidum fit. Et hæc est ratio, quam assignant recentes, ex Galeno sumpta. Tamen Hippocrates in pueris lapidum causam esse refert lac, ubi in libro De calculo puerorum, dicit, Calculi quidem principium de lacte non puro uenit, quum puer lac non purum haurit: lac autem non purum fit, quum nutrix pituitosa, non puraq; comedit, & potat. Vnde Hippocrates ex lacte in pueris lapides generari tradidit. Propterea & nos secundum Hippocratis sententiam, in pueris multos lapides generari dicemus, uel quia exugunt lac, uel de recenti exuxere. Alia dubitatio est, cur magis in uescica, quàm in renibus oriuntur. Respondemus, calorem renum in pueris esse quidem maiorem, quàm in senibus: sed est calor adeo humidus in illa ætate, ut non sit multū potens exiccare. propterea in renibus lapides non fiunt: sed urina adueniēte, hos humores in uescicam ducit, quæ calida est calore magis sicco, & ideo hi humores cōdensantur in uescica, & fiunt lapides. In senibus uero oppositum contingit, quia habent renum calorem magis siccum, q̄ pueri: propterea in renibus lapides in hac ætate generantur. In senibus autem multi humores crudi coaceruantur, non quidem ob edacitatem, ut in pueris contingit, sed ob potentia concoquentis imbecillitatem, ut præcitato loco Galenus dicit. Sed posteaq; de lapide sermo incidit, hoc lectores admonere decreuimus: in nostra hac alma patria Ferraria nō est peculiaris morbus *lithiæsis*, idest calculus: & in experientia contrariū uidetur, q̄ uel ab Hippocrate, uel Galeno dictum sit: plures enim senes Ferrariæ uescicæ calculo laborant, q̄ pueri: nosq; duas potissimum calculorum causas in nostra patria assignamus, uinum & lac, quæ sunt calculorum principia: in pueris ex lacte initium habent, ut Hippocrates in libro De puerorum calculo docuit: in uiris, ex uino. Nos experientia uidemus in Piceno, ubi sunt crassiuscula uina atq; potentia, multos lapides generari. Ferrariæ autē citra annos centum, mirum erat calculosum hominem uidere, quia nostra Ferrariensis uina aquosa erant: nunc, quia potentiora & ualidiora effecta sunt, nonnulli lapides gignunt. In pueris ex hac causa fieri non possunt, quia nondum adeo potarunt, ut materiarum lapidem facientium copia acruata sit: sed bene à lacte initium habent. propterea nos propositionem illam tanquā ueram apud Ferrariēses non recipimus, quod in senibus lapides renum magis generentur: in pueris uescicæ lapides. nam quantū sit de lapidibus uescicæ, absurdum est. Etenim in senibus in primis & secundis ut plurimū fiunt, & etiam renum lapides habent. In nostris autē pueris lapides renum habere, adeo rarum est, ut alba cornix, uescicæ uero lapidem quandoq; habent. Recentes præterea dubitant, quare in puellis nec renum lapides, nec uescicæ generentur, uel non adeo frequēter ut in maribus. Facile est hoc dubiū purgare: nam latitudo meatuū in causa est, ut puellis rarius lapides contingant, quāuis nonnunq; lapides gignant. Adde, menstrua quæ habent, ad expurgationem multum conferre. Alias etiam ambiguitates recentiores fecerunt, quas in præsentiarum omittre decreuimus, quoniam ab ipsis integre pertractantur. Id uero solum addemus, quia ipsi dubitant quare urina ex qua fit sal, corpus ad lapidem renum præparatum significet. Respondent, ob hanc urinam in renibus intensam caliditatem esse, significari, quæ materias apta est attrahere, & ipsas in cinerem uertere. Nos autem petimus, quid intelligant per urinam ex qua fit sal: an urinam, quæ possit in salem condensari: etenim si hanc intelligant, decipiuntur: quia omnis urina in salem condensari potest, ut ex Chymistarum experientijs uidere licet. Nos ex urina centum ferè puerorum, qui sub uno præceptore grammatico militabant, salem decies conformari uidimus. Propterea nos intelligimus urinam, quæ in matula fundo materiam quandam albam habeat, & quæ adeo inhæreat, ut sal esse uideatur. Si hanc intellexerint, nos porius dicimus

dicimus, ad uesicæ lapidem hunc præparatum esse. unde opus est per salem rubras arenas intelligere: aliter dictum illud absurdum esset quod ex Aueroe referunt, urinam, ex qua fit sal, lapidem renum significare. Nunc ad aphorismi intellectionem redeunt, dicimus, uel ipsum exponendum esse ut superius feceramus, per contextum alterum Græcum præadductum, uel Hippocrates unum solum lapidis uesicæ signum posuit, ut hinc eius intellectus sit, quibus in urinis arenae subsistunt, alijs etiam additis signis (per arenae uero alba arenae intellige) ijs uesica laborat calculo: ut hoc solum non ponamus uesicæ lapidem significare, sed cum alijs signis, quæ ab Hippocrate in libro De puero cum calculo digesta sunt. Vel dicamus, Hippocratis sensum esse, ubi præter consuetudinem hæc arenae appareant, lapidem in uesica significari: si arenae sint alba, uel subcineritia, ut præcise est arenae & fabuli color.

GALENVS

NON omnino uesica laborat, sed contingit & renes, quare manifeste errat aphorismus, siue quia Hippocrates ipse dimidiam partem sermonis neglexerit, siue quia primus librarius omiserit. Siue enim in renibus, siue in uesica calculi generentur, una cum urinis exeunt arenae,

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, esse in aphorismo manifestum errorem, quia cum apparent in urinis arenae, renes etiam possunt esse calculosi.

Quod legitur, Non omnino uesica laborat, id uerbum, laborat, in Græco codice non adest. Etenim Græcus contextus ita dicit, *ὁ πάντως ἢ λύσις, ἢ τὸ σπυρίδιον καὶ νεφροῦς.* idest, Non omnino uesica, sed contingit & renes.

SECUNDO, Hippocratem excusare nititur, uel quia ipse sermonis dimidium neglexerit, uel quia primus librarius omiserit, ille scilicet qui librum scripsit. nam uel calculi sint in renibus, uel in uesica, arenae una cum urinis exeunt.

APHORISMVS LXXX

SI sanguinem mingant, aut grumos, uel stillicidium urinæ habeant, & dolor in sinum incidat uentrem, & pectinem, & foemen, circa uesicam labor est.

BRASAVOLVS

TV STATIM circa uesicam laborem esse iudicare debes, si quis sanguinem mingant, & grumos, qui uel sanguinei sint, uel pituitosi: sed sanguinei, quia sanguinem mingant, habeantque urinæ stillicidium, & dolor sit in imo uentre, & pectine, & femoribus. Hæc enim omnia circa uesicam, & non solum in uesica affectione esse significant. nam symptomata ista fieri non possunt, nisi patiente uesica, uel aliquo propinquo, ut sunt renes, uel meatus.

ἢν αἷμα ἰσχύει. idest, Si sanguinem mingant. Qui sit scilicet sanguis non coagulatus, neque compactus, sed liquidus, ut est quando cum aquositate illa commixtus est, quæ ipsum per omnes nostri corporis uenas ducit.

ἢ θρόμβος. idest, Et grumos. Scilicet sanguineos adeo, ut non solum sit liquidus sanguis, sed etiam coagulati sanguinis partes mingant. Leoniceus disiunctum interpretatur, cum tamen sit copulatum, nam dicit *καὶ*. Philotheus de grumis hæc dicit, *θρόμβος ἐστὶν αἷματος γίνεσθαι, τὸ αἷματος ἐκτὸς τῆς ἀγγείου γεγονότος, ἢ πηρυσμὸς τῆς ψύξης.* idest, Fiant uero sanguinei grumi, sanguinei extra uasa fluente, & frigiditate condensato.

ἢ σπυρίδιον ἔχει. Et stillicidium urinæ habuerit. Fit uero urinæ stillicidium multis de causis, ut hic Orbasius dicit: uel ex debilitate uirtutis expultricis, uel ex tumore meatuum, uel ex obstructiōe crassæ materiæ, uel ex frigore, uel ex grumis. In proposito huius aphorismi fit ex grumis, & ideo inquit, ab Hippocrate in hoc aphorismo ostendi quomodo morbus morbum generet: quia sanguis exiens grumos facit, grumi faciunt stillicidium urinæ. Sanguis uero duobus modis erumpere potest, uel ob abundantiam, uel ob uenæ exasperationem. nunc ob uenæ exasperationem erumpit, ideo paulatim erumpens grumos facit. Hæcque pars & ipsa copulatiue legitur, & non disiunctim, ut Leoniceus facit. Tamen tu dubitare poteris, potius legendum esse per disiunctionem, quia unumquodque per se, partes
circa

circa uesicam laborare, ostendere potest. Respondemus, si hanc rem dialectice tractare uoluimus, imò & recentiorum dialecticam insequentem dicemus, à dialecticis copulationem propositionem nuncupari, quoties inter duas propositiones copula ponitur: ut, Socrates est homo, & Socrates est animal. Si uero copula inter terminos sit, copulatū ab eisdem recentibus dicitur, ut Socrates & Plato & Ioannes currunt. Copulatū distinguunt in copulatum collectiuum, & copulatum diuisiuum. Collectiuum uocant, quando illi termini seorsum distingui non possunt, & simul cum uerbo in singulari propositiones inferre non possunt, nec licet à toto copulato ad unam eius partem consequentiam inferre: ut si dixerimus, Socrates & Plato & Ioannes ducunt currum. Inferre non licet, ergo Socrates currum ducit, uel ergo Plato currum ducit, quia unusquisque per se ducere non potest, sed omnes simul ducunt. Dicitur uero copulatum diuisiuum, quando ex omnibus copulati partibus propositiones fieri possunt cum uerbo in singulari numero, & unaquæque copulati pars in bona consequentia inferri potest, ut Socrates & Plato ambulant: inferre licet, ergo Socrates ambulat, uel ergo Plato ambulat. In copulato collectiuo semper opus est partes omnes simul uerificari, sed in copulato diuisiuo unaquæque pars per se uerificari potest. Ad rem igitur redeūtes, & si Hippocrates omnes particulas per copulationem posuerit: tamen est copulatum diuisiuum, in quo quilibet pars de se uerificari potest. Ideo uel mingat sanguinem uel grumos uel stillicidium urinae patiat, semper circa uesicam morbum esse significatur. At Philotheus quomodo urinae stillicidium fiat, edocet inquit, ἢ σπαραγγεῖα δὲ γίνεται κατ' ἐμφραξιν τοῦ τραχήλου τῆς κύστεως ἢ ἀλιδου, ἢ φλεγμονῶν, ἢ ὄξυ τῶν αἰσθητῶν ὀργάνων. idest, stillicidium uero urinae fit per colla uesicae obstructionem, ob lapidem uel inflammationem, uel ob ipsum grumum.

Ὁ δὲ κύστης ἐμπιπῆ δὲ τὸ ὑστέραςεῖον. i. & dolor in imum incidat uentrem.] Totus uenter in ὑστέραςεῖον & ὑστέραςεῖον, ab antiquioribus partitur. ὑστέραςεῖον, est uentris pars supra umbilicum, ὑστέραςεῖον pars uentris sub umbilico, à Latinis imus uenter nuncupatur.

καὶ τῶν πεπτινῶν, idest & pectinem.] Nam qui circa uesicam laborant, hi dolores circa pectinem sentiunt. Vbi enim circa dorsum uertebrae defununt, os sacrum uocatur, quod partes etiam anteriores occupat, & tunc pectem appellatur. Vnde pubes, est pars superior: pectem, est ipsum os quod pubi subiacet.

καὶ τῶν περιναίων.] Ita habet antiquus noster contextus, & ita in suo Leoniceus habuit, & ante ipsum Theodorus. Tamen Aldinus contextus legit, περιναίων. Recentes uero omnes, quia in suis contextibus peritonaeum habebant, mira hic dixere, tamen ab ipsa ueritate coacti, per peritonaeum, partem illam quae inter anum & testes interiact, exposuere. Nos legendum putamus, περιναίων. Est uero perinaeum (ut Aetius libro undecimo, capite uigesimo septimo, docet) pars inter anum & testes, quae illi incidunt, qui è uesica lapides extrahere tentant. In nostro antiquo cōtextu ita definitur, περιναίων δὲ τὸ μετὰ τὸν ἰσθμὸν καὶ τὸ ἀπὸ τῆς τῆς. idest, perinaeum est inter podicem & penem locus. Theodorus & Leoniceus hanc particulam interpretantur femur. Galenus libro tertio De usu partium, femur coxam significare dicit, ita & foemen. Sed differre uidetur, quia femora sunt exteriores partes, foemina interiores: femora anteriores, foemina posteriores. Si circa coxas doluerit, circa uesicam dolorem esse significatur.

τὰ περὶ τὸν κύστης ποιεῖ. i. Circa uesicam labor est.] Intellige autem, ut Galenus fecit, qui non intelligit ipsam solam uesicam laborare, sed circa uesicam, idest uel in ipsa, uel in partibus propinquis labor est. Et ideo Philotheus per hanc particulam Circa uesicam, dicit communiter intelligere oportere, τὰ κύστης ὄργανα, idest organa urinaria. Fieri enim potest, ut in renibus sit labor, uel in meatibus à renibus ad uesicam proficiscentibus, uel in pene, uel in ipsa uesica. Propterea ab Hippocrate dictum est, circa uesicam, & non in sola uesica, ut alias etiam partes cōplecteretur. Celsus uero capite septimo secundi libri, intelligit in uesica: & praeterea omnes partes non enumerat. Etenim imum uentrem, pectinem & foemen praeterit. sed omnes has particulas uno uerbo cōplectitur, inquit, Si sanguis per hanc (scilicet uesicam) æditur, & in eo quaedam cruenta cōcreta sunt, id est ipsum cum difficultate reddit, & circa pubem inferiores partes dolent, in eadem uesica uitium est. Cur uero dolor in omnibus praedictis locis inferatur, ab Orbasio causa assignatur, quia grumi illi sanguinei in seminalibus uasis continetur, & in uesicae ceruice:

idco

ideo in omnibus prædictis locis dolor fit. Nos uero causam esse dicimus, continuitatis solutionem, quæ in illis partibus est. At affectæ partes hoc modo distinguuntur: si in femore dolor sit, & ad renes usq; ascendat, in renibus nocementum est; si in imo uentre, est nocementum in ureteris: si in pectine sit dolor, est nocementum in uesica: tamen quælibet pars ex his affecta, facit ut in his locis dolores per compassionem quodammodo sentiantur: experientia docet, eos qui in uesica lapidem habent, ad pedes usq; ueuari.

GALENVS

DVOBVS modis finis scribitur aphorismi, in quibusdam exëplaribus Labor est: in quibusdam Morbus est: & fere in hoc nihil inuicem scripturæ differunt. Communiter autem ambæ errant, si quis intelligat circa uesicam ab Hippocrate dici, quasi ipsam uesicam laborare dixisset. Nam hi quos memorat casus cõmunes sunt omnibus quæ urinæ seruiunt instrumentis, uesicæ, renibus, urinarijs meatibus. Melius itaq; hoc modo, quæ circa uesicam, accipere, non tanquam sola uesica significetur, sed & partes quæ illi annectuntur. Adhuc autem magis, ut ita accipiamus, hortabitur sequens aphorismus, in quo non quæ circa uesicam ægrotare dicit, sed ipsius uesicæ esse exulcerationem, cum non idem sit pati aliquid ipsam uesicam, enunciare, uel quæ circa uesicam.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus notat aphorismi finem dupliciter legi, & *πνεύς*, id est labor est, & *νόσος*, id est morbus est. At nihil differunt propter hoc scripturæ, & in idē significatū uergunt.

SECUNDO docet, quomodocunq; legatur, uel *πνεύς*, uel *νόσος*, nisi bene intellexerimus, in aphorismo mendacium esse. nam si intelligamus circa uesicam, id est ipsam uesicam solam, falsus est Aphorismus; quia casus quos refert, & in renibus, & in uasis urinarijs patientibus insunt.

TERTIO exponit, quid intelligendum sit per hanc particulam Circa uesicam, id inquam intelligendum est, id est partes quæ uesicæ *συνεζυγισθίως* coniunguntur. Quod autem ita uelit, per sequentem aphorismum probari potest, in quo passionem soli uesicæ prouenientem ponit, quando illa signa adsunt. Et tunc non dicet, Circa uesicam: sed dicit, Uesicæ exulcerationem significat. Et ideo ex hoc colligi potest, quod dicens, Circa uesicam: uesicam ipsam, & partes adiacentes: renes inquam, & uias urinarias intelligit.

Quod legitur, Quomodo non idem sit, pati aliquid ipsam uesicam enunciare, hic deest hæc particula, simpliciter solam, nam Græce habetur, *ὡς οὐ τῶν αὐτῶν ἢ αὐτῶν πλὴν ἐν τῇ ἐπιπέδῳ* *ἐπιπέδῳ τῆς φάρυγγος*, id est, tanquã non idem sit pati aliquid ipsam uesicam simpliciter solã enunciare. Tamen noster antiquus contextus simpliciter legit, ut Leonicensis interpretatus est, & non habet particulam *ἐπιπέδῳ*, quæ in contextu Aldino scripta est.

APHORISMVS LXXXI

Si sanguinem aut pus minxerit, aut squamulas, & grauis odor adsit, uesicæ exulcerationem significat.

BRASAVOLVS

NUNC solius uesicæ passionem edocet, Si quis, inquit, sanguinem uel pus minxerit, & præter id squamulæ appareant, & urina male oleat, in huius uesicæ exulceratione esse iudicato: quoniã hæc omnia sunt exulceratæ uesicæ symptomata. Philotheus uero ita introducit, *τρία πινὰ ἡμῶν παραδίδωσι ὁ παρῶν ἀφορισμὸς, τίπτεν περιπνοῦσα, διαδεδιγῆς καὶ γαυρῆσαι τῷ περιπνοῦσθαι*. id est, tria quædam nobis præbet præfens aphorismus, locum patientem, affectionem, & malam habitudinem patientis loci.

ἢ ἕμα καὶ πύον ἔρῃς. id est, Si sanguinem & pus minxerit. Alij contextus habent, Vel pus. & ita in suis Theodoros & Leonicensis habebant. Sed noster antiquus, & Aldinus habent, καὶ. Tu uero per sanguinem quodcunq; genus intellige, uel crassum, uel tenue sit: & per pus, uerum pus. Sed & si sanguis exeat, uel pus, non est necessarium uesicæ exulcerationem significari: quia exulceratio in renibus esse posset, & in meatibus urinarijs, propter quam exiret sanguis uel pus, ideo hoc non est certum exulcerationis uesicæ signum. Propterea addit,

Καὶ

καὶ λεπίδας. idest, Et squamas.] Quia squamæ scabiæ uesticæ signum indubitatum existunt, & proculdubio à uestica proueniunt: unde quum sanguis uel pus exiuerint, & squamæ aduerint, exulcerationem in uestica esse uere notatur: tamē aliquis simul & scabiem uesticæ, & renum exulcerationem habere posset, & tunc profuissent sanguis, pus, & squamæ: & etiam à gibba iecore parte, aut à uenis prodire posset. At si ab his proueniret, non esset naturalis urina: tu uero intellige urinam esse naturalem, & pro temperie huius uirii, mediocrem: ideo hæc non poterunt à uenis uel à iecore prodire, pus scilicet & sanguis. Tuq; Hippocratem obseruato, qui & hic & in aphorismo septuagesimo septimo diuersis dictionibus utitur: nam hic dicit λεπίδας, idest squamas: superius uero dicebat πιτυρόδρα, idest fufurea. & Galenus in sexto De locis affectis libro, περιλώδη idest in similitudinem & formam foliorum hæc eadem esse dixit. Hæc omnia à uestica prodeunt, & ab eadē causa, sed aliqua sunt magis lata, aliqua minus. Philotheus de squamis sanguine & pure exeuntibus, ita differit. ὅσα γὰρ τὸ εἶπερ, λεπίδας ἢ οὐ λεπίδας, καὶ μάλιστα τὴν λύσιν περιποδίζονται. ὅσα δὲ τὸ εἶπερ, αἷμα καὶ πύον, λύσιν συνειχίας. ἀδωία τοῦ γὰρ τὸ πύον ἀρροδίαι ἀνδρῶν ἔλκευς. idest, ob id enim quod dicit squamas uel squamosas, uesticam pati significat: ob hoc autem quod dicit, sanguis & pus, solutionē continuitatis, impossibile enim est absque exulceratione pus mingere.

καὶ ὀσμὴ βαρεία ἢ. idest, Et grauis odor adlit.] Et hoc est proprium etiam uesticæ: nam & si aliarum partium pus oleat, uesticæ pus teterrime foetet, quia magna superfluitatum copia ad uesticam percurrit: in qua si adlit ulcus, ibi firmantur: & quia imbecillis est, propterea materiæ illæ magis putrescunt, & grauior atq; molestior dolor infertur, quam in alijs partibus. Celsus capite sexto secundi libri urinam grauius olentem apprime taxat. Philotheus de hoc graui odore hæc dicit, ὅσα δὲ τὸ εἶπερ, ὀσμὴ βαρεία ἢ τοῖς δυσώδῃ, τὴν κακὴν ἴθειαν. τὸ δυσώδῃ γὰρ σημαίνει σπιγδόν, ὄδῃ, ἢ σπιγδόν δὲ κακοῖς θείαις ὑδαίνονται. idest ob id autem quod dicit, grauis odor adlit, malum habitum, foetidum scilicet significat. Foetor enim signum corruptionis est. Corruptio uero malum habitū ostendit. Post hæc à Philotheo hoc annotatur, ἰσίου δὲ, ὅτι ὅσα τὸ εἶπερ, ὀσμὴ βαρεία, ἀπεκρῶσται ὁδὸν λέντας ἀφ' ἡπατος ἢ τῆν ἀσπινδυσιδιον ἐρχόμενα τὰ λεπίδαση. ἕκαστα γὰρ λέει ὀσμὴν ἔχουσα, ὀσμὴν καὶ πύον παρὰ δὲ τὴν ἀσπινδυσιδιον ἀρροδίαισι. idest, Scindendum autem quòd ob hanc partium culam qua dixit, grauis odor, illos propulsauit, qui dicunt, à iecore, uel à spiritualibus partibus squamola prouenire. illa enim & si odorem habuerint, à longo transitu foetorem relinquunt.

τὴν λύσιν ἔλκευσι σημαίνει. idest, Vescicæ exulcerationem significat.] Modo hæc duo ultima semper adsint, grauis odor & squamæ: de pure & sanguine, copulatiue legi potest, & disiunctiue: quomodo cūq; legat, nihil refert: semper enim uerus est aphorismus.

GALENVS

SANGVINEM quidem & pus, ubi quis minxerit omnium instrumentorum quæ Surinæ obseruiunt sunt signa cōmunia. Odor autem grauis hoc est molestus, adhuc autem magis & squamulæ sunt propria uesticæ. In pluribus igitur exemplaribus, Si sanguinem & pus minxerit, scriptum inuenitur. In quibusdam uero, Si sanguinem uel pus minxerit. Ostendet autem hæc scriptura secunda coniunctionem. Aut, esse obdistingui uam, quasi utrumlibet horum quæ dicta sunt, significet ulcerationem: altera uero uult ambo assidere, uel simul inuicem, uel alternatim.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, mingere sanguinem, & pus, non esse uesticæ propriū, imò omnibus instrumētis conuenit, quæ urinae deseruiunt, & sunt cōmunia signa omnibus.

SECUNDO docet, habere odorem grauem, & habere squamulas, esse propria uesticæ signa, nam quæ ex uestica prodeunt, grauissime & teterrime olent: imò & à nullo alio membro possunt exire squamæ, quàm à uestica: & quamuis à uenis prodire possent: id tamen fieri non contingit, nisi cum urina tenui. Quæ uero à uestica exeunt, cum urina mediocri exeunt.

Quod legitur, Hoc est molestus: Græce habetur, ὀσπρὸς ἀνοδὸς τὸ ἀνώδης. idest, Quod quidem significat molestum.

TERTIO docet, in pluribus exemplaribus copulatiue legi, Si sanguinem & pus minxerit

minxerit. In pluribus disiunctiue, Si sanguinem uel pus minxerit, sed hæc secunda scriptura, quæ disiunctiue legit, unum solum illorum satis esse annotare uidetur.

Quod legitur, Obdisiunctiuam: in nostro antiquo contextu, & in Aldino legitur *παρὰ διαδοχῆς*. Leonicens, obdisiunctiuam interpretatur: sed in antiquo nostro contextu præter dictam lectionem, alia quoque est quæ legitur, *παρὰ διαδοχῆς*.

Quod etiam legitur, Quasi utrumlibet horum quæ dicta sunt: sequi debet, Vbi adfit, significet exulcerationem, nam Græce habetur, *ὡς ἀπότορον αὐτῶν ἀπὸ τῆς εἰρημίας ἰλκωσῶς εἶναι συμῆον*.

Denique infert scripturam illam quæ copulatiue legit, utraq; affidere ostendit, uel eodem tempore simul, uel saltem successiue.

Quod legitur, Vel simul inuicem, uel alternatim. Græce est, *ἢ ἀμα ἀλλήλοις ἢ ἐναλλάξ*.

APHORISMVS LXXXII

Quibus in urinaria fistula tubercula nascuntur, his suppuratione facta & eruptione, solutio.

BRASAVOLVS

QUIBUS in pene, idest in fistula illa per quam mingimus, tuberculum præter naturam innascitur, opus est urinam occludi & impediri. At si tuberculum caput fecerit, & ad exitum peruenierit, suppuratione facta, & tuberculo disrupto, is mingere incipit, & ab ulcere, atque urinæ impedimento liberatur: ab ulcere, quia ulcera potissimum sanantur, cum ad exituram peruenierint: quamuis & Galenus in commento fateatur, quandoque etiam per resolutionem, & per insensibilem euaporationem ab urinæ impedimento sanari, quia tuberculo aperto, & erumpente sanie, urinæ exitus liber præstat. exponit hic Philotheus, quid per urinariam fistulam intelligere oporteat inquiring, *ἔρηθραν νῦν τῶν πρῶτον φλυκταίων καλεῖται*, idest uescicæ collum, fistulam urinariam nunc uocat. Celsus capite octauo secundi libri hunc aphorismum ita refert: quibus in fistula urinæ uti minuti abscessus, quos *φύματα* Græci uocant, esse cœperunt, ijs ubi pus ea parte profluxit, sanitas redditur.

ὁπόσοις ἐν τῇ ἔρηθρῃ. idest, Quibus in urinaria fistula.] Scito hoc uocabulum *ἔρηθρα*, & si à Philotheo dictum sit uescicæ collum significare in hoc loco: tamen & urinæ uiam significat, quæ est à renibus ad uescicam, & non illam solam quæ est à uescicæ per penem extra. At Galeno placet, à quo Philotheus accepit, hic uiam illam intelligendam esse quæ in pene est. tamen & uia illa quæ à renibus ad uescicam proficiscitur, si tuberculum nacta sit, urinam mittere non poterit: sed opus esset, si sanitati restitui deberet, ad exituram peruenire, tunc & tuberculum solueretur, & urinæ impedimentum remoueretur. At difficillimum est, in meatu, qui est à renibus ad uescicam, tuberculum innasci, quia membrum est cartilagineum, non carnosum, quamuis in capitibus fieri posset. propterea Galenus bene iudicat, nihil aliud intelligi posse, quàm fistulam illam quæ in pene est.

φύματα φύεται. idest, Tubercula nascuntur.] Aldinus contextus habet *γίνεται*, at in sensu conueniunt. De phymate superius ubertim egimus, & tuberculum esse diximus, quod in altum eleuatur, & ad exituram cito uenit, & in adenosis partibus potissimum fit. tamen in hoc loco tale tuberculum est, quod urinarium meatum adeo obstruit, ut uirina uel exire non possit, uel ægre exeat: in hac etiam parte ob caliditatem citius ad exituram uenit, quam in alijs: unde & Oribasius dicit, Tumor qui in istis fuerit partibus, semper in abscessum conuertitur, quia locus per se calidus est: unde etiam fit, ut citius fiat sanie eruptio. & ideo ab Oribasio infertur, Non est ergo necesse calida illic præsidia adhibere: imò adde, quod & ipsa urina sua caliditate uelocem suppurationem & uelocem eruptionem procurat.

Τὸ τοιοῦτον διαπύσσωται. idest, Suppuratione facta.] scilicet quum hæc tubercula ad suppurationem peruenierint, adeo ut pus effectum sit.

Καὶ ἐκραγῆται. idest, Et eruptione.] Quoniam satis non est ad suppurationem peruenisse, nisi & tuberculum disrumpatur, & exeat pus, quod in tuberculi folliculo con-

tentum, urinam, ne exiret, impediēbat. Propterea illo erupto

λύσις. i. solutio] scilicet morbi. cuius autem morbi? & ipsorum tuberculorum, & sup-
pressionis urinæ, & suppressionis potissimum, quia urina non exibat. unde & Oriba-
sius dicit, quum autem in fistula urinaria tubercula fuerint, urina more consueto non
excernitur. Facta autē eruptione leuatur dolor. Inde igitur cognoscitur talis urinæ defe-
ctus, quod secundum suam naturā postea excernatur urina. ut hinc haberi possit, Oriba-
sius Hippocratis aphorismū legisse ac si dixerit, leuari dolorē, & dolorē pręfuisse intel-
lexerit. tamen fieri non potest suppressa urina quin dolor adsit, & etiā ratione tuberculi
ad suppurationem uenientis. Nuper illustrem Guronum Estensem curauimus, cui ob
tuberculum in meatu urinario urina suppressa erat, & adeo uesica extendebatur, ut do-
lores intensissimos pateretur, tumore uisyringæ erupto, illico cessauit dolor, & tuber-
culum ad cicatricem peruenit. Dubitat & eodemmodo Philotheus, quum ab Hippo-
crate dictum sit, λύσις, idest solutio. λύσις δὲ πνϑ; idest, cuius autem solutio? Respon-
det. ἀλλὰ τὴν ὀδύνην τὴν σπαραγγεῖαν. εἴτε γὰρ τὰ φύματα, ὀδυνοὶ γίνονται καὶ ἐμφραξις ἀπολυσι,
& ἢ σπαραγγεῖα. idest, sed doloris stillicidij urinæ: etenim propter tubercula, dolores fa-
cti sunt, & obstructio sequitur, ex qua urinæ stillicidium.

GALENVS

OB SERMONIS breuitatem nihil effatu dignum hoc haberi aphorismo suspi-
citur quispiam. Promptū enim est unicuiq; intelligere, quod in meatu urinario,
qui in pene est (hunc enim meatum fistulam urinariam nominant) si consistant tubercu-
la, & mox rumpantur, fieri solutionem. Verum si diligētius animaduertimus, maius ali-
quid ex eo ostenditur. Contingit enim urinam aliquando retineri ob tale tuberculum,
ex cuius disruptione sanitas proculdubio sequetur. Verum ex dictis quedam dubitatio
suboritur. Vtrū solum uelit hæc quæ in hoc loco sunt nata tubercula rumpi: uel sapius
quidem hoc accidere, fieri tamen posse, ut etiam dissoluantur: uel exemplum solutionis
unum hoc aliquod scripsit, disruptionem: quod uerius existit.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus notat, aliquem putare posse, nihil dignum hoc in loco ab Hippo-
crate dici. Quisque enim scit, si in penis meatu tubercula fiant, & erumpantur, solutio-
nem fieri: ideo ab Hippocrate nihil dictum uidetur, quod annotatione dignum esset.

Quod legitur, Promptum enim est unicuiq;. Græce habetur, πρόχαρον γὰρ πνθ. No-
taq; à Græcis dici εὐρύθρον, porum & meatum qui in pene est. Penem uero ἀδύνη uocant,
& plura alia nomina habent.

SECUNDO Galenus docet, aliquid maius ab Hippocrate edoceri, q̄ hoc, quod
scilicet rupto tuberculo sanitas consequatur. Id uero maius quod ab Hippocrate inten-
ditur, est hoc, Quum tuberculum in urinaria fistula adfuerit, urina impeditur, ne exire
possit. Si uero tuberculum ad exituram uenerit, hic ab Hippocrate dici non intēditur,
sanari tuberculum, quamuis & hoc uerum sit, sed quod ab illo urinæ impedimento li-
beratur, hoc est quod ab Hippocrate intenditur.

Quod legitur, Maius aliquid. Græce habetur, μείζον πνθὸς πράγματ. idest, ali-
quod negotium maius, res quedam maior.

Quod etiam legitur, Contingit enim urinam aliquando retineri ob tale tuberculum.
Græce habetur, συνδέχεται γὰρ ἰσχυρίαν δὴν τινα γινώσκου καὶ εἴτε τοῖσιν φύμα. idest, Contingit
enim ischuriam (idest urinæ suppressionem) quandoq; & ob tale tuberculum fieri.

Quod etiam legitur, Ex cuius disruptione sanitas proculdubio sequetur. Græce ha-
betur, καὶ μὲν τοὶ καὶ ὡς τὸ φύμα εἶναι ἕκαστου τῆν ἰσχυρίαν, ὀδυνοῦ. idest, Et certe diu-
pto hoc tuberculo, ischuriæ (idest suppressionis urinæ) sanitas sequetur.

TERTIO Galenus dubium quoddam mouet, an Hippocrates putet, quod omnia
tubercula in fistula urinaria facta sanari non possint, nisi per eruptionem: uel quod hoc
sit frequenter, tamen quandoq; contingat ut dissoluantur, & per insensibilem resolu-
tionem euanescent. Galenus huic dubitationi respondere uidetur, & per resolutionem &
per exituram sanari posse. At Hippocrates hic unum solum exemplum posuit, scilicet
sanitatis per disruptionem, & hanc solutionem ueram esse, idem Galenus arbitratur.

Quod

Quod legitur in fine Commentii, Quod uerius existit. ibi deest copula Et: legi enim debet, quod & uerius existit. Nam Græce ita habetur, ὁπορ καὶ ἀλγυδίας ὁρῶν ὄντι.

Mictio noctu plurima facta, paruam significat deiectionem.

BRASAVOLVS

AB RE non est si nostri corporis humiditates in unam partem fluxerint, aliam partem sicciorem reddi: unde qui noctu multum minxerint, aliter fieri nō potest, quin corporis humiditates ad uescicam transmissæ sint: ad quam quum sint transmissæ, ad intestina transmitti non possunt. Quare deiectiones paruæ erunt, hincq; aphorismus in hominibus sanis potissimum intelligendus est: quia in ægris per modum criticum, uel per modum symptomaticum ad has duas partes materiæ transmitti possent. Adde etiam, quod aliquis non plene potauerit, sed suo cōsueto uiuendi modo in cibis & potibus usus sit; constat enim eum qui plene potauerit, multum mingere, & præsertim si aquam uel dulciora & tenuiora uina potauerit; tamē hunc deiectiones multas habere nihil impedit. Hincq; aphorismus, ut Philotheus dicit, ὁρῶν γινώσκουσιν ὄντι. idest, Iudicatiuus est.

ὄρῶντος νύκτωρ πολλὴ γρημυδία. idest, Mictio noctu multa facta.] Intellige in sanitate facta, non in morbo per uiam crisis, neq; symptomatice, neq; ob nimium potum.

Σμικρὴν πλὴν ὑποχώρησιν σημαίνει. idest, Paruam deiectionem significat.] Quia nostri corporis humiditas, ad urinæ uias transmittitur, ideo ad intestina transmitti non potest, quæ ob id sicca relinquuntur. Actuarius libro primo De urinarum iudicijs, capite undecimo, docet urinam sanī per proportionem correspondere oportere ijs quæ bibita sunt. Si uero sit copiosior quàm conueniat, signum est hunc multum potasse, præsertim si uinum exile sit, nam color urinæ huius uini ad album transmittitur. Substantia uero ad tenue, contenta sunt tenuia & uaria, non etiam leuia. hæc est una multi mictus causa in sanis, secundum Actuarium. Alia causa apud eundem authorem est, quod multa uirina spectatur in ijs qui pauca excernunt, ob naturalem quandam uentris affectum, quæ colore mediocri est, atq; maiorem & crassio rem hypostasim continet. Tertia causa, multa uirina mingi solet ob medicinas urinatorias, cuius color secundum naturam potius quàm in prædicta seruatur. Hypostasis uero est subtilior, ita ut obscuretur, sed fulgor quidam in humore eius splendet. Hæc sunt tres causæ multitudinis urinarum in sanis, & simul ipsarum colorem, substantiam, & contenta intelligere potes. Secūda uero causa, illa est quæ in aphorismo intelligitur, quem aphorismum in sanis hominibus interpretati sumus. Tamen & hic aphorismus ad ægros etiam ampliari possit, præsertim per secundam causam præadductam. propterea & nos breuibus referamus, quod ægri ob diabete[m] passionem, quæ est urinæ defluxus, urinæ copiam emittere possunt, & in hoc casu erunt etiam pauca deiectiones. Talis uero uirina erit alba & tenuis, atq; hypostasi priuata. quandoq; uirina multa in ægritudinum crisis profluit: præsertim quando uirina crassa & globosa præcesserit, ut Hippocrates superius aphorismo sexagesimo nono edocuerat. Hæc autem uirina est alba, tenuis, & quæ mediocrem hypostasim habet. Alia causa multitudinis urinæ est hydrops: etenim qui hoc morbo correpti sunt, plus mingere solent, quàm mediocritas exposcat. Est autem uirina aquea, quæ crudam & diuersam hypostasim habet. Hæc eadem ab Actuario referuntur libro primo De urinarum causis, capite quarto. Adde Philotheum, qui & ipse huius sententiæ est, si deiectio sit multa, mictio pauca erit; inquit enim, καὶ ἡ ἀπρία, ὅτι πολλὴ τῶ ἀδρωστέρα γέγονεν ἢ ἀνωδότης ἐν τῷ ἡπατι, καὶ ἀντεμσχετὸν ἢ ὕλην. καὶ ὅτι ὅσα οὐρα νιέχθησαν, ὀλίγη δὲ κόπρη, καὶ τὸ ἀνωπέλιον, ἐὰν πολλὴν κόπην ὑποχώρησις γήνηται, ὀλίγη ἔσται ἢ δὲ οὐρα, καὶ ὅσα τῶν αὐτῶν αὐτῶν, ὅτι ὀλίγη γέγονεν ἢ ἀνωδότης, καὶ ὅσα ὅσα καὶ ὀλίγη οὐρα. πολλὴ δὲ ἢ ὅσα κόπην ὑποχώρησις, ὅτι τὸ ἐν τῷ γαστρὶ μῆναι τὸ ὑγρὸν. idest, Et causa est, quoniam multa eadēq; collectior facta est digestio in hepate, & ex aduerso materia deriuauit; & ob hoc multa uirina deducta est, parum autē stercoreis. & uice uersa, si multa stercoreis deiectio

fiat, pauca erit per urinam, ob eandem causam. Quoniam pauca facta est digestio, & ob hoc pauca etiam urina. Multa autem per stercores deiectiones: quoniam in ventre humiditas manserit. Oribasius hic dubitat cur si copiosa sit urina, exigua sit deiectionis alui. Respondet, primo positus quatuor uirtutibus nostri corporis, & posita coctione prima in uentriculo, secunda autem in iecore, dicit. Si magna fuerit coctio in uentriculo, deiectionis alui erit minor, & maior pars nutrimenti subministratur iecori, & plus descendit in uesicam, quam in uentrem, quia dictum est, urinam esse colamentum sanguinis ex iecore uenientis. Si uero minor fuerit concoctio in uentriculo, maxima erit excretio alui, & minus ministrabitur iecori. Quanto autem minus habuerit iecur, tanto minus erit urinae. Sed potius causa est, quia natura humiditas superfluitates ad urinam uias transmittit. Scito autem, & si dicat noctu, intelligere debemus etiam die. at quia nox coctionis tempus uidetur, non quia in die etiam non fiat coctio. Tu igitur per noctem, coctionis tempus intellige. Oribasius de hac re dubitans cur noctu dixerit inquit, noctem interpretes comparauere hyemi, & diem aestati propter calorem in hoc maximum, in illa minimum. Sic & nunc dicamus, calorem naturalem, & uirtutes operatiuas noctu intus detineri, calor autem naturalis coctionem uel excretionem sic celerius facit, quod in pluribus intelligere oportet. nempe nonnulli etiam sunt, qui facilius concoquunt uigilantes, quam somno pressi, & dormientes. Philotheus eandem rationem affert inquit, *ἔκ τῆς ἐπιπέρας ἢ πύλας ἢ ὑπὸ τῶν γινόμενων, ἢ διὰ τῆς ἀκρίβειας τῆς πύλας*. id est, Dixit uero noctu, quoniam coctiones in nocte fiunt, & superfluitatum secretiones. Sit ergo haec regula quae non fallit lectorē, sicuti multa mictio pauca deiectiones significat, ita multae deiectiones mictum paucum significant: nam ubi humiditates in unam partem fluxerint, ad aliam partem ire non possunt. Multi autem reperiuntur, qui haec natura habent, ut plus mingant, quam excernant: uel e contrario, quorum ego unus sum, qui egregie mingo, & parum excerno, & hoc ab initio ortus meapte natura seruauit, usque ad hanc aetatem, quae nondum trigessimum octauum annum attigit, attinget autem hinc ad mensum. Quid deinceps in nobis futurum sit, ignoramus.

GALENVS

QUOD quidem necessarium sit uentris humore distributo minorem fieri alui deiectionem unicuique manifestum, sed cum hoc, & una illud apparet, quod eo una cum cibis exeunte, aluus quidem humidior fit, atque ideo plura deiciat. Urina uero paucior excernatur. Docebit autem nos haec ipsa ratio, & alui fluentis, & sicci remedia. In quibus enim supramodum humida aluus deprehenditur, his potum minorem exhibebimus, ac praeterea illi uiam ad uesicam parabimus: in quibus uero sicciore, & plus dabitur potus, & distributionem quantum fieri poterit prohibebimus.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, necessarium esse, si uentris humor in alium locum distribuatur, quod alui deiectiones paucae sint. E contrario, si humiditas ad aluum tendat, deiectiones erunt plures, urinae pauciores.

SECUNDO Galenus ex hoc loco, alui fluentis & siccae remedia accipi ostendit, nam aluum supramodum humidam uidentes, parum potus exhibebimus, & uiam ad uesicam parabimus. In quibus uero aluus sicca erit, potum dabimus, & quantum fieri poterit, ne eat ad uesicam prohibebimus. possemus uero hunc aphorismum ad omnes euacuationes ampliare, quarum una alteram impedit.

LIBRI QVARTI

FINIS

AD MAGNIFICVM COMITEM

ALPHONSVM CALCAGNINVM, ANTONIVS

MVSA BRASAVOLVS.



OS ILLIS quàm libenter labores nostros inscribimus, magnifice Comes, qui ea legere possunt, quæ in ipsis scripta sunt, atq; intelligere. Quippe qui non intelligunt, negligere uidentur, & non legere. Quum igitur nostra in Quintum Aphorismorum librum Commentaria in publicum prodire debeant, Magnificentiam tuam elegimus, omni uirtutum genere cumulatam, quæ nostrorum laborum participes sit; quamq; scimus aptissimam esse, non ut hæc modo, sed multo maiora intelligat. Propterea illi merito hunc librum inscribimus, qui ea quæ in ipso sunt, facile penetrare poterit; non quidem ut medicus fiat, sed ut occulta naturæ sacraria animo cõplectatur, & quandoq; seipsum ab incurstantibus extrinsecis rebus tueri possit; ut diu, omni abdita noxa, aura uitali fruatur, cum præstantissima illa uxore sua Anna Noyanda, in qua una Gallæ nobilitatis specimen elucet, nec minus forma, quàm amplissimis uirtutibus decorata, quæ te fecit digna & copiosa prole parentem. Accipe igitur Comes amplissime, munusculum hoc, non quidem te tanto uiro dignum, sed quale uires nostræ imbecillæ parere potuerunt. Vale.